JOSIAE NOLDEN, ... DE STATU NOBILIUM CIVILI...

Josias Nolden, Giovanni Battista Coccini

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
20 A
69

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

Digitized by Google

Digitized by Google

JOSIÆ NOLDEN, COR-BACHIENSIS WALDECI J.U.D.

De

STATV NOBILIVM CIVILI

Synoptica Tractatio:

IN QVA

NOBILIUM

JURA, PRIVILEGIA, IMMUNITATES, DIGNITATES, DIGNItatum Ordines, Ordinum Seſſiones, Jus προεδρίας, & quæ his omnibus vel adjacent, vel contraria ſunt, luculenter explicantur.

Cum duplici Argumentorum, & Rerum memorabilium Indice.



GISSÆ HESSORUM,
Typis & Sumptibus NICOLAI HAMPELII,
Typogr. Academ.

M DC XXIII.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE
BIBL. SOC. IESV

Digitized by Google

ILLVSTRIBVS AC GE-NEROSISSIMIS COMITIBVS ac Dominis,

DN. CHRISTIANO, & DN. WOLRADO,

Fratribus Germanis, Comitibus ac Dominis in Waldeck.

Dominis meis clementiſſimis, felicitatem perpetuam.

S*I qua rationum eſt, prout eſſe debet, Illuſtres & Generoſiſſimi Comites, Domini Clementiſſimi, cur terreſtris aliquis Monarcha ſit* Βασιλεύς, Βασιλέων, ασιλεύων, Βασιλεῦσι, *ſummumq́ inter Princi-es Orcheſtræ locum teneat, hæc certè Nobili-as eſt, cujus*

> ——— fama, & Imperî
> porrecta Majeſtas ad ortum
> Solis, ab Heſperio cubili.

Horat. l. 4. Carm. Ode 15.

Regium enim diadema eo nobilius, & fœ-

 licius

Digitized by Google

licius juſtitiæ togatæ, quàm armatæ fortitudinis hieroglyphium continet, quo nobilius habet ſubjectum. De noſtro Romano-Germanico Imperio hoc dixerim; Licet enim Italia vulgò παράδεισος terreſtris ſit, Palatia & antiquitatum monumēta contineat, Gallia milites, Hiſpania præſules, Anglia agricolas, Polonia nobiles exhibeat; noſtrum tamen Romanum imperium, cujus ſpolia opima, exuvias nitidas, triumphos bellicos, titulos innumeros ſola excepit Germania, cujuſq; nobilitas αὐτόχθων & indigena eſt, non aliunde ex equo quodā Trojano deducta, non niſi Iovis producit filios, Numinis in terrâ vicarios, quos Maximilianus I. Imp. (vulgo appellatus Teur-danck) Reges ſalutare gaviſus: Quorum qui furcillant amplitudinem, dignitatem ſeu potius divinitatem, næ ſuper Muſarum tripode (cujus Plato meminit) conſident, qui confeſtim ſui minus ſunt compotes.

Hanc civilem ante annos quatuor vel circiter in Academia Rauracorum pro nobili Doctoratus gradu αὐτοσχεδίως καὶ αὐτομάτως conſcriptam nobilitatem, inſtar urſini partus lambendo, fovendo, & caſtigando, ſubciſivâ

curâ

curâ ad calculũ vocavi, & ad limam lineamq́; redegi, non ob irrequietum aliquod ſcribendi cacoethes, aut arrogans votum per famam (cui tamen ut ait Tacitus in Agricola *ſæpe etiam boni indulgent) inclareſcendi, ſed cum omnium artificum judicio* δέυτεραι φροντίδες σοφώτεραι *habeantur, politurâ tantum gratiore commendatioreq́; perfectius & effectius, quâ rudimentum, quâ experimentum foràs prodire juſſi.*

Quandoquidem verò Generoſiſſimi Comites jampridem mihi ſolemne fuit, ac propemodum ex voto, ut quicquid unquam erit meæ induſtriæ, id generoſitati veſtræ devotũ ſit & conſecratum, ideoq́; recentem hanc polituram vobis denuo dicatum eo, amabiliſſimæ veſtri nominis tutelæ palam voveo, non galeatis, ſed tralatitiis cauſis ductus & inductus quamplurimis, quas latiùs aut inflatiùs non deducturus attingam potius, quam perſtringam: Tum quia templa Diis conſecrare convenit, viros verò illuſtres & eximios, decet librorum dedicatione honorare: Ariſtid. Orat. 5. ſacror. *Tum quia veſtrum nobile ſtemma, veſtraq́; nigra ſtella in campo aureo, ante*

octingentos annos, Divi Caroli M. ævo noto nataq́ʒ, in ſenatu & imperii ſubſelliis emicuit: Tum quia veſtri Majores in imperii ſtudio ac ſtadio curſus ſuos habuerunt, ſemper ad minime fallaceis eminentioris Phari igniculos, Ec- cui enim tanta in hiſtoriarum tempe caligo, qui facta avorum, proavorum, &c. non legerit, hauſerit, audierit? quorum per meritiſſimas laudes velificandi uberrima ſuperaret materia, niſi probe meminiſſem, talia æternis deberi annalibus, non tralatitio alicui epiſtolio; præcipuè cùm vel ſolus avus WOLRADUS, *(cujus Eubuli clariſſimam memoriam, tanquam aliquod Iulium Sydus, poſteritas omnis venerabitur) & pater Ioſias, beatiſſimæ memoriæ heros, publicè veracis famæ voce nullo non cenſeantur præconio majores, utpote ſine controverſia Germaniæ lumina ac columina prima. Tum quia vos lucidiore potius quàm pari jubare radiantos (in Comitatu enim veſtro unà cum Auguſtana Confeſſione jus & juſtitia florent, leges vigent, nec eſt* ἡ δίκει ἐν χερσὶ *) dudum meruiſtis, ut aliquis vobis conſtituatur Pericles, qui publicè in famæ fano ſuſpendat.*

digna-

——dignarum encomia laudum.

Tum velmaximè, quia certatim totparentibus meis benevolentiæ, liberalitatis & clementiæ contuliſtis merita, ut turpi planè venirem inſigniẽdus notâ, niſi aliquo ſaltem gratitudinis libamento hanc εὐεργεσίαν, geniiq́ veſtri bonitatem propitiarem, cujus hæc ſit arrha, & cur non etiam ara?

Hunc ergo meum Aſcanium accipite, ut Dii tutelares & patres patriæ eum fovete, me etiam meoſq́ paterno illo affectu perpetuum, ut facitis, complectimini, Naturâ obligatus ſum ad ἀντίδωρα, vos non colam ſi non vivam. Neque dubitate, quin ſi non majora vota, digniora tamen obſequia ſim aliquando oblaturus. Sed jã ſatis Illuſtres Celſitudines veſtras moratus ſum, finiam ſolemni Senatus P. Q. R. acclamatione Probo Auguſto facta. CHRISTIANE, Dî te ſervent. WOLKADE, Dî te ſervent, uterq; & fortis, & juſtus, bonus ductor, bonus Imperator, Exemplum militiæ, Exemplum Imperii, Dî vos ſervent, aſſertores Reipub. feliciter imperate, Vos cum illuſtri domo Waldeccica DÎ cuſtodiant, quod Imperium

ſuſceperitis, gratias agimus; Defendite nos, defendite Rempubl. nos vobis committimus, digni Imperio, digni triumphis, feliciter agite, feliciter Imperate. *Dabat in Corbach. urbe veſtrâ hæreditariâ, Calend. Octob. Anno* λόγȣ *incarnati* M DC XXII.

V. V. Generoſ.

Subjectus & Fidelis

JOSIAS Nölden D.

IN

Digitized by Google

IN NOBILEM DE NOBILITATE tractatum Clariſſimi Viri,

DN. JOSIÆ NOLDEN, J. U. D. CELEBERRIMI.

Merce proba emptor adeſt ultrò, ſi nobile vinum
Proſtat, ſuſpenſa non opus eſt hedera.
Nobilis hinc Author de nobilitate quod hocce
Hîc jam publicitùs nobile prodit opus
Illius haud opus ut præco præconia laudum
Prædicet, hæc ipſum prædicat artis opus
Dum puris ductos de juris fontibus altè
Hîc rivos mentis dexteritate vides
Dum methodi ad normam formamq; hîc cuncta videntur
Tradita: nil juſto tranſpoſitumq; loco.
Nil quod non nitidum, nil quod non quadret ad unguem
Vnum ut tot geniis ſufficiat genium.
Si tamen hîc quiſquam celebrandus laude putandus,
Tu mihi NOLDENI, *laude vehendus eris*
Aſtrææ ſtudiis addictis hocce talentum
Non obfuſcandum pulvere, quando locas.
Nec ſinis ut tineis vel blattis fercula præſtet,
Sed vis ut multos fœnere dite beet.
Quo magis atq; magis facto Doctoris honeſtas
Famam, quam poterit nulla abolere dies
Scilicet hæc pereunt, quæ dat poſtrema voluntas
Patris, at ingenii non moriuntur opes.

M. Stephanus Ritter/ P.L.C. Waldec-cenſis Gymnaſii Rector.

DE STATU NOBILIUM CIVILI SYNOPTICA TRACTATIO.

Ad Candidi ſincerię affectus Lectorem Præfamen.

QUandoquidem juxta Marcellinum *in lib. de Pœdia Hiſtor. in πραγματεία* juris publici diſcurrēdum ſit per negotiorum celſitudines,
1 non juris civilis apices, de quibus † inter Nobiles diſputandum non eſt, *Iac. Thoming. conſ* 40. *num. 66. vol.* 1. nec *χελομαχίαν* ſeu lanam caprinam, *de qua in l. ſi cui lana.* 70. §. *lana,* 9. *ff. de leg.* 3. de
2 qua † Doctores diſputare non debent. *Signorol. de Homod. conſ.* 68. *in pr. part.* 1. ſed ſtatum nobi-
3 lium civilem, Nobilitatis enim † & ſtatus cauſa fraternizant, *Ioſeph. de Seſſe deciſ. Arrag.* 10. *n.* 4. *part.* 1. *poſt Suarez. alleg.* 27. *in pr.* In nobilitatis honorem & favorem *κεφαλαιωδῶς* & per quandam Synopſin exponere operæ pretium duximus; Nam ut novus homo Arpinas fatetur,
4 Nobilitati † omnes boni ſemper favent, *teſte Cicerone in Orat.* 4. *pro P. Sextio.* Cumq; aliud ſit in ſapientum hominum conſeſſu, aliud in fæce plebis de ordinibus & dignitate diſſerere, *Iohan. Bodin. lib.* 3. *de Repub. c.* 8. *fol.* 557. Ulpiniani JCti ὅπερ πάντα ex *l. ſolent.* 6. §. 3. *ff. de off. procons.* ubiq; obſervabimus; Etenim Catullo teſte:

Turpe eſt difficiles habere nugas
Et ſtultus labor eſt ineptiarum.

NE

NE AUTEM IN PRÆSENTI INſtituto equorum loris inſtar vagari videamur, inq; denſitate ſaltus oberrare, nos ſequentium capitum circo includemus.

Exponemus itaque.

1. *Varias notationes, ſignificationes & definitiones Nobilitatis.*

2. *Cauſam efficientem nobilitatis.*

3. *Cauſam materialem nobilitatis.*

4. *Cauſam formalem nobilitatis.*

5. *Quomodo tacite quis nobilitetur, & quænam ſit tacita nobilitas.*

6. *Quomodo expreſſe quis nobilitetur, & quænam ſit expreſſa nobilitas.*

7. *Cauſam finalem nobilitatis.*

8. *Gradus Nobilitatis.*

9. *Nobilium prærogativam ſeſſionem & præcedentiam inter ſeſe.*

10. *Signa & præſumptiones majoris nobilitatis.*

11. *Effectus nobilitatis.*

12. *Privilegia nobilitatis quæ conſiſtit in præſumptionibus.*

13. *Privilegia nobilitatis quæ conſiſtunt in reverentia & honoribus deferendis.*

14. *Privilegia quæ conſiſtunt in immunitatibus.*

15. *Privilegia quæ conſiſtunt in pœnis temperandis.*

16. *Miſcellum quædam prætermiſſa privilegia pertractans.*

17. *Iura & privilegia particularia Nobilium liberorum,* der freien Reichs Ritterſchafft.

18. *Actiones pro Nobilitate tuenda & conſervanda.*

19. *Actiones ſeſſionis & præcedentiæ nomine competentes earumq; proceſſum judiciarium.*

20. *Quibus modis nobilitas probetur.*

21. *Affi-*

21. *Affinia nobilitati.*

22. *Contraria, & quibus modis Nobilitas tollatur, minuatur?*

23. *An Paupertas, Agricultura Iudicis, Advocati, Procuratoris, Notarii officium, Adoptio à patre plebeio, Curſus temporis, Non uſus, Religionis ingreſſus, Doctoralisq; dignitas nobilitatem auferant?*

De quibus benevolum Lectorem peramanter rogamus, ut nos prius diſſerentes legat, quã cenſorio addito calculo, lecta particula eorum de omnibus judicium ferat. Quapropter ſingula quæq; diſpiciat, & trutina velut appoſita perpendat. Siq́ue bene dictorum copia errata vicerit, ex Perſarum æquiſſima lege abſolutionis calculum promat, ſi verò in contrarium res acta, errata effulſerint, æquiſſimi Prætoris reſtitutionem, qua ætas noſtra dum hæc ſcripſimus nondum excluſa fuit haud difficulter permittat. Ut enim errare vel minus ſapere communis infirmitatis eſſe novit, ſic in errore perſiſtere pervicaciæ & iniquitatis eſſe agnoſcimus.

CAPUT

Caput I.

DE NOTATIONE, SIGNIFICAtione, & Definitione Nobilitatis.

DE Etymologia ſeu notatione *Nobilis*
varia & ridicula in Senatu populoq;
Grammaticorum ſunt opinionum
divortia: Aliis † dicitur quaſi Non 1
Bilis, cùm enim ſoror nobilitatis ſit
humilitas, † *Paralipom. ad Abb. Vr-* 2
ſperg. tit. de concil. Baſil. manſuetus potius & humanus,
quàm ad elationem pronus eſſe debet nobilis, *Barth.*
Caſſanæ. in Catal. glor. mund. part. 8. *conſid.* 32. *Felix. Mal-*
leol. in Dial. de nobil. & ruſt. cap. 7. Aliis † imitatione 3
ſtoicorum quaſi Nobis Lis, tanquam ſuperbia † 4
nobilitatis ſit pediſſequa, *Saluſt. de Metello in Iugurth. c.*
64. ipſiſq; nobilibus cum animo litigandi ab horo-
ſcopo & ſynaſtria innata & congenita, *poſt Bald. in l. per*
adoptionem, lect. 1. *n.* 2. *ff. de adopt. Fr. Vivius lib.* 2. *comm.*
opin. 87. *n.* 26. ubi ait, quod Nobiles nihil aliud ſciant,
quàm comedere, bibere, & ſuperbire, *Ioſeph. de Seſe dec.*
8. *num.* 39. *lib.* 1. *Pruckman. conſ.* 2. *num.* 439. *vol.* 1. *Ma-*
ranta conſ. 47. *n.* 8. Aliis † quaſi Non Vilis, *Greg.* 5
Tholoſ. in Syntagm. art. mirab. Paris de Puteo tr. de re mi-
lit. lib. 7. *quæſt.* 1. *num.* 24. pro cujus derivationis intel-
ligentia facit, quod viles † & Nobiles ſibi opponan- 6
tur, *in Auth. Præſides. in pr. C. de Epiſc. aud. l.* 3. *C. de mu-*
rileg. viles autem & ignobiles conjunguntur *in Novell.*
90. *c.* 1. Aliis † denique Nobilis à noſcendo dicitur, 7
quaſi

quaſi NOSCIBILIS, & nobilitas tanquam NOSCIBILITAS *Andr. Tiraquell. de Nobil. c. 2. num. 3. Tholoſ. libr. 4. de Repub. c. 2. num. 8. Caſſan. in Catal. glor. mund. part. 8 conſid. 2. Fr. Sonsbec. de feud. part. 7. num. 20. Guttierez lib. 3. pract. quæſt. 16. num. 33.* Quæ alluſio planior & communis eſt, cum non ſolum derivatio ſit quædam Grammatica, quæ metitur ſonos ac ſyllabas ex additione vel detractione literæ, ſed etiam notatio nominis Logica, propterea quod ipſius virtus κατ' ἐξοχὴν nota eſſe debet, ita

8 † ut revera Nobilis ſit *aliquis*, daß er etwas mehr ſey als der gemeyn Mann / nulla τῆς δυσγενείας ſeu ἐπεγγενείας labe conſperſus, quemad-

9 modum † apud Latinos hæc dictio aliquis in hoc ſenſu accipitur, ut inſinuat Cicero *lib. 3. Epiſt. ad Attic.* Ibi, Meque, ut facis, velis eſſe aliquem, & Juvenalis *Satyr. 1.*

Aude aliquid brevibus gyaris & carcere dignum
Si vis eſſe aliquid.

Et Paulus *in Epiſt. ad Galat. 2. verſ. 2.* Evangelium, ait, quod prædico in gentibus ſeorſum ab his, qui volunt eſſe aliquid. Et apud Græcos dictio τὶς, quæ Latinè interpretatur, aliquid, ſignificat egregium vel nobile, *ut affirmat Ambroſ. Calepin. in dictionar. verb. aliquid, aliquis.*

Nobilem Germani ſignificanter vocant, ein Edel-

10 Mann/quæ † dictio non eſt ſuæ originis, vel ſim-

11 plex, quia omnia vernaculæ † noſtræ vocabula ſimplicia ſunt ut plurimum monoſyllabica, *Iohan. Cuſpin. in ſua Auſtria proœm. Cyriac.* Spangenb. *in ſpecul. nobil. vol. 1. lib. 2. cap. 4.* Sed compoſita ab Adell & Mann. Etyma vocis Adell varia adferuntur à criticis & Philologis. *De quibus Iuſtus* Ritter / *vir mihi peramicus in*

12 *Origin. German. ling. verb.* Adell. Nonnulli † dictum putant ab Aquila vulgò ein Adeler / quod ut illa altius volatu penetrando omnes aves longo poſt ſe intervallo relinquit, ita & Nobiles virtutum gloria cæ-

13 teros hominum ordines longè antecellant. Alii † ab Hebræo

Hebræo *Atſilim*, vel *Gadal*, id eſt, Optimates, Alii † 14
à Græco ἄιθλιος quod bene meritum ſeu præmio affectum denotat. *Chriſt. Beſold. lib.* 1. *pol. c.* 11. §. 6. *num.* 38. vel ab ἀδελεῖ, id eſt placuit, quia Nobiles propter virtutes omnibus placent, vel ab ἔδελον ſedes, h. e. poſſeſſio & bona, quia Nobiles utplurimum æſtimantur ab opulentis poſſeſſionibus juxta vulgare.

Nobilis eſt ille, quem nobilitat ſua villa.

Alii † ab Adelo Friſonis, Friſonicæ gentis conditoris filio, *Suffrid. Petri. in deſcript. Friſ. decad.* 1. *c.* 2. *in fin.* cui familiare eſt, ut omnia ſuæ genti tribuat. Alii † ab Ædilibus Curulibus, *vide Ioh. Geiler. in navi ſtultifera ſub turba* 76. Alii denique † ab Adelingis vel Edhilingis Saxonicis, qui erant præcipuæ dignitatis proceres, deductitant. *Andr. Knich. de jur. territ. c.* 1. *n.* 28. *& ſeqq.* ubi poſt alios gentem Saxonicam † tripartito conſtitiſſe ordine ſubjicit, alii ſiquidem Adelingi nobiliores ſcilicet, Frilingi alii, quaſi liberi relicti, Lazzi cæteri, id eſt coloni ſeu adſcriptitii glebæ eygene Leut/ quorum meminit Butherus *in Tacit. de morib. German. c.* 43. indigetati, *Chriſt.* Lehman/ *lib.* 2. *Chron. Spirenſ. c.* 14.

Quamvis etiam omnes † ſubditi aut etiam cives olim in genere Leut/ ſive Leudes, aut etiam Leodes dicti fuerint, *Goldaſt. rer. Alemanicar. tom.* 1. *fol.* 216. *& ſeq. Lindebrog. in gloſſar. verb. Leudes* Inter hos tamen † quidam homines ſervientes Arme Leut/ ſervilis ſive potius libertinæ conditionis dicebantur, non à paupertate, ſed à manu ſeu brachio, *Beſold. lib.* 1. *pol. c.* 10. *num.* 62. Inde Galli dicunt De main mort; Nobiles verò † ſpecialiter Man/ſive Manne/indigitabantur, *Beſold. in diſcurſ. de Comit. & Baron. num.* 16. pariter ut apud Hebræos † diſcrimen erat inter Cives, ut alii viri, vel filii viri alii filii hominis dicebantur, *Piſcator in Schol. ad Salamon. proverb. c.* 8. *Druſius Hebraicar. quaſt. libr.* 1. *c.* 21. *& ad loca Geneſ. c.* 31. parili ferè ſenſu, quo nos dicimus, Patritios ſimul & plebejos. Hæcq; differentia

rentia in *Pſalmo* 49. *v*.3.planiſſime obſervatur,ubi ità loquitur Propheta, Auſcultate omnes habitatores orbis,etiam filii hominis, etiam filii viri,pariter dives & pauper, & qui filii viri indigetantur pro nobilibus ſu-
23 muntur. Similiter jure feudali † Saxonico Vaſalli ſimpliciter Manne/vocitantur,quaſi præditi virilitate animoq; ſtrenuo & recto, *Petr.Herg.part.1.quæſt.2. num.*85.

24 Nobilis à Germanis etiam vocatur ein Juncker † quaſi JüngHerr/hoc eſt,ętate ac robore juvenili pollens heros, *vide infr.num.*65. Quæ denominatio olim
25 † non ſolum Ducum,Principum,Comitumque filiis natu minoribus, quiq; dominatu nondum potiti erant,tribuebatur, *Ioh.*Stumpff/*libr.4.hiſtor.Helvet.c.*19.*Beſold.diſcurſ.de Ordin. Equeſtr.n.*3. ita ſtatuto Comitum ab Hanaw/ præcautum fuiſſe, ut protogenus ſolido jure ditionem ſibi vendicaret, Dominusque Herr/ inſigniretur, fratres autem juniores Juncker/ nominitarentur,notat *Andr.Knichen. Encyclopæd.c.*1. *num.*102.(Ita in nobiliſſima nobisq; notiſſima familia Nobilium ab Eltz/familia receptum ſcimus,quod illi, qui adhuc ſub patria poteſtate ſunt,quorumque pater adhuc in vivis eſt, vocentur Söhne zu Eltz / pater vero, quiq; patria poteſtate ſoluti, licet adhuc ſub tutela,vel cura ſint, vocantur Herren zu Eltz.) Sed etiam
26 † Regum filios hac denominatione ſalutatos fuiſſe invenimus, *apud Cyriac.*Spangeberg/*l.5.Chron.Hennenb.c.*5.ubi Otto filius Regis Daniæ vocatur Juncker Otto von Dennenmarck/quemadmodum apud Gol-
27 daſtum Canonicos † olim Gottes Junckern/vocatos fuiſſe, me legiſſe memini. Quod nomen poſteà (quemadmodum virtute degenerante titulorum plerumque arrogantia creſcit) Nobiles ſibi attribuerunt, & tamen ab eodem nonnullis jam in locis incipiunt abhorrere.

28 Nobilis Saxonibus † vocatur Schufft: Quæ ap-
29 pellatio † uſu παρεκβάσεως ignominioſa hodie eſt,

licet

licet in ſeſe honorifica ſit. Deſcendere enim videtur ab Hebraico Schophet, quod judicem ſignificat. Quæ certe vox eadem adhuc notione apud Germanos Belgásq; uſitata reperitur, Schopffen / Scheffen / nec aliunde Gallorum Eſchevins deducuntur: Verum ad hoc concinit illud Horatii, *in arte poet. verſ. 70. & ſeqq.*

Multa renaſcentur, quæ jam cecidere, cadentq;
Quæ nunc ſunt in honore vocabula, ſi volet uſus
Quem penes arbitrium eſt, & jus & norma loquendi.

Nobiles immediati † vocantur die Freye Franckē 30
vom Adell / ſed unde, & quare, non ſatis eſt expetitum.
Communiter † hoc etymon à libertate derivant, 31
Frey enim & Freige / liber eſt, Frejum, Freigum, Freiheit / libertas eſt, *Iohan. Dauth. de teſtament. num. 169. fol.* 149. unde Francum populari lingua pro libero & immuni, & Franciſcane pro in libertatem aſſerere ſumitur, *Hottomann. in Franco Gallia c.* 5. Alii retenta ſimul hac notatione derivant à Franco † ſive Francio- 32
ne Rege Germaniæ, gentis hujus authore & parente, *Iohan. Aventin. lib. 4. Annal. Bojor. poſt pr.* Philippus Melanchton, † aliâs Schwartzerdt / credit nomen 33
Franck / coaluiſſe ex vocabulo Frei & Anck / & vocabulum Anck / † ſignificare ſervum, quaſi nobiles im- 34
mediati ſint freie Knechte des H. Römiſchen Reichs / *infra num.* 57. Fabricius † *de origine Miſenorum. fol.* 35
213. hac ſententia repudiata nomen Franck / deducit à frei & Fug / unde Saxonum Adelingi, Frilingi vel Fuckchen / quod † incolas denotat, *teſte Beſoldo libr. 1.* 35
pol. c. 12. §. 5. num. 59. ita ut Francken / nihil aliud ſint, quàm freie Völcker und Einwohner. Hadrianus Junius, † *in Batavia Hiſtor. cap. 9. fol. 73. & 99.* etymon 37
Francorum deducit à Frei & Anſſi / quaſi Freie Hanſen, quemadmodum † civitates Hanſaticas die Han- 38
ſe-Stätt / ab antiquo Gothico verbo Anſi / denominationem accepiſſe putat, *Beſold. in diſert. de jure & Imper. Civit. Imper n. 13.* Quem probat *Th.* Reingking / *de regim. ſecul. & Eccleſ. claſſ. 4. c. 20. num. 42.* improbat

Ruland.de Commiſſar.part.2.lib.5.c.4.num.56. Voca-
39 bulum enim Auſi/ † proprium Gothici idiomatis,
multorum teſtimonio denotat eos, qui cæteros mor-
tales, fortuna & opibus antecellunt, Heroum condi-
tioni proximi, ac velut humanæ ſortis terminos egreſ-
ſi, *Reiner.Reinecc.in prologom.hiſtor.Iul.tom.1.c.3.Iſaac.
Pontan.lib.2.orig.Francic.c.8. & lib.3.c.1.* Unde & ver-
nacula noſtra, additione aſpiratæ Hanſos olim Proce-
40 res nominavit: Quin & nunc hodie † in Helvetia &
Rhetia die Hanſen/ Nobiles & Optimates, à plebeque
diverſam factionem foventes appellantur. Et in infe-
riori Saxonia & Weſtphalia, qui ſupra ſortem ſuam æ-
ſtimari volunt ironicè Hanſi vocantur, das wollen
41 groſſe Hanſe ſein. Sic Tacitus † *lib.13.Annal. circa
fin.* Anſiburiorum meminit, quos quidam interpre-
tantur Auſi Buren / ſeu ut nos loquimur freie Vor-
neme Bauren/ talesq; Anſiburios fuiſſe Angrivarios,
42 putat Goropius † Becanus, ſed nimium infirmis
conjecturis.

43 Nobiles in Gallia † dicuntur, *Gentils hommes* ea-
44 dem dubitandi indole. Suaviter enim errarunt † Gal-
li, *Guil.Budæus in annot.ad comm.Tiraquell.de Nobil.c.2.
num.53.Iohan.Mercer.lib.1.opin.c.7.* qui originem ſuo-
rum Gentils hommes repetierunt ab ingenuis. Nam
ingenui ex matre naſcuntur, *t.t.Inſt. de ingen. l. & ſer-
vorum.5.§.2 ff.de ſtat.hom.* Nobilitas verò à patre duci-
tur, cujus ipſe promus condus eſt, *vid. infra c.11.n.3.
& ſeqq.* Et quotuſq; hodie ſine injuriæ morſu excipiat,
ſi audiverit in nobilitate ſua æſtimanda nullam patrũ
rationem habendam eſſe! Quid opus tanta ſollicitudi-
ne & pene delira diligentia longam avorum ſeriem,
interdum cum veritatis periculo eruere. Thomas
45 Lanſius † *in decade theſium per ſaturam concl.5.* cau-
ſam hanc eſſe putat. Cum circa declinationem Impe-
rii Romani barbaris undiq; incumbentibus, ante a-
lios milites omnes duo præcipuè genera ſingulari for-
titudinis gloria excellerent. Gentiles nempe & Scu-
tarii

tarii (forte noſtris Lands-Knechtiſch/ comparandi) Francorum Reges, cum ad exemplum Romanorum Majeſtatis remuli, fortiſſimos quoque & præclarè de patria promeritos milites honoribus & beneficiis ſupra communem ſortem itidem eveherent, inde factum, ut ejuſmodi emeriti Franci ſic honorificè à Regibus habiti, & poſſeſſionibus aucti, Romanorum Gentilibus & Scutariis omninò ſimiles, & ipſi Gentiles ac Scutarii, *Gentilshommes* & *Eſcuyers* vulgò vocarentur, atq; tractu temporis tantum tales milites inter Nobiles cenſerentur, *adde Beſold. libr. 1. pol. c. 10. n.* 59. Ex quo & hoc † πόρισμα extruit idem Lanſius, 46
Sagatam nobilitatem togatâ antiquiorem, & laudatiorem eſſe, *Eſtienne Paſquier. des Recherches de la France liv. 2. chap. 14. & ſeq.*

Eſt autem vocabulum Nobilis † ἀνάλογον, & ali- 47
quando ſimpliciter, aliquando κατὰ συμπλοκὴν ſive complexivè, ut loquuntur interpretes Ariſtotelis, uſurpatur. Secundum complexionem, † vel per Sy- 48
nechdochen ſpeciei ſignificat primo omne id, quod in unoquoque genere etiam malo excellit; Ita Poppæam, quæ omnem pudorem ejuraverat *apud Tacit. lib. 13. Annal. & ſeq.* Quintillam, quæ nunquam virginem ſe noverat, *Gregor. Rollenhag. in certam. maſcul. fœm. c. 19. num. 25.* Chionem, quæ *apud Ovid. libr. 11. Metamorph. fabul. 11.*

Mille procis placuit bis ſeptem nubilis annis.

Nobile ſcortum vocamus; Romanos in Cannenſi clade cæſos, Nobiles Cannas ſalutamus. *De qua Liv. lib. 22. hiſtor. c. 47. & ſeqq. Polyb. lib. 5. c. 18. Sil. Ital. lib. 9. per tot.* Quod etiam Antonius Muretus hoc ſuo voluit innuere carmine.

At quid nobilitas tandem eſt niſi fumus inanis?
Nam ſi vim verbi aſpicias, & nobile ſcortum
Dicitur, & latro nonnunquam nobilis, imò
Nomen ita accepto pornus quoq; nobilis ipſe.

Verùm iſta † vos parum importat præeminentiæ, 49
ideoque

ideoque illud nobilitatis ſignum hîc non uſque adeò
attendemus, aliâs nobis occim poſſet, quod *ex Flandro*
lib. 5. Metaph. quæſt. 17. repetit, *Henn. Arniſæ. libr.* 1. *pol.*
c. 13. Oppoſitum gloſſatur per oppoſitum gloſsâ de-
ſtruente textum, *Decian. reſp.* 1. *num.* 125. *vol.* 2. ubi ait
oppoſitum deſtruit propoſitum. Quo enim meritrix
in genere ſuo eſt nobilior, eo fit ignobilior abſolutè.

50 Secundò κατὰ † συνεκδοχὴν generis eo nomine ſa-
lutantur omnium ordinum Principes, quiq; ſecun-
dum aliquam πολιτικὴν δύναμιν, *ut loquitur Ariſt. lib.* 3.
51 *pol. cap.* 9. paulò ſuperiores habentur. Nam Duces, †
Marchiones, Comites, licet hodie majoris dignitatis
titulo vocentur, attamen appellatione Nobilium cō-
prehenduntur, *Tob. Paurmeiſt. lib.* 2. *de juriſd. c.* 11. *n.* 12.
Barth. Capoll. tr. de Imper. mil. delig. c. 4. *num.* 41. *Bon. de*
Curtili tr. nobil. part. 5. *n.* 49. *Caſſan. in catal. glor. mund.*
part. 8. *conſid.* 46. *Guttierez lib.* 3. *&* 4. *pract. quæſt.* 16. *n.* 7.
52 *& ſeq. Peregrin. conſ.* 20. *num.* 7. *lib.* 1. non quidem † in
53 odioſis. Nam quod præſcripto † contra Nobiles,
non extendatur contra Illuſtres, Comites ac Barones,
54 reſpondit *Henn. Göden. conſ.* 39. *num.* 23. Sed ſaltem †
in favorabilibus. Diſpoſitio enim favorabilis de nobi-
libus loquens, etiam in Ducibus, Marchionibus, &
Comitibus locum habet, *Schrader de feud. part.* 10. *ſect.*
7. *num.* 59. *Fab. de Anna conſ.* 56. *num.* 17. *& ſeqq.* Qua-
propter Henricus IV. Rex Galliæ Anno 96. in Comi-
tiis Rhotomagenſib. in oratione quam habuit ad or-
dines benè dixit. De ma brave & genereuſe nobleſſe, je
ne diſtingue point mes Princes, pour eſtre noſtre blus
beau tiltre, Foy de gentil homme. *Hiſtoir des derniers*
troubles de France liv. 5. *p.* 68. Quemadmodum Reges
55 † Galliæ & Italiæ Principes in ſermonibus familiari-
bus, cùm juramentum interponere volunt, non alio
uti ſolent, quàm A foy de gentil homme, vel, A fè da
gentil'huomo. Et hoc à ſuis majoribus accepiſſe a-
junt.

56 Nobilium enim titulus † olim ſolis Ducibus,

Comi-

Comitib⁹, Baronibus tribuebatur, *Conrad. Rittershuſ. in prolegom. ad comm. feud* *Chriſt.* Lehman/*lib.* 2. *Chron. Spirenſ. c.* 14. *&* 19. Reliqui verò † Nobiles, Miniſte- 57
riales, aut feudatarii, vulgò Edele Knechte/ *Albert. Crantz. in Metropol. lib.* 3. *c.* 11. *Cruſius annal. Suev part.* 1 *lib.* 10. *Advocati Brunſvvicenſ. part.* 2. Braunſchw. hiſtor. Handel/*fol.* 867. vel Knechte deß H. Reichs/ vocabantur *Ordinat. Regiment de Anno* 1500. *tit.* Von der Knecht vnnd Ritterſteur/*Receſſ. Imp. de Anno* 500. § Wir oder der/& inde Adellſchalck/ † ſervi Princi- 58
pis vulgatiſſimè nobiles omnes dicebantur, *Lindenbr. in gloſſar. verb.* Adellſchalck Quod etiam teſtatur Reinerus Reineccius, *in tr.* von deß Adels anfenctlichem herkommen *fol.* 144. *& ſeq.* ita enim ait: Edle Knechte ſeind die anderen Nidrigen vom Adell geweſen/ vnd haben dahero dieſen Nahmen bekommen/ daß ſie den Herren in Kriegen vnnd andren Handeln mit dienſt Verpflicht geweſen. Sic Gregorius † IX. Pontifex 59
Marchionem Milnenſem, *in c. conſtitutis.* 46. *de teſtib.* Innocentius III. Ducem Carinthiæ, *in c. venerabilem. in fin. extr. de el. & elect. pot.* & Innocentius IV. Comitem Boloni. Regis Portu Galliæ fratrem, *in cap.* 2. *de ſuppl. neg. prælat.* nobiles viros appellant. Quemadmodum etiam † Anno 1561. per legatos oblatæ Pii IV. 60
Pontificis literæ (quas Brevia vocant) ad Auguſtum Electorem Saxoniæ, & reliquos Proteſtantium Principes in Naumburgenſi conventu, cum hac inſcriptione, Dilecto filio, Nobili Viro N.N. Electori, Duci, Landgravio, &c. Verum illæ non fuerunt reſignatæ, ſed in hoſpitium legatorum mox remiſſæ, *Chytræ. in Chron. lib.* 20. *Aug. Thuan. lib.* 28. *hiſtor. Kirchner. de Repub. diſp.* 12. *th.* 1. *lit. b.* Quamvis enim Imperator † in 61
inſcriptionibus & titulis Comitum ac Baronum hunc ſtylum retineat, dem Edlen vnſern vnnd deß Reichs Lieben getrewen/ N. Graffen/oder Herren zu N. niſi tamen Principibus celſioris gradus titulum tribuat, hi literas ne reſignare quidem, ſed ſine reſponſo re-

 mittere

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

mittere ſolent. Cur enim Princeps Imperatorem habeat, ut Dominum, ſi Dominus eum non habet, ut Principem, *ajebat mutatis verbis Domitius in c.* Quod
62 ſecus † eſt in Gallia, ubi Rex omnes omninò Nobiles & Principes (ut Comicus jocatur) eodem pectine tondet, cũ hac inſcriptione, A Monſieur Monſieur, &c. Vel A noſtre aimè & ſoal N. N. Prince, N. N. gentil homme, &c.

63 Strictiori ſignificatione † olim apud Romanos Nobiles dicebantur, qui novi hominis filii eſſent, *Ioh. Roſin. lib. 1. antiq Roman. c. 19 Petr. Ramus in prælect. ad*
64 *Orat. Ciceron. 2 de lege Agrar. in pr.* Novus autem † dicebatur, qui primus in ſua familia magiſtratum adipiſceretur, ac ſtatuæ ſibi erigendæ jus haberet, *Iohan. Bodin. lib. 3. de Repub. Hipp. à Collib. in Nobili concl. 9.* vel qui non ſimpliciter erat ignobilis, *ut poſt Tiraquell. Cravetta de Nobil. c. 19. num. 22. conſ. 982. num. 34 part. 6. interpretatur.* Sed qui quum ignobilis eſſet, incipiebat tum primum fulgeſcere & Dux fieri nobilitatis in poſteros. *Natta conſ. 637. num. 22. tom. 3.* Quæ deſcri-
65 ptiones † valde inſerviunt notationi nominis Juncker/per Synæreſin, quaſi novus homo, novus Domi-
66 nus ein Junger Herr/ſit effectus. Ita olim † apud Moſcos Cneſii, apud Ægyptios Mammaluci, apud Judæos Naezi, apud Indos Nairi, *Fr. Pruckman. tr. de Regal. § ſoluta poteſtas. c. 4. effect. 4. n. 18. ex Iovio & Maſſio*, apud Hebræos à ſtirpe Aaronis ſacerdotes, à ſtirpe Nimrodi Reges, *Geneſ. c. 10. v. 9. & ſeqq. Bodin d. c. 8. de Repub.* apud Impp. Conſtantinopolitanos Proceres aulæ regiæ, *Rhenat. Choppin. de privil ruſticor. lib. 3. c. 13. Giphan. ad § 4. Inſt. quib. mod. jus patr. poteſt. ſolv.* Hodie apud Hiſpani hijoſdalgo per Syncopen Hydalgi *Guttierez. lib. 3. & 4. pract. quæſt. 13. n. 18. & ſeq. Caſp. Baet. de inop. debit. c. 16. num. 44. & ſeq.* apud Anglos Walli, *Levin. Lemn. de occult. natur. mirac. lib. 4. c. 2.* apud Turcas Janitzari, *Mich. Caſp. Lundorp. in contin. Sleidan. lib. 18. fol. 349.* nobilium titulis & honore fruuntur.

Cum

Cum ergo † juxta mores & ſcita cujusque regio- 67
nis, Nobilitas, Dignitas, & infamia judicetur, *Tiraq. de Nobil. c.* 33. *num.* 20. *Iohan. Vinc. Hondeda. conſ.* 87. *num.* 61. *vol.* 2. *Farinac. conſ. crim.* 95. *num.* 13. *lib.* 1. *Flam. de Rube. conſ.* 65. *num.* 105. *vol.* 2. Dignitas enim † illa 68
dicitur, quæ communiter reputatur in loco, *Rota Roman. deciſ.* 29. *n.* 3. *part.* 2. *in nov. ſſ. Cavalcan. deciſ.* 41. *n.* 23. *lib.* 1. *Cephal. conſ.* 611. *num.* 29. *& ſeqq. lib.* 4. unaque
† omnibus populis conveniens nobilitatis defini- 69
tio haberi non poſſit, *Ant. Godfrid. diſp. feud.* 2. *th.* 4. *lit. g. P. Heig. part.* 1. *quæſt.* 2. *n.* 63. noſtrum erit ſequi conſilium Pauli JCti, *in l. cum de* 18. *§. item.* 3. *ff. de inſtruct. leg.* eoq; ſenſu nobilitatem definire, quem illi hodiernus uſus impoſuit.

Eſt ergo Nobilitas, † dignitas, beneficio Princi- 70
pis ſeu legis plebejum per gradus legitimè erigens. *Conſentiunt Paurmeiſt. lib.* 1. *de juriſdict. c.* 29. *num.* 29. *Tiraquell. de nobil. c.* 6. *num.* 1. *Guttierez. lib.* 3. *pract. q.* 14. *num.* 11. *Maſcard. de probat. concl.* 1094. *n.* 6. *Chaſan. ad conſ. Burg. rubr.* 4. *des droicts & appar à gens mariez.* §. 19. *num.* 5. *Decian. reſp.* 19. *num.* 2. *reſpon.* 66. *num.* 1. *&* 67. *vol.* 3.

Dicimus I. loco generis, DIGNITAS. Hæc enim
duobus † modis conſiderari poteſt, primò abſolutè 71
& in abſtracto, ſecundò in concreto, quatenus cohæret perſonæ illam dignitatem habenti, *Petr. Barboſa ad l. quia tale,* 14 *num.* 80. *& ſeqq. ff. ſolut. matrim.* in abſtra-
cto † conſiderata plus eſt quam nobilitas, *arg. l.* 1. *C.* 72
de conſul. Et latius † patet quam Magiſtratus, *H. Vul-* 73
tej. ad L. 1. *num.* 14. *C. ubi ſenat. vel Clariſſ.* Cum vix † 74
poſſit eſſe ſine nobilitate, poteſt autem nobilitas eſſe ſine dignitate, *Ant. Faber. in Cod. forenſ. lib.* 9. *tit.* 28. *de-*
fin. 10. *num.* 6. In concreto ergo † nobilitas in digni- 75
tatum numero reponitur, *Bart. in l.* 1. *num.* 46. *C. de dignit. Cacheran. deciſ.* 100. *num.* 47. *Thoming. conſ.* 52. *n.* 39 *part.* 1. *Sixtin. conſ.* 9. *num.* 48. *vol.* 2. *Vultej. conſ. Marp.* 17. *num.* 43. *vol.* 3. *Peregrin. conſ.* 3. *num.* 4. *&* 24. *libr.* 2.

Et quod dignitas & nobilitas idem ſint ſumpta dignitate pro quadam qualitate alicui inhærenti, per quam quis differt à plebejis notant, *Mich. Nizol. alleg.* 1. *num.* 96. *Hipp. Riminald. conſ.* 741. *n.* 3. *lib.* 7.

Diximus II. Beneficio Principis, Eſte-
76 nim † inventa Nobilitas ad ſimilitudinem illius nobilitatis, quæ eſt apud Deum, *poſt Bartol. Caſſane. in Catal. glor. mund. part.* 8. *conſid.* 1. *Somnium Viridar. de poteſt.*
77 *ſecul. & Eccleſ. c.* 133. *num.* 13. *& ſeq.* Sicut ergo † ille apud Deum eſt Nobilis, quem ſua gratia gratum ſibi facit, *Paulus ad Roman. cap.* 3. *v.* 23. *& c.* 11. *num.* 6. Ita apud nos eſt ille nobilis, quem Princeps vel ſua gratia ſibi gratum, vel nobilem facit, *Guttierez. pract. q.* 16. *num.* 34. *& ſeq. lib.* 3. *Pariſ. de Put. de re mil. lib.* 7. *quaſt.* 1. *num.* 9. *Vinc. de Franch. deciſ.* 20. *n.* 8. *Peregrin. conſ.* 84. *n.* 16. *lib.* 1. Diximus III. Seu Legis, cujus nobilita-
78 tis † privilegia vocantur clauſa in corpore juris, *Ant. Fab. in Cod. for. d. lib.* 9. *tit.* 29. *defin.* 6. *num.* 3. non tam ex
79 mera † indulgentia Principis quàm à recta diſpoſitione legis provenientia, *Erneſt. Cothman. reſp. Acad.* 1. *num.* 280. *cum alleg.* quæ talia ſunt, ſi quis Doctor Juris creatus, vel in Conſiliarium alicujus principis aſſumptus fuerit. *De quibus infra c.* 5 *per tot.*

Diximus IV. Plebejum. Qui enim jam nobilis
80 † eſt, amplius nobilitari non poteſt, quemadmodum
81 nec Doctor † vel Licentiatus in eadem facultate amplius doctorari vel licentiari poteſt, *Curt. Sen. conſ.* 16.
82 *num.* 23. *part.* 1. Quando enim † agitur de ſtatu in melius mutando, actus, per quem ſtatus ipſe immutatur, iterari non poteſt, *Decian. reſp.* 91. *num.* 1. *vol.* 2. Et ubi quid ex ſolo actu conſummatur, non amplius reiteratur, *Bald. in l.* 2. *C. de manum. vind. Menoch. conſ.* 19. *num.* 6. *lib.* 1. Unde Baſileæ † & in omnibus ferè Aca-
83 demiis jurat Candidatus ſe ornamenta Doctoræ, poſteaquam ea hodie acceperit, nequaquam amplius petiturum, nec, ultrò à quibuſcunque oblata, denuò recepturum.

Dixi-

Diximus V. Per Gradus. Quemadmodum enim olim † dignitatum gradus diſtincti erant, ut 84
aliqui eſſent Superilluſtres, aliqui Illuſtres, aliqui Spectabiles, aliqui Clariſſimi, *De quibus Vultej. lib. 1. Iuriſp. Rom. c. 6. n. 3. & ſeqq. Henn. Gôden. conſ. 39. n. 1. & ſeqq.* Ita etiam hodie † quidam ſunt ſimplices nobiles, 85
quidam nobiliores, quidam nobiliſſimi. *Schrader. conſ. 23 num. 12 vol. 2.* De quibus dignitatum gradibus videbimus infra *c. 8 per tot.*

Diximus VI. Legitime Erigens. Quoniam ſecundum leges † ac mores cujusque loci nobilitas 86
confertur, *Iohan. Arze ab Otalora de nobil. Hiſp. p. 2. pr. c. 15. num. 15. Bart. Capoll. de Imp. mil. delig. c. 4. num. 7. Gabr. Palaott. de noth. & ſpur. c. 61. num. 8. Tiraquell. de nobil. c. 10. num. 1. & ſeqq.* Eſt enim nobilitas juris civilis, † & jure gentium incognita, *per §. 1. Inſt. de jur.* 87
perſonar. ubi dicitur, quod ex ſumma perſonarum diviſione omnes homines aut ſint liberi aut ſervi. Quæ diviſio ideò ſumma dicitur, quod ea jure gentium homines diſtinguantur; Quapropter nobilitas jure gentium incognita eſt, alioquin ſumma hominum diviſio ea fuiſſet, qua homines in nobiles & plebejos diſcriminarentur: Et quidem cum jus gentium æqualem faciat hominum ſtatum, eſt enim jus, quo omnes homines utuntur, *§. 1. Inſt. de jur. nat. gent. & civ.* omnes omninò eſſent Nobiles, quod eſt abſurdum. *Vt docent Pruckman. d. c. 4. obſ. 4. num. 12. & ſeq. Matth. Stephan. de jurisd. lib. 2. part. 1. c. 7. memb. 2. num 13. Gylman. in Symphorem. tom. 4. p. 1. vot. 30. num. 100. Vultej. conſ. 34. n. 167. vol. 3. Marp.* In quam ſententiam † rectè Canu- 88
lejus Tribunus plebis Rom. Patritiorum nobilitatem, ex Sabinis & Albanis, non genere nec ſanguine, ſed per cooptationem in patres derivat, *referente Livio lib. 4. hiſt. Rom. c. 4.* Unde ſi ſummo † jure ageretur, dici 89
poſſet non inſubtiliter, eum, qui dignitatem habet ex Principis ſui privilegio, quantumque ſimplicem & abſolutam, non poſſe dici Nobilem extra territorium

concedentis, *Caſp. Baet. de inop. deb. c. 16. n* 108. *Guttierez. l. 3. & 4. pract. quaſt.* 14. *num.* 85. *Chaſſan ad conſuet. Burg. Rubr.* 6. §. 4. *num.* 2. *& ſeqq. Ioſeph. de Seſſe deciſ.* 2. *num.* 25. *part.* 1. ſiquidem jus dicenti, (ut ſc. à ſe nobilitati eodem æſtimentur ab omnibus honore ac pretio) extra territorium & ſupra juriſdictionem impunè paretur, *l. ult ff. de jurid. l. cum unus,* 12. §. *pen. ff. de author.*
90 *jud. poſſid.* Quamvis † ex mutuo populorum conſenſu, & quadam veluti tolerantia aliud receptum ſit, ut qui Nobilis eſt in una provincia, pro tali etiam habeatur in alia, *Azevedo ad conſt. Hiſp. lib.* 6. *tit.* 2. *in rubr. n.* 110. *& ſeq. Ant. Fab in Cod. lib.* 9 *tit.* 28. *defin.* 12. *num.* 9.
91 Quoniam † ſi Nobiles Germani, qui verè Nobiles ſunt, *Wimpheling. in Epit. rer. Germ. c.* 70. *P. Heig. part.* 1. *quaſt.* 9. *num.* 49. (Aquila enim (quæ ales Jovis) pullos excludit nobiliores.

——— *nec imbecillem feroces*
Progenerant Aquilæ columbam.

Ait Horat. lib. 4. *Carm. Odè* 4.) non eſſent Nobiles in Polonia vel Dania (ubi omnes ſunt Nobiles. Nam Baronum, Comitum, Ducumq; nomen ignorant,) jure eveniret, ut nec Danos vel Polonos nobiles dici paterentur in Germania, *arg. t. t. ff. quod quiſq; juris in alterum*
92 *rum ſtatuerit, ipſe eo utatur.* Quis enim † aſpernabitur idem jus ſibi dici, quod ipſe aliis dixit, vel dici effecit? *l.* 1. *ff. d. t. & ibi Weſenb. num.* 2. aut quis Juſtiſſimam illam & à naturâ profectam Talionis legem juſtè deprecari poterit? *Cicero libr.* 2 *de Invent. c.* 5. *&* 12. Quiſ-
93 quis igitur † alicubi Nobilis eſt, eum ubiq; nobilem eſſe neceſſe erit, cum ea dignitas ad hominis qualitatem pertineat, quę non minus individua eſt, quam ipſa hominis ſubſtantia, *arg. l. ſi ex cauſa.* 9. *ubi Bart. ff. de poſtul. Gaill. de arreſt imp. c.* 6. *n.* 7. *verſ. Itaq; Guttierez quaſt.* 13. *pract. q. n.* 95. *lib.* 3. *Fab. de Anna conſ.* 40. *num.* 43.

***

CAPUT

CAPUT II.

DE CAUSA EFFICIENTE NObilitatis.

CAuſa efficiens † nobilitatis eſt Princeps, *P. Ant. de Petra de jur. quæſt. non toll c.* 13. *num.* 6. *Guttierez. d. lib. quæſt.* 17. *num.* 132. *& ſeq. Bon. de Curtil. tr. Nobil. p.* 3. *num.* 125. *& ſeq. Decian. reſp.* 66. *in pr. vol.* 3. *Cravett. conſ* 549. *num.* 3. *p.* 3. *Pruckman. conſ.* 22. *num.* 44. *& ſeq. vol.* 1. non principatum † tantùm habens, *ut putat Bartol. in l.* 1. *C. de dignit.* Sed jura Majeſtatis, & ſuperioritatis chariſmata tenens. Cum enim nobilitare † ad majora Regalia pertineat, *H. Vultej. lib.* 1. *de feud. c.* 5. *n.* 7. *H. Roſenthal. de feud. c.* 5. *concl.* 2. *num.* 4. *Sixtin. de Regal. c.* 2. *num.* 36. *lib.* 1. *H. Bocer. tr. de Regal. c.* 2. *n.* 7. *Decian. reſp.* 19. *num* 6 *vol.* 3. quæ ſolius † Principis oſſibus adhærent, *Hier. de Cevall. in ſpecul. com. opin. q.* 46. *num.* 7. *Weſenb. conſ.* 60 *num.* 31. *lib.* 2. Et ipſius coronæ annexa, & ſicuti radii ſolis à ſole inſeparabilia ſunt, † *Sixtin. de Regal d. c.* 2. *num.* 3. *lib.* 1. *Menoch. conſ.* 604. *n.* 15. *vol.* 7. per inferiores hæc ſacra ſacrorũ † non poſſunt profanari, vel ut mollius loquar, uſurpari. Niſi ex conceſſione ſummi Principis, eaque aut tacita, quæ inducitur præſcriptione, aut expreſſa, quæ inducitur conventione hæc vel alia ſibi acquiſiverint. Talis eſt autem in Romano Imperio.

1 2 3 4 5 6

IMPERATOR. † 7

L. quoties. 3. *§.* 2. *C. ubi Senat. vel. Clariſſ. l.* 3. *C. de conſul. l.* 2. *& l. fin. ff. de natal. reſt. Vultej de feud c.* 8. *num.* 9. *& ſeq. Schneidevv. de feud part.* 3. *num.* 53. *Georg. de Cabedo pract. deciſ.* 73. *num.* 1. *part.* 2. propterea Plinius *in Paneg.* de Trajano ſcribens, Cæſaris eſſe dicebat, ut Nobiles efficeret ac tueretur; Qui etiam ſolo verbo facit

8 facit civitatem, † *Bart. in lib. 1. C. de Metrop. Decian.*
reſp. 21. n. 18. libr. 1. & reſp. 7. n. 19 & ſeq. lib. 3. Fab. de
Anna conſ. 56. num. 19. cum alleg. ſolo verbo creat Do-
9 ctores, † *Angel. in l. 1. C. de ſent. paſſ. Reſt. Caſtald. de*
Imper. quæſt. 100. priv. 41. Schneidevv. de feud. part. 3. n.
65. Mart. Caraz. de Princip. quæſt. 207. Cacheran. conſ. 1.
num. 30. ſola denominatione conſtituit Duces, Mar-
10 chiones, Comites, Barones, Nobiles, † *ut poſt Bart.*
Alex. Ang. & Ripam tradunt Molin. de Hiſp. primog. lib.
1. c. 11. num. 22. Peregrin. conſ. 84. num. 13. lib. 1. & conſ.
3. num. 23. lib. 2. Et in ſumma dignitates facit pro ſuo
11 velle, † *ut ait Andr. in c. 1. n. 22. de capit. qui cur. vend.*
Cravett. conſ. 338. num. 1. ubi ait, quod Imp. dignitates
ex ſententia transferat.

12 Eſt enim ſolus civium Romanorum Dominus, †
l. 1. C. de ſum. Trin. l. bene à Zenone. C. de quadr. præſcr. l.
deprecatio. 9. ff. ad L. Rhod. de pact. Caſtald. de Imper. quæſt.
52. n. 1. & ſeqq. ſubdens ex Bartolo, quod ſi quis aſſe-
reret contrarium eſſet hæreticus. Qui tanquam ſtella
matutina eminet inter omnes Reges, in medio nebu-
13 læ meridionalis, † *Sixtin. de Regal. cap. 4. num. 6. lib. 1.*
Schneid. de feud. p. 3. n. 51. Hipp. Riminald. conſ. 5. n. 93.
libr. 1. à quo ſcaturiunt omnes dignitates tanquam à
14 ſuo fonte & principio, † *Mart. de Caraz. tr. de Princip.*
quæſt. 540 Schrader. de feud. p. 4. c. 1. num. 2. Henn. Göd.
conſ. 3. n. 23. & ſeq in quo requieſcunt tanquam the-
15 ſauri in ſcrinio reconditi, † *Modeſt. Piſtor. conſ. 51. n.*
38. vol 1. Curt. Sen. conſ. 68. num. 6. part. 2. Et penes
16 quem reſident, velut ſcabellum pedum ſuorum, †
Cravetta conſ. 338. num. 1. Pero conſ. 76. num. vol. 1. Sicut
Fridericus II. in privilegio Duci Auſtriæ conceſſo. De
fulgore, inquit, throni Cæſarei, velut ex ſole radii ſic
cæteræ prodeunt dignitates, &c. *apud Petr. de Vineis lib.*
6. Epiſt. 26.

Atque hæc nobilitas ex perſona concedentis eſt o-
17 mnium nobiliſſima. † *Tiraquell. de Nobil. c. 6. num. 7.*
& ſeq. Eo enim major habetur dignitas, quo major
conce-

concedens eſt † *l.2. ibiq; gloſſ. ff. de alb. ſcrib. Cravett.* 18
conſ. 981. num. 6 p. 6. Menoch. conſ. 51. num. 29. lib. 1. Peregrin. conſ. 3. num 34. vol. 2. Cephal. conſ. 615. num. 42. lib. 5. Natta conſ 638. num. 21. tom. 3. Burſat. conſ. 343. n. 10. lib. 4. Et claritas major à ſole provenit quam à luna & ſtellis, *in terminis Farinac. conſ. crim 94. num. 9. lib. 1.* Qua ratione Eques creatus ab Imp. dignior eſt eo, qui militiam accepit à minore, † *Acac. Enenckel. de priv.* 19
mil. lib. 1. c. 10. num. 3. Menoch. conſ. 126. num. 33. Et Doctor creatus per Imp. præfertur Doctoribus creatis ab inferioribus, † *Mart. Laudenſ. tr. de dignit. q. 16. Bon.* 20
de Curtil. tr. Nobil. part. 3. n. 23. Gomez in comm ad LL. Taur. leg. 83. num. 17. in fin. Caſſan. in Catal glor. mund. p. 10. conſid. 32 Gratian. lib. 1. diſcept. for. c. 186 num 75. & ſeqq. Azevedo conſ. 12. num. 26. Cephal. conſ. 566. n. 26. lib. 4. Portius conſ. 167. n. 77. vol. 4. licet illi poſteriores tempore ſint, † *Ant. Trigona ſingul. 117. num. 2. Pere-* 21
grin. conſ. 84. num. 21. lib. 1. cum alleg. Quod tamen ita verum eſt, ut tunc demum donatus dignitate à ſuperiore præferatur, cum termini ſunt pares † *ut probat* 22
Menoch. conſ. 126. num. 34. verſ. Reſpondeo lib. 2.

PONTIFEX ROMANUS. † 23

Dignitates enim creare propriè ſpectat ad Pontificem, † *Ant. de Petra de jur. quaeſ. non toll. c. 8. num. 1. H.* 24
Riminald. conſ. 581. num. 19. libr. 5. Beroj. conſ. 147. n. 24. vol. 3. Et quod omnes dignitates à Papa tanquam à fonte & ſtipite proveniant, tenent, † *Peregr. Iannin.* 25
de citat. real lib. 1. c. 1. num. 685. Vinc. de Franch. deciſ. 62. num. 5. Decius conſ. 574. num. 1. Ita ut ſolo verbo poſſit creare civitates, *Schrader. conſ. 15. numer. 9. vol. 2. cum alleg.* Nobiles, Cardinales, Epiſcopos, † *Iannin. de ci-* 26
tat. real. d. lib. 1. c. 272. Iohan. Selva tr. de benef. p 1. quaeſt. 2. num. 55. Iaſon. conſ. 145. num. 1. vol. 2. Eſt enim ſupra omnes Reges, † *Bero conſ. 18. num. 108. vol. 3.* & in- 27
ter Principes ſeculi tenet Monarchiam, † *Crav. conſ.* 28
982. num. 6. lib. 6. Riminald. Iun. conſ. 57. num. 22. libr. 1.

Quam-

Quamvis autem Pontifex quatenus Pontifex eſt, Re-
29 galia non habeat, † *Amicus noſter Ioachim. Cluten in Syllog.concl.8.lit.c. Cothman.reſpon. Acad. 32.num. 8.* ex oſcitantia tamen Imperatorum, cum baculum Aaronis & gladium Nimbrodi una manu teneat, jura Majeſtatis habet, & creat Nobiles, Duces, Principes, Re-
30 ges, quatenus eſt Princeps Italiæ. † Exempla refert, *Paurmeiſt.lib.2.de jurid.c.3.num.29.& Matt.Stephan. in tr.de jurid.*

Rex In Suo Regno. †

31 Qui omnes dignitates concedere, & quem vult nobilitare poteſt, *Bertazzol. ad L.ſi quis major.quæſt.58. num.815.C.de tranſact. Zaſ.de feud.part. 5.num.4. Azevedo ad conſt.Hiſp.lib.6.tit.1.leg.1.n. 17. Georg.de Cabedo pract.quæſt. deciſ.73.n.1.part. 2.* Æquiparatur enim
32 Imperatori, † *Reſtaur.Caſtald. de Imp.quæſt.69.n.15. Mart.de Caraz.de Princip.q. 67.Socin. Sen. conſ.3.n.19. vol.3.* tantumq; poteſt in regno quantum Imp. in imperio, *Rod.Suarez alleg. 6.num. 13. Et in diſp.de Majoricat.num.28.& ſeqq. Decius conſ.390.num.10.* ubi addit quod leges, quæ loquuntur de Imp. etiam in Rege locum habeant. Quod de Rege diximus etiam in Regina † obtinet, quæ ſc. abſolutam regnorum ſuo-
33 rum γυναικοκρατείαν habet. Nam & hęc dignitates conferre, Nobiles, Barones, Comites creare poteſt; Quia jura Majeſtatis habet in ſolidum, nec tam Regina, quam Rex eſt nominanda, *H. Kirchner. de Repub.diſp. 4.appendic.* 1. quemadmodum Ludovici Ungariæ & Poloniæ Regis filia, Regem Ungarię ſeſe in aurea moneta inſcripſit, eamque Regem ſubditi nominarunt, *Bodin.lib.6.de Repub.c.* 5. & Johannam Neapolitanam non ut Reginam, ſed ut Regem in cathedra regali ſediſſe ſcribit, *Baldus in § hoc quoq;, col.4. tit. de ſucceſſ. feud.*

* * *

I. Rex Romanorum.

Qui non ſolum Nobiles, ſed etiam Comites & Ba-
rones creare poteſt, † *per* Reichs Abſchied/ *de An.* 48. 34
§. Wiewol auch/ Ibi, daß die Graffen vnd Herren ſo
kürtzlich jhre digniteten vnnd præeminentz von vns
vnd vnſerm Fr. Lieben Bruder dem Römiſchen Kö-
nig empfangen. Idem enim poteſt quod † Imp. *l. 2. C.* 35
de off. qui vic. al. jud. privilegia dare, † *Anton. Quetta* 36
conſ. 1. n. 15. & ſeqq. ſecuritatem vel ſalvam guardiam
concedere, † *Surdus conſ. 281. num. 4. lib. 2.* natalibus 37
reſtituere, feuda Imperii conferre, nova vectigalia in-
ſtituere, cæteraque omnia expedire, quæ ſunt de re-
ſervatis ipſius Imper. † *Gylman. in Symphor. tom. 1.* 38
part. 3. vot. 8. num. 34. Hinc unum & idem cum Impe-
ratore habet tribunal. † An ergo coram Electore 39
Palatino conveniendus? Vix putat † *Gerlac. Buxtorf.* 40
ad Aur. Bull. concl. 77. lit. b. Textus tamen Aureæ Bullæ
alternative loquitur, & contrarium Suadere videtur,
† *in cap. 5. in fin.* Ibi, wo der Keyſer/ oder Römiſcher 41
König. Quo etiam facit quod Bodinus ſcribit, *libr. 2.*
de Repub. c. 6. pag. 351. ſe legiſſe literas, quibus Princeps
Germaniæ Mommorancium Magiſtrum Equitum
Galliæ admonuerit, Juſtam eſſe Regi Henrico II. de
Carolo V. Imp. ac de Ferdinando Rege Rom. conque-
rendi cauſam apud Saxoniæ Ducem ac Comitem Pa-
latinum, Imperii vicarios. Quamvis turpiter erret quo
ad Saxonem, † *per d. §. fin. cap. 5. Aur. Bull.* Nec enim 42
Rex Romanorum Imperatoris juriſdictioni ſubjectus
eſt. † *Confer notata infra c. 16. num. 35.* Quia alterum 43
Imperii caput eſt, R. A. *de An.* 1555. §. Vnd im fall da
die Keyſ. May. 66. Ibi, Anſtatt Kayſ. Mayeſtet/ od
vnſer/ als Häupter. R. A. *de An.* 66. §. So vnterſtun-
den 6. Ibi, vns vnnd vnſerm Fr. Lieben Sohn/ den 44
Röm. König als die Häupter/ *Sleidan. l. 7. comm. in fin.*
Sic Georgius Baro ab Helfenſtein cũ Ferdinandi Regis
Rom. orationẽ in cœtu Principum pronunciaret A. 56.
Principum Germanorum Dominum, & quidẽ ſummũ
appel-

appellavit, *ut refert Bodin. d. libr. 2. de Repub. c. 6. p. 352.*
ſi aliâs fidem mereatur. Nec refert quod Ferdinandus
45 hinc inde Cæſarem ſuum Dominum appellet, † *R.*
A. de Anno 55. §. So haben ſich der / *in fin.* Licet enim
Rex Roman. à jurisdictione Cæſaris exemptus ſit, non
tamen à jure reverentiæ exemptus eſt, ſed Imperatoris
Majeſtatem comiter conſervare, *ut loquitur ICtus in l.*
46 *non dubito. 7. §. 1. ff. de captiv. & poſtl.* obligatur, † quia
etiam exempti, à reverẽtia liberati haut ſunt; *Car. Tap.*
in l. fin. p. 1 c. 5. num. 20. de conſt. Princip. Quetta conſ. 1 n.
21. Sic Ferdinandus Cæſar vocat fratrem ſuum jam
47 pridem mortuum, ſeinen Herren / † *R. A* zu Augſp.
de Anno 59. §. Als ſich dañ auch biſzhero *bi* Weiland
Hochgedachter vnſer nechſter Vorfhar / Bruder vnnd
Herr / Löblicher gedächtnüß / qui ſtylus inter tam magnos
Principes, & ſucceſſores non eſt novus.

II. Rex Galliæ.

48 Quamvis enim olim Imperio ſubfuerit, † *L. 2 §.*
1. C. de off. praſ. prat. Zoannett. de Imp. Rom. num. 203. *&*
ſeqq. Signorol. de Homodeconſ. 129. *col.* 3. *part.* 2. ubi ait;
Imper. Juſtinianus nominatur Francus, quia devicit
Franciam; Hodie tamen ſuperiorem nõ recognoſcit,
49 † *Iohan. Ferald. tr. de jur. & priv. reg. Fran. Ant. Corſet.*
de poteſt. reg. part. 5. quaſt. 101. num 66. Fr. Balb. de praſcr.
part. 2. partis 5. quaſt. 2. num 5. Chaſſan. ad conſuet. Burg.
tit. des ſucceſſ. des baſtards. rubr. §. §. 3. verb. ab inteſt. num.
23. *& ſeqq.* adeò ut de Rege Franciæ nihil aliud poſſit
dici, niſi quod dicitur de polo Antarctico, qui non eſt
noſtri hemiſphærii, *Purpurat. 10. l 1. num. 13. de jurisd.*
om. jud. pro ut eum refert An. Hering. de fidejuſſ. c. 7. n. 572.
Hinc Franci non utuntur juribus Romanis, ut legibus,
50 ſed ut rationibus, † *Conrad. Rittershuſ. in Expoſ.*
Novell. in proœm. c. 7. n. 6. aut ut Impp. faciunt locum
Legi Rhodiæ de ſactu, quatenus illorum conſtitutionibus
51 non repugnat, † *Henn. Arniſæ. libr. 1. de jur.*
Majeſt. c. 2. n. 5. Idem judicandum de Delphino Franciæ,

ciæ; quia & is ſuperiorem nō recognoſcit, † *Fr. Marci deciſ. Delph.* 355. *num.* 2. *tom.* 2. *Bertrand. conſ.* 42. *n.* 2. 52
vol. 1. *p.* 1. Diſſentit tamen Ripa † *tit. de diverſ. reſcript. reſp.* 14. *num.* 6. *& ſeq.* loquens in Delphino Franciæ; quod non poſſit plebejum nobilitare. 53

III. Rex Hispaniæ.

Tametſi enim Hiſpania olim à Romanis capta, eiſque ſubdita fuerit, † *l.* 2. *§. poſt aliquet. v. capta. ff de O. I. Guttierez lib* 3. *&* 4. *pract. quæſt.* 13. *num* 3. Hodie tamen excepto Ducatu Burgundiæ, & Mediolanenſi ſuperiorem non recognoſcit, † *Azevedo ad conſt. Hiſp. libr.* 9. *tit.* 17. *leg.* 1. *num.* 5. *& ſeqq. Iohan. Lupus de don. inter vir. ex ux. in pr. n.* 9. *Guil. Monferrat. de ſucceſſ. regn. dub.* 1. *num.* 40. *Cabedo deciſ.* 211. *num.* 3. *p.* 1. *Bertazzol. conſ.* 366. *n.* 27. *libr.* 2. Sed in regnis ſuis eſt Monarcha, & totum continens adeò ut per verbum PLACET poſſit facere Nobiles, Epiſcopos, Archi Epiſcopos, quod tãtoperè exaggeratur ab auctore Relationis de Hiſpania, *in theſauro politico lingua italica edito*, dum ait, Della grandezza del Rè di Spagna baſtera à dire queſto ſoto, che con una ſola parola (Placet) puo in un punto conferire, ſenza alcum danno ſuo ò di altrui, cinquanta, ſeſſanta, cento & ſine cento cinquanta milla ſcudi d' entrata nominando alcuno Arciveſcovo di Toledo, ò Siviglia, ò Vicario di Burgos, ò di altra Chieſa, importante, coſa che nō puo fare altro Principe, &c. Hinc quæritur: An Indi maris Oceani juſtè per Hiſpanos debellari potuerint? Hieronymus de Cævallos † ait juſto titulo obtinere Reges Hiſpan. Indos ex quo eos reduxerint ad fidem Catholicam, quod facere non potuerunt, niſi per viam belli, *pract. q.* 735. *num.* 29. At bellum quod Chriſtiani Principes inferunt infidelibus juſtum eſt ad hoc ut eos ad Chriſtianiſmum ducant, † *Menoch. libr.* 6 *praſ.* 96. *n.* 6. *Moron. de fide treuga & pace, quæſt.* 5. *num.* 4. *& ſeqq.* 2. Reges Hiſpaniæ Indiam poſſident ex Dei ſententia. Quicquid

54 55 56 57

quid calcaverit pes tuus tuum fiet, & cœlum cœli Do-
mino, terram autem dedit poſſidentibus, & quæ i
58 nullius bonis ſunt occupanti conceduntur, † ut ra-
tionatur, *Ant. Teſſaur. in præfat. deciſ. Pedem. num.* 14. *i.*
fin. præſertim cum titulo præmuniti ſint, quemadmo-
dum iſtas inſulas Alexander VI. Pontifex Anno 1492
59 Hiſpano donavit, † *Bodin lib.* 1. *de Repub. cap.* 9. quo
60 ipſum potuiſſe tenent, † *Petr. de Ravenna ſingul.* 581
poſt Bart. in l. id quod, ff. de leg. 1. At cum ſpeciem habeat
quaſi Reges Hiſpaniæ magis animo ditandi ſe, quam
61 edocendi fidem catholicam inſulares ſubjugarint, †
V. Marquard. de Suſann. tr. de Iudæis, part. 1. *cap.* 14. Hi-
ſpani enim & Portugalli nunquam ſumpſerunt arma
62 extra Patriam, niſi per avaritiam & ambitionem, †
Petr. Matthieu hiſtor. Fr. de Henrico IV. lib. 1. *narrat.* 4.
num. 7. quia ad Monarchiam aſpirant à circumferen-
63 tia ad centrum, † ſubſiſto, nec enim infideles ex ſo-
la infidelitatis cauſa, propriis ipſorum in terris, bello
implicari, hoſtiliter invadi, vita bonisque privari ſalva
64 & illæſa conſcientia poſſunt, † *Georch. Becht. de ſecu-
ritat. c.* 4. *num.* 91. arg. à contrario ſenſu, *ex c. diſpar.* 11.
cauſ. 23. *quæſt.* 5. ubi in Sarracenos juſtè pugnatur, qui
65 Chriſtianos perſequuntur. Non ergo abſolutè, † *Ho-
ſtienſ. & Panorm. in c. quod ſuper, num.* 4. *de voto*, inpri-
mis cum infidelitas non privet quem jure naturali &
66 divino, dominiòve rerum & provinciarum, † *Co-
varruv. in c. peccatum, part.* 2. §. 10. *num.* 4. *& ſeqq.* Qua-
propter Attabaliba Rex Peru prudentiſſimè reſpondit,
donatorem illum inſigniter fatuum & impudentem
eſſe, ex eo facilè prodi, quod aliena tam liberaliter lar-
giatur, *Benzo lib* 3. *hiſt. nov. Orb. c.* 3. Anglorum, *ait Po-
lydor. Virgil. in hiſtor. Angl.* mos eſt, ut Comitatuum ti-
tuli arbitrio Principis dentur.

IV. Rex Angliæ.

Quorum Rex hodie poſt Deum nullius dominium
agnoſcit, ſed liberrima cum poteſtate jura regiæ Maje-
ſtatis

Digitized by Google

ſtatis habet, † *Iohann. Crot. de teſtib. part.* 8. *num.* 43. 67
Sonsbec. de feud. part. 6. n. 4. Propterea, cum Sigiſmundus Imp. ad littora Angliæ appelleret pacem facturus inter Henricum V. Angliæ & N. Galliæ Reges, non prius admiſſus fuit, quam profiteretur Duce Glocestriæ ſtricto gladio interrogante, dicenteque ſe non agnoſcere alium Imp. quam Regem, nihil ſe contra Regis ſuperioritatem prætexere, ſed eſſe amicum ejus, & ſi vellet inter duos vicinos Reges mediatorem, † 68
Tit. Liv. Foro livienſ in hiſtor. bell. Gall. Ita Maximilianus I. & Carolus V. Impp. cùm à Regibus Angliæ Ordinem aureæ periſcelidis ſuſceperint ſuperioritatem Regis manifeſtè declararunt, ſiquidem ordinis † 69
inſtituendi poteſtas nulli datur, niſi qui jura Majeſtatis poſſidet, *Arniſa. libr.* 1. *de jurib. Majeſt. cap.* 2. *num.* 6. *in fin.*

V. Rex Poloniæ.

Poloniam nunquam ſubfuiſſe Imperio perperam arbitratur, † *Arniſa. d. c. 2. n. 6. in fin.* Fuit enim Cæſa- 70
ri tributaria, † *Naucler. in Chron. vol. 2. gener.* 35. E- 71
jusque Dux Boleslaus, ab Otthone III. Imper. Rex juſſus eſt. Qui autem ſceptra de manu alterius ſuſcipit, hoc ipſo eum pro ſuperiore recognoſcit, † *Bodin. lib.* 72
1. *de Rep. c. 9. pag.* 203. Hodie tamen Reges Poloniæ ſuperiorem non recognoſcunt. † *Florimond. de Ray* 73
mond de la naiſſance de l'hereſie lib. 4. *c.* 8. *num.* 1. non ſolum enim ſe ab Imperio eximerunt, ſed etiam Boruſſiam vellicarunt, cum Sigiſmundo Polon. Regi Albertus Brandeburgicus invito Cæſare clientelare obſequium præſtaret. Etiamnum ob id proſcriptus, † 74
Sleid. lib. 7. & 8. comm. Bodin d. cap. 8. de Rep. fol. 203. G. Schönborn/*lib. 5. pol. c.* 7. Quæ deprædatio etiam Dantiſcum ex Elbingam involvit. † Quocirca Rex Pol. 75
Anno 1548. in Comitiis Auguſt. per Oratorem Laſcum exponi curavit, quo pacto Dantiſcum ex Elbinga ſibi ſint ſubjectæ, proindeque proteſtari, ne deinceps ad

Digitized by Google

Comitia vocarentur, quantumvis ipſi reſponſum fuërit, Imperii albo relinqui debere, † *Goldaſt. tom. 2.*
76 *conſt.Imp.fol.* 241. Eadem inundatione Livonia Poloniæ accrevit, † *Paurmeiſt. libr.* 2. *de juriſd. c.* 4. *n.* 28.
77

VI. Rex Daniæ.

Quamvis enim ratione Ducatus Holſatiæ Imperio
78 pareat, † Reichs Abſchied / *de An.* 1542. §. Dieweil aber/Ibi, als zum theyl auch deß Reichs Mitglied/ *Hering. de fidejuſſ. c.* 7. *num.* 577. *Gail. lib.* 1. *de Arreſt. c.* 6. *num.* 16. *Gylman. deciſ. Cam.* 46. *num.* 22 *part.* 1. quoad Daniam tamen & Norwegiam, † *Marta de juriſdict.*
79 *part.* 1. *c.* 26 *num.* 61. Ducatum Sleſwicenſem, provincias Islandiæ & Gronlandiæ non agnoſcit ſuperio-
80 rem, † *Laur. Kirchof. inter conſ. matrim. Germ. conſ.* 27. *num.* 28.

VII. Rex Sueciæ.

De quo idem judicandum quod de Rege Daniæ, Licet enim olim ſub tutela Romani Imperii fuerit. Hodie tamen ſuperiorem non recognoſcit, † *Hering.*
81 *d. c.* 7. *num.* 577. *Kirchof. d. conſ* 27. *num.* 28. An autem Ordines Sueciæ Sigiſmundum III. Regem Poloniæ ejusq́ue progeniem diademate Suecano jure exuerint, & Carolum IX. Sudermanniæ, Nericiæ & Vermelandiæ Ducem in ejus locum Surrogaverint, † hujus
82 actionis integra Hiſtoria Anno 1620. Stockholmiæ excuſa eſt, quam vide.

IIX. Rex Hungariæ.

Quamvis Hungariæ Duces regiam coronam à Pontificibus acceperint, † *Bodin. libr.* 1. *de Repub. cap.* 9.
83 Pontificem tamen neque Imperatorem pro ſuperiore recognoſcunt, † Reichs Abſchied / *de Anno* 66. zu
84 Augſp. §. vber voriges haben vns/69. *Ibi,* dar doch ſolche Landtſchafft / *intellige Hungariam,* dem H. Reich Teutſcher Nation jhn nichts nicht Verwand oder zugethan Bellumq́ue Ungaricum per ſe non eſt Imperii,
ſed

ſed regni ab Imperii ſeparati, neque Imperator quo ad dignitatem & titulum Regis Ungarorum, à Germaniç Principibus agnoſcitur & colitur, neque cauſæ Ungaricæ in Comitiis cum proponuntur, ut Imperii & ut propriæ, ſed ut ſociæ & confœderatæ proponuntur, † 85
Herm. Kirchner. lib. 1. de Legat. c. 3. n. 21.

IX. Rex Bohemiæ.

Quamvis Imperii feudum ſit, & Imperatori ob inde honorem debeat. † Ut evincunt, *Buxtorff. ad Aur.* 86
Bull. c 8. concl. 88. & 94. & Arum. in diſcurſ. 4. ad Aur. Bull. concluſ. 18. in Bohemia tamen & in incorporatis provinciis, utpote Moravia, Luſatia, Sileſia, &c. ſummam poteſtatem obtinet, & non ſolum Nobiles, ſed etiam Comites & Barones creat, † quemadmodum 87
in Sileſia ad quatuor primarios Baronatus nemo admittitur niſi vel ab Imp. vel Rege Bohemiæ Baro creatus fuerit, *Iacob. Curæus in deſcript. Sileſ part. 2. pag.* 271.

X. Rex Siciliæ, Neapolis, Portugalliæ, Arragoniæ, &c.

Quamvis enim hæc regna hodie Hiſpanus ſub titulo univerſali Regis Hiſpaniarum poſſideat, quoties tamen unum ex illis ingreditur, non conſideratur amplius ut Rex Hiſpaniæ, ſed in Sicilia eſt Rex Siciliæ, in Portugallia quam Luſcitaniam Latini appellant: eſt Rex Portugalliæ, & tamen ratione Portugalliæ non recognoſcit ſuperiorem, † *Chaſſan. in Catal. glor.* 88
mund part. 5. conſid. 28. Pacian. de probat. lib. 2. c. 33. num. 66. neque ratione Arragoniæ, † *Ioſeph. de Seſſe deciſ.* 89
187. *num.* 106. *tom.* 2. *Ægid. Bellamera conſ.* 42. *num.* 9. neque ratione Siciliæ & Neapolis, † *Camill. Borell.* 90
tr. de Compromiſſ. §. 3. *gl.* 1. *num.* 46. *& ſeq. Vivius libr.* 2. *comm. Opin* 691. *num.* 5. tametſi regna illa à Pontifice recognoſcat, † *Bodin. lib.* 1. *de Repub. c.* 9. *Camill. Bo-* 91
rell. conſ. 1. *num.* 51. *& ſeq.* Sunt enim antiquiſſima feuda Eccleſiæ, † *Guicciar. d. n. lib.* 1. *hiſtor. Flor. Peregrin.* 92

Digitized by Google

conſ.4.num.4.lib.1.P.Henric.conſ.1.num.1.& 13. ubi teſtatur de Neapoli. Et D. Petri patrimonium, *Naucler. generat.38. Portius Immol.conſ.12.num.17.vol.1.* An autem Don Antonio Rex Portugalenſis jure expul-
93 ſus ſit per Philippum II. Regem Hiſpan. † *Vid. Mich.ab Aguirr.de ſucceſſ.regn.Portugall.per tot. Hiſtoir de France de Henry. IV. lib.1.narrat.4.art.7.*

94 *Superiorem non recognoſcentes.* †

Ant.de Petra de poteſt.princ.cap.16.Special.96.ante num.70.Somn.Viridar.de poteſt.ſecul.& Eccleſ.cap.133.
95 *num.17.* Juriſdictionemque perpetuam habentes, † *Cephal.conſ.608.num.27.& ſeq.lib.4.* Quod enim in Imperio primitus fecit Imp.& extra Imperium Reges, in hac nobilitatis dignitate conſtituenda, id poſtea ſecuti ſunt alii Duces, ſuperiorem non recognoſcentes, qui videbantur ſibi, ſi non majorem, at certè parem in ſuis Ducatibus & Provinciis obtinere poteſtatem, ut ſunt.

I. Dux Sabaudiae.

Qui jura Majeſtatis habet, & non recognoſcit ſu-
95 periorem, † *Teſſaur.in præfat.deciſ.Pedem.numer.13.& ſeq.Cacheran.conſ.9.num.5.& ſeqq.Lud.Morott.reſp.47.num.7.Cephal.conſ.608.num.29.lib.4.* niſi Deum
96 Opt.Max.& Enſem, † *Ant.Faber.in Cod.for.libr.7.tit.11.num.1.* Unde ſi Chriſtus docuiſſet in Sabaudia, & fuiſſet illi exhibitum Ducis numiſma, dixiſſet, Date
97 Duci, quæ Ducis ſunt, † *ut ait Eraſmus lib.19.Epiſt.*
98 *ad Alfonſ.Valdeſ.* Regalia majora & minora confert, † *Menoch.conſ.604.n.1.vol.7.* Et non tantum Nobiles,
99 ſed & Marchiones & Comites creat, † *Rol.à Valle conſ.4.n.44.vol.3.* Interim tamen cùm Vaſallus Impe-
100 rii ſit, † *Bodin.lib.1.de Rep.c.9.* & Comitatum Aſten-
101 ſem, Marchionatum Ceræ, † *Cacheran.conſ.9.n.39.*
& re-

& regionem Pedemontanam ab Imperio in feudum teneat, † *Cacheran. conſ.* 27. *num.* 21. ubi ſe deſuper factas inveſtituras vidiſſe teſtatur, & præterea perpetuus Imperii vicarius ſit † *Marta de juridict. part.* 1. *c.* 33. *num.* 71. *& ſeqq. Menoch. conſ.* 2. *n.* 104. *p.* 1. Reichs Abſchied zu Speyr/ *de Anno* 44. *poſt pr.* ubi Carolus V. Imper. Ducem Sabaudiæ vocat, vnſern Fürſten vnnd Glied des H. Reichs/ Cæſaris Majeſtatem agnoſcit, † *Arniſæ. lib.* 2. *de jur. Majeſt. c.* 2. *num.* 4. *verſ. Perinde igitur.* Imò ipſe Dux convenitur in Camera, † quomodo Anno 1525. 18. Decemb. Carolus Egmond Dux Saphojæ in bannum denunciatus eſt, *Symphor. præjud. Cam. verb. Bannum, fol.* 56. *Thom. Michael de juridict. concl.* 20. *lit. e.* Et Anno 1604. 7. Maji, in cauſa Johann Thurn/ Duci Sabaudiæ Camera injunxit paritionem, *Ant. Hanſman. de re monetar. reſol.* 8. *lit. m.* Qr. An juſtum ſit bellum quod Duces Allobrogum adverſus Genevam ſuſcipiunt? † Affirmat. *Menoch. lib.* 6 *præſ.* 96. *n.* 6. E contra vanitatem prætextuum ſub quibus Dux Sabaudiæ imperium in Genevam ſibi adſcribit, oſtendit Le Citadin de Geneve. *Vide Guil. Paradin. en la chronique de Savoye c.* 2. *fol.* 3. *Pierre Matthieu lib.* 5. *de l'hiſtorie de la paix. narrat.* 7. *apr.*

103 104 105 106 107

II. Magnus Dux Hetruriae.

Quamvis enim Florentia Reſp. Imperio paruerit denegata tamen fide ab Imper. Rudolpho I. libertatem & privilegia pro 6000. † *Secundum Bodin. libr.* 1. *de Rep. c.* 9. *Caſtald. de Imp. quæſt.* 54. *num.* 12. *Nattam conſ.* 637. *num.* 23. *Portium conſ.* 167. *num.* 4. *vol.* 4. *Ant. Galeat. conſ.* 80. *num.* 15. *vol.* 1. *Fr. Monald. conſ.* 31. *num.* 13. *vol* 2. vel 7000. Ducatis, † *Secundum Decium conſ.* 357. *num.* 2. *Decian. reſp.* 19 *num.* 6. *vol.* 3. ubi tamen n. ſeq. ait, talem venditionem & Emptionem non valuiſſe,) vel 2600. Coronatis emet, † *Secundum Egnat. in vita Rudolphi.* Unde cum poſtea Coſmus Medices

108 109 110

per Pontificem Magnus Dux Florentiæ creatus fuerit, populus ei & in eum omne imperium & poteſtatem conceſſit, *Modeſt. Piſtor conſ. 51. n. 33. vol. 1.* Hinc Ducem Florentiæ ſuperiorem non recognoſcere ſcripſe-
111 runt, † *Fr. Scotus conſ. 20. num. 130. lib. 6. tom. 1. Portius conſ. 167. num. 54. vol. 4.* licet interim à ſuperiori-
112 tate Cæſaris reverâ exemptus non ſit. † Quæ ratio eſſe poteſt, quod in cauſa præcedentiæ inter Florentinum & Ferrarienſem, Coſmus Florentiæ Dux tanquã
113 beneficiarius citatus, coram Cæſare litigarit, † *pro ut refert Aug. Thuan. libr. 54. hiſtor.*

III. Dux Ferrariæ.

Tametſi ratione Ferrarię Pontificis feudatarius ſit,
114 † *Bodin. lib. 1. de Rep. c. 9. f. 192. Pacian. conſ. 149. num. 6.* Pontifex tamen reſervato ſibi cenſu omne jus in
115 Ducem transtulit, † *Alciat. conſ. 5. num. 26. vol. 4.* Ut hodie idem poſſit in Ducatu, quod Rex in regno, &
116 Imperator in Imperio, † *Conſil. Rotæ Bonon. num. 10. poſt deciſ. Caſ. Barz. Bertazzol. conſ. 240. lit. c. lib. 1. Curt. Iun. conſ. 188. num. 22.* adeò ut nemini ſubditorum di-
117 cere liceat Duci, Cur hoc facis? † *Menoch. conſ. 250. num. 72. lib 3.* Hodie Ducatum Ferrarienſem Ponti-
118 fices tenent † Nam cum Anno 1597. Alphonſus ultimus Ferrariæ Dux ſine liberis è vita decederet, Pontifex Ducatum ut feudum apertum ſibi vindicavit, &
119 gremio Eccleſiæ incorporavit. † Ac quamvis Cæſar Eſtenſis defuncti Ducis patruelis, ab eodem heres ac ſucceſſor teſtamento inſtitutus eſſet, Anno tamen ſequenti à Clemente VIII. Pontifice excommunicationis fulmine percuſſus eſt, donec tranſactione ſub-
102 ſequuta Ferrariam Pontifici ceſſerit. † Ipſe verò Mutinam, Regium Lepidum, aliasq; urbes, quas Mechtildis Comitiſſa Henrici III. Imp. proneptis, ut Vaſalla ab Imp. Romano in feudum tenuit, & poſtmodum Pontifici Romano donavit, *Vultej. lib. 1. feud. c. 9. Alex. Raudenſ. deciſ. Piſan. 42. num. 9.* retinuerit, & à Rudol-

pho

Digitized by Google

pho II. Imp. Princeps Romani Imperii, & Dux Mutinæ Regii Lepidi, Carpi & Bruſellis, & Dominus Graſaguanæ creatus fuerit. † Sed quæritur, an dictus 121
Cæſar, *Duca di Modena* à Clemente Pontifice jure expulſus fuerit? † Affirmat *Alexand. Raudenſ. deciſ. Pi-* 122
ſan. 42 *per tot.* Nos negamus, & cum Bartolo, *in præfat. ff tor. num.* 14. *ubi de donatione Conſtantini diſputat*, exclamamus, videte nos ſumus in terris Imperii, & ideò dicimus, quod illa excommunicatio non valuerit.

Dux Mediolanensis.

Habet enim jura Majeſtatis, † *Cardin. Tuſchus de* 123
jure ſtat. in imp. Rom. memb. 26. *de privil. num* 9. *& ſeqq.* & ſuperiorem non recognoſcit, † *Alciat. tr. de ſin-* 124
gul. certam. c. 32. *num.* 4. *Rol. Covagnol. deciſ* 21. *num.* 2. *lib.* 1. *Alb. Brun. conſ. feud.* 19. *num.* 4 *part.* 1. *Burſat. conſ.* 4. *n.* 21. *lib.* 1. *Peregrin. conſ.* 2. *n.* 36. *libr.* 1. *Iaſon conſ.* 101. *num.* 10. *vol.* 4. *Alexand. conſ.* 11. *num.* 9 *vol.* 7. idemque poteſt quod Imp. in imperio, † *Curt. Sen. conſ.* 49. *n.* 125
50. *part.* 2. quamvis radices Imperii non evulſerit, † 126
Hipp. Riminald. conſ. 68. *num.* 16. *libr.* 1 Fuit enim Mediolanum & eſt etiamnum Imperatoris Germanorum hoſpitium, † *Alciat. de form. Rom. Imp. p.* 130. Des H. 127
Reichs Eygenthumb/ † *Receſſ. Noric. de Anno* 42. *poſt* 128
pr. §. Vnd wie nun. Ejusque Dux Imperii miniſter, † 129
ut refert M. Albert. Argent. in Chron. Hodie à tempore Carol. V. Reges Hiſpaniarum Ducatum Mediolanenſem ab Imperio fiduciæ nomine poſſident, † *Bodin.* 130
lib. 1. *de Rep. c.* 9. *f.* 191. eoque nomine juramentum fidelitatis in manus Imperatoris præſtant, † *Lancellot.* 131
Gallia conſ. 24. *n.* 10.

Dux Mantuæ.

Fungitur enim vicibus Imperatoris in ſuo ſtatu. † 132
Bertazzol. deciſ. num. 4. *lib.* 1. *Cacheran. deciſ.* 39. *num.* 18. Et tamen nihilominus Vicarius Imperii eſt, ſeque in Imperii Germanici patrocinio ac fide eſſe profitetur, † *Bodin. lib.* 1. *de Rep. cap.* 9. *fol.* 192. *Fr. Viv. comm. opin.* 133

691. *num.* 19. & propterea Carolus V. Ludovicum Sfortiam tanquam Imperii Principem in priſtinum
134 ſtatum reſtituit, † *Andr. Knichen. in velit. Apolog. num.* 105. *& ſeq.*

Dux Burgundiae.

Quamvis hunc Ducatum Hiſpanus jure fiduciario ab Imperio recognoſcat, cujus intuitu ſubeſt Imperii
135 tutelæ, † Reichs Abſchied/ *de Anno* 1512. votum ac ſeſſionem habet in Comitiis Imperii, Conſtituit circulum præſentat Aſſeſſores, † Ord. *Cam.* zu Coſtnitz/ *An.* 1507. *in pr.* A Camera tamen Imperiali exemptus eſt, & tranſactione Electorum & ſtatuum Imperii Auguſtæ in Comitiis Anno 1548. 26. Maji, cum Ca-
136 rolo V. celebrata. † Qua tamen à jurisdictione
137 Imperii haudquaquam eximitur, † *Gail. libr.* 1 *de P. P. c.* 11. *num.* 6. *Pruckman. conſ.* 10. *num.* 27. *vol.* 2. Sic
138 Dux Lotharingiæ judicio Cameræ exemptus eſt, † *Mynſ.* 5. *Obſ.* 58. *num.* 1. imperium tamen & jurisdictionem ejus recognoſcit, quo ad contributionem, & Pa-
139 cem publicam, feudaque ab Imperio dependentia, † *Bodin. libr.* 1. *de Rep. cap.* 9 *f.* 197. *Mynſ. d. Obſ.* 58. *Matth. Wehener. tom.* 6. *Symphor. c.* 2. *num.* 3. Quocirca quamvis à foro privilegiati ſint, non tamen continuo à ſubjectione eximuntur, ſunt enim diverſa forum ſortiri
140 & ſubditum eſſe, † *Gail. de Pignorat. Obſ.* 15. *num.* 3. Sic Duces Saxoniæ & Marchiones Brandenburgen-
141 ſes à judicio Cameræ exempti ſunt, † *Knichen. de Sax. non prov. jur. verb. Iuſ. c.* 2. *num.* 35. *P. Heig. part.* 1. *quæſt.* 4. *num.* 32. *Sixtin. de Regal. lib.* 1. *c.* 5. *num.* 14 *& ſeq.*
142 Item Archi-Duces Auſtriæ, † *Gylman. in ſymphor. tom.* 4 *part.* 1. *vot.* 28. *num. fin.* Wehener. *d. cap.* 2. *num.* 1. Si tamen vel ipſi vel eorum ſubditi pacem violarent,
143 conveniri in Camera poſſunt. † *Mynſ. d. Obſ.* 58. *num.* 1. *Symphorem. præjud. verb. Pax Publica, fol.* 251. Sola domus Burgundia etiam hac in ſpecie, ſampt den Nider-Erblanden auch Geldern/ libera eſt, † Wehener.
144 *d. c.* 2.

Digitized by Google

d.cap.2. numer. 2. Gylman. deciſ. Camer. 54. numer. 91. part.2.

Reſpublicæ Liberæ.

Quæ ob id Liberæ dicuntur, quod non recognoſcant ſuperiorem, † uti de Rebus pub. Italiæ ſcripſerunt, *Burſat. conſ. 138. n. 4. libr. 2 Pacian. conſ. 60 n. 15. Peregrin. conſ. 2. n. 17. lib. 1.* de quibus hodie idem judicatur, quod de Polo Antarctico, qui non eſt noſtri hemiſphærii. Sunt autem. 145

I. Respub. Venetorum Oliarchica.

Quamvis enim olim de populo Romano fuerit, † *Flam de Rube conſ. 2. num. 54.* ita ut Anno 1509 13. Jan. in cauſa **Herrn von der Leittern**/ contra Lauredumen Ducem Venetorum ipſe cum Republica à Maximiliano I. Imper. proſcribi potuerit, † *Gylman. tom. 3. Symphor verb. Bannum. fol. 36. Goldaſt. tom. 2. conſt. Imp. p. 118.* Hodie tamen de facto ſuperiorem non recognoſcit, † *Mynſ. c. 5. Obſ. 29. n. 3. Iaſon. conſ. 70. n. 4. & ſeqq. vol. 4. Curt. Sen. conſ. 49. n. 50. Portius conſ. 106. n. 18. vol. 3. Menoch. conſ. 1210 n. 25 lib. 13.* Veneti enim dicuntur habere Rempub. ſicut Romani, † *Chaſſan. ad conſuet. Burg. §. le droict de indire. 4. n. 32.* ſuisq; propriis legibus & non jure Romano vel Imperiali utuntur, † *uti ex Cumano conſ. 140. ad fin ſcriptum reliquit Flam. de Rube. conſ. 50. num. 16. & ſeqq. vol. 2.* Nec refert quod Ducem habeant. Illius enim poteſtas valdè acciſa & truncata eſt, † *Bodin. lib. 4 de Repub. c. 4. in fin.* ita ut revera Dux non ſit, ſed tantum caput in ejuſmodi Repub. præeminens, † *Vultej. lib. 1. de feud. c. 4. n. 14.* 146 147 148 149 150 151 152

In pompa enim Princeps eſt, in curia Senator, extra urbem reus, in urbe captivus, quia peregrinari ſine venia non poteſt. † 153

II. Re-

II. Respub. Genuenſis.

Quæ differt à Geneva ſive Genevenſi Repub. Galliæ vicina, & dicitur etiam Janua, vel Januenſis Reſpubl.
155 † *Cæſar. Contard. ad L. un. lim 22. n 2. C. ſi de moment.*
156 *poſſ.* Unde errant, † *Andr. Knichen. in velit. Apolog. n. 39. & poſt eum Dn. Cluten in Syllog. rer. quotid. concl. 14. per tot. & ſeqq. lit. e.* qui in Italia duas Reſpub. quarum una Januenſis, altera Genuenſis dicatur, extare arbitrantur. Genua autem hodie non recognoſcit ſupe-
157 riorem, † *Reſtaur. Caſtald. tr. de Imper. quaſt. 54. num. 20. Decius conſ. 534. num 1. Rol. à Valle conſ 29. num. 18. & 20. vol. 1.* Hinc adverſus eam crimen læſæ Majeſta-
158 tis committi ſcribit, † *Cravett. conſ. 859 num. 2. part. 5. cum alleg.* Nec refert quod Regi Hiſp. in nonnullis ſubjectionem præſtare ejusque claſſem ad urbem ex-
159 cipere cogatur, † *ut refert Alber. Gentil. de legat. lib. 1. c. 4.* Nihil enim nocet, quod alter alterius Majeſtatem comiter obſervare obſtrictus ſit, † *ut ait Proculus in*
160 *l. 7. ff de capt. & poſtlim. reverſ.* Interim tamen Imperii
161 ſuperioritatem in aliquibus recognoſcere tenetur. † Conſtat enim præterlapſo ſeculo durante controverſia cum Marchione Finarienſi, quem domo expulerant, ac bonis omnibus ſpoliatum ejecerant, ad Imp. Maximiliani II. tribunal Genuenſes vocatos fuiſſe. Unde cum primum judicio ſe ſiſterent, poſtea verò poſt Edicta peremptoria emanata cum abeſſent mandatis pœnalibus res contra ipſos agitata fuit, hoc addito, niſi pareant, urbem & agrum Genuenſem proſcripturum. Genuenſes itaque cum à ſententia interlocutoria ad Romanum Pontificem appellaſſent, appellatione deſerta judicato paruerunt, ac tandem An. 1560. Imper. Maximilianus pro Marchione pronunciavit, † *Bodin. lib. 1 de Rep. c. 9.*
162 *Thuan. libr. 36. hiſtor.*

* * *

III. Re-

III. Respub. Lucana.

Quia enim 1200. aureorum nummum à Rudolpho I. libertatem comparavit, † *Reſtaur. Caſtald. de Imp.* 163
quaſt. 54. *num.* 13. *Bodin. lib.* 1. *de Rep. c.* 9. *Ioſeph. Ludov. deciſ. Lucenſ.* 36 *num.* 18. *tom. poſt. Decian. reſp.* 19. *n.* 30. *vol.* 3. *Decius conſ.* 428. *num.* 8. ſuperiorem hodie non recognoſcit, ſed ſibi ipſi eſt Princeps, † *Socin. Sen.* 164
conſ. 83. *n.* 1. *vol.* 4.

IV. Resp. Senensis Pisana.

Senenſes enim 1000. coronatis ab Henrico V. Imp. libertatem compararunt, † *Bodin. libr.* 1 *de Rep. c.* 9. & 165
propterea Cæſari ſuperioritatem denegant, † *De-* 166
cius conſ 580. *num.* 2. *Petr. Caball. conſ.* 57. *num.* 9. *vol.* 2. *Cardin. Tuſch. de jur. ſtat. memb.* 72. *per tot.* Quamvis Jus ſuum in Coſmum Florẽtinorum Ducem An. 1557. 19. Jul. titulo donationis tranſtulerint, † *Sleidan. libr.* 167
24. *com. Andr. Knichen. in velit. Apolog. num.* 6. Idem de Republica Piſana judicandum. Quamvis enim Piſarum dominatus 12000. aureorum Gambacurtæ à Carolo V. Imp. venierit, † *Marta de Iurid. part.* 1. *c.* 168
33. *num.* 108. Florentini tamen Anno 1509. Piſanos ſubjugarunt, quorum juriſdictioni adhuc parent, † 169
Marta d. loc. num. 103. *Alph. Modit. in* §. *plebiſcitum, dub.* 24. *num.* 10.

Et in ſumma omnes Civitates Lombardiæ & Thuſciæ.

Quas enumerat *Paurmeiſt. lib.* 2. *de jurid. c.* 4. *num.* 34. quæ omnes quo ad Exemptionem in exemptione ſe fundant, † *Sigon. lib.* 4. *de regn. Ital. Sebaſt. Vant. tr.* 170
de null. ex defect. jurid. num. 37. *Azevedo ad conſt. Hiſp. lib.* 9. *tit.* 17. *leg.* 1. *n.* 46. Verùm cum illa emptio & exemptio æterna non ſit, ut revocari non poſſit omnes civitates Lombardicas etiamnum ad Imperium jure pertinere demonſtrari poſſet, niſi illarum recuperatio in gladio & armis poſita videretur; Jaculis ergo ubi opus eſt,

Digitized by Google

eſt, nil verba conferunt, cumque poſſidentes gaudeant.

——————— *Vigeritur res*
Spernitur orator —— Ennius lib. 8. Annal.

Reſpublica Helvetica.

Quamvis enim Helvetii die Schweytzeriſche Cantons oder Eydgenoſſen / ſemper ſub Imperio fuerint, poſtea tamen ob præfectorum inſolentiam libertatem inclamarunt, eamque ad hanc uſque diem tutati ſunt,
171 † *Simler. libr. 1. de Rep. Helvet. Lipſ. libr. 2. de conſtant. Bodin. lib. 5. de Rep. c. 9. & lib. 5. cap. 5. Sleidan. lib. 4. com.* Quapropter cum poſtea crebriorib. mandatis ad Cameræ judicium, tanquam Imperii ſubditi cujus ſubjectioni ſeſe facti violentia, non juris via ſeſe ſubtraxiſſe videbantur, vocarentur, miſſi ab illis ſunt, qui contra ejuſmodi mandata proteſtati, Cameræ denunciarent, ne ſeſe impoſterum Camerales vexarent, daß die Camerales ſie hinforter mit jhren mandatis Ungeſchoren
172 lieſſen / † *uti referunt Warſevvic. in Orat. de legat. p. 54. H. Kirchner. libr. 2. de legat. c. 8. n. 70.* ubi ait, quod placidiore reſponſo ſimplicitas iſta hominũ potius correcta, quam duriore & aſperiore verbo, ut aliâs digna videbatur, excepta fuerit, quem Kirchnerum tamen quaſi hæc cenſura iniquior recitet, egregie repræſentatum *à Iohan. Wilin.* von Retwitz / *in orat. contra German. apud Frid. Achill. Duc. Würtenb. in conſuet. de principat. inter provinc. Europ. p.* 809. cum aſſeclis ſuis ridet & increpat, *Nicol.* Buwingckhauſen / *in orat. pro Germ.* 873. *ibid.* Hodie planè Imperiales conſtitutiones non ſervant, non habent ſeſſionem & vocem in Comitiis, neque citantur, neque contribuunt, neque umbra ſuperioritatis Cæſari reſervata
173 apparet, † *ut notat Bodin. lib. 1. de Rep. cap. 8. pag.* 121.

* *
*

Reſpu-

Digitized by Google

Reſpublica Belgica Democratica.

Provinciæ Belgicæ feudum erant Imperii, illudq́ue recognoſcebant, donec An. 1581. 7. Kal. Sept. Philippū II. Reg. Hiſp. ejurarēt, & libertatem (quam ne beſtias quidem ignorare natura voluit) inclamarent, † *Baudius lib. 2. de induc. bell. belg.* quas etiam An. 1609. 9. Apr. 174
procurante Patre Johanne de Ne Philippus III. pro libera Repub. **vry te ſyn van aller** prætenſien, **die den Cōnnick van Spaengien als Hertogen van Brabant/ꝛc. eertyts op de ſelfde gehadt hadde**/ proclamari fecit, † *Ian Francoys in deſcript. unitar. belg. prov. conferent. 3. fol. 440.* Sed an Ordines Belgici juſtè fecerint, 175
quod ſe Philippo II. Hiſpaniarum Regi oppoſuerint? † Negant Hiſpani, eoq́; inclinare videtur, *Menoch. libr. 6. præſ. 96. in fin.* quando juſtiſſimum bellum 176
dicit, quod Philippus adverſus Belgas geſſit. Affirmant Belgæ. Lis ſanè magna magis audaciſſimè pugna, quam de jure diſertiſſimè diſceptando decernenda. Nam ſecundum Ennium:

Non ex jure manu conſertum, ſed mage ferro
Rem repetunt, regnumq́ petunt, vadunt ſolida vi.

Electores, Duces, Marchiones, aliiq́ Romani Germanici Imperii Principes.

Qui nobilitare poſſunt quoad ſuum Electoratum, Ducatum, Marchionatum, Principatum, † *Vultej. de feud. c. 8. n. 10. verſ. Ignobile*, ubi ait, quod in Romano 177
Imperio eam poteſtatem habeant Principes omnes, *Knithen. de Sax non prov. Iur. verb. Ducum. c. 1. n. 8. Ant. Godfrid. diſp. feud. 1. th. 6. lit. b. Dionyſ. Gothofred. in prax. civ. libr. 1. 4 t. 5. de ſtat. hom.* Imò Comites, Barones, quo ad ſuum Comitatum, Baronatum, † *Schrader.* 178
de feud. part. 10 ſect. 1. num. 26. idq́; ſine controverſia eſſe, & uſu atque conſuetudine probari tradidit, *H Roſenthal. de feud. cap. 5. concluſ. 13. lit. b.* Non enim ad manda-

mandatum Imperatoris, ſed proprio & ordinario Mart-
te Regalia & jurisdictionem obtinent univerſalem
territorio munitam, die hohe Lands-Fürſtliche O-
brigkeit mit allen Gerichten / Obriſt / Mittelſt / Ni-
driſt / mit allen jhren Ehren / Würden / Freyheiten /
178 Nutzen vnd Zugehörung / † *Knichen. de ſublim. terr. jur. c. 1. num. 389. Meichſner. deciſ. Cam. 8. num. 21. tom. 2. lib. 1. Nic. Reuſner. deciſ. 21. num. 33. lib. 4.* Tales autem
179 æquiparantur non recognoſcenti ſuperiorem, † *Gallin. de V. S. lib. 10. c. 35. num. 11. Purpurat. Rubr. de juriſdict. num. 58.* adeò ut Gratiæ Dei ſuum Principatum: (inſcriptione, Wir von Gottes Gnaden/) in ſuis reſcriptis Epiſtolis & Edictis acceptum ferant, † *Thom.*
180 *Michael. de juriſdict. concluſ. 45. lit. e.* quod tamen à nemine niſi eo, qui ſolum Deum & Enſem recognoſcit
181 propriè fieri exiſtimant, † *Chaſſan. ad Conſ. Burg. in proœm. ad verb. par la grace de Dieu Fr. Marci deciſ. Delph. 163. num. 2. tom. 1. Menoch. conſ. 2. n. 104.* Hinc frequentes parietariæ & formulæ, Electores & Principes tan-
182 tum poſſe in ſuo, quantum Cæſar in univerſo, † *Caſpar. Ziegler in pract. aur. §. Lantſaſſii concl. 1. n. 109. & ſeqq. Gaill. 1. de P. P. c. 6. num. 10. Schrader. de feud. 2. part. 9. pr. ſect. 10. num. 36. Dauth. de teſtament. num. 36. lit. o.* ubi ait ſe audiviſſe, quod noſtri politici ita reddere ſoleant, daß ein jeder Fürſt Keyſer in ſeinem Landt ſey / *Pruckman. conſ. 13. num. 82. lib. 1. Cothman. conſ. 29. num. 279. & ſeqq. vol. 3.* *Weſenb. conſ. 27. num. 29. part. 1. Mod. Piſtor. conſ. 24. num. 1. vol. 1. Vultej. conſ. Marp. 35. num. 21. vol. 3. Thoming. conſ. 5. num. 110. vol. 1.* Nec obſtat quod Principes recognoſcant & feudi lege obtineant, Ducatus Marchionatus, &c. Id enim accidit, quo ad univerſale dominium totius Ducatus, Principatus, non tamen quo ad univerſalem vel particularē juriſdictionem in ſubditos, *Cacheran. conſ. 9. numer. 2.* Electores habere poteſtatem eligendi, & faciendi Imperatorem, qui talis ſit & habeatur per univerſum orbem, & tamen non habere facultatem creandi nobilem

lem, quo ad ſuum Electoratum, quod argumentum ab abſurdo vitando valet, tanquam ridiculum & ἀναχόλυθον, cum non ſit admittendum, unde illud promanat, † *l. abſurdum, 7. ff. de op. libert. Sim. de Pratis, conſ. 44. num. 7. vol. 1.* 183

Verùm, an Principes ſubditos ſuos nobilitare poſſint extra territorium quæritur. Videbatur negandũ, † 184
tum quia inconveniens eſt falcem in alienam meſſem immittere, † *l 1. C. de apparit. l. ſicut, 8. §. Ariſt. ff ſi ſerv. vind. Corneus conſ. 159. n. 12. vol. 2. Socin. Iun. conſ. 146. n. 26. vol, 3.* tum quia Princeps extra territorium habe- 185
tur inſtar ſubditi, † *Aldaran. Maſcard. de ſtatut. interpr. concl 6. n. 6.* alteriúsve privati, † *l. 3. ff. de off. præſid. Thoming conſ. 22. n. 16 & ſeq. vol. 1. Bero conſ. 155. n 14. vol. 2.* ibique quo ad Juriſdictionem forum ſortitur, † *l. 1. & 2. ff. de off. proconſ. l. ult. ff de præf. urb. Knich. de jur. territor. c. 4. n. 31. Gail. 1. de P. P. c. 16. n. 28. Sim. Piſtor. conſ. 19. n. 29. cum ſeq. vol. 1.* Quapropter cum Sigiſmundus Imp. Comitem Sabaudiæ Lugduni Ducem creare vellet, acerrimè ei reſtitit prætor Lugdunenſis, nec poteſtate ſua liberè uti potuit, priuſquam regni Gallici finibus excederet, † *Bodin. lib. 1. de Repub. c. 9 fol. 202.* Ita Carolus V. Imp. hoſpitio in Gallia admodum liberali à Franciſco Rege acceptus, *de quo Sleidan. libr. 12. com.* cum ad petitionem dicti Regis nonnullos Barones & Equites creaſſet, poſtea tamen diſputatum & concluſum fuit, invalidum fuiſſe quoad factum eſſet in regno alieno, ubi jus ipſius Majeſtatis nõ potuit intrare ſalva utriuſque Regis dignitate, † *Hiſtor. Sigiſmundi III. Reg. Polon. quare diadem. Suecano exutus ſit, fol. 126.* Ita præter fas Ladislaum Regem Hungariæ evexiſſe Viennæ Auſtriæ ad Principatũ Joannem Hunniadem notat *Æneas Sylv. in Europa, pag. 16.* Atque ita Equitem creatum à Rege extra ſuam juriſdictionem & territorium non valere in ſpecie reſpondit, † *Decian. reſpon. 84. nu. 22. vol. 5.* His tamen nihil obſtantibus contrarium reſponderunt *Ant. Trigona ſingul. 74. n. 1. Guttie-*

186
187
188
189
190
191

rez.lib.5.pract.quaſt.11.n.3.Ioh.Bapt.Laderch.conſ.109. num.3. Quibus ſubſcribimus hoc fundamento. Actus
192 voluntarii exerceri poſſunt extra territoriū, † *l.apud, 17.ff.de manum.vind.l.pen.C.de Emancip.libr. P. Barboſa ad l.1.artic.1.n.148.ff.ſolut matr.Fr.Marci deciſ.413. n.1.tom.2.* modo Princeps eos exerceat & extendat in
193 perſonas juriſdictioni ſuæ ſubjectas. † *H. Bocer. tr.de Regal.c.2 nu.102.v.non obſtat. Henr. Arniſ.de jur.Majeſt.libr.2.c.2.nu.8.* Atque nobilitare eſt actus volunta-
194 rius, † *Ant. Carſet. de poteſt. reg. part. 5. quaſt. 77. n. 7. Somn.Viridar.de poteſt.ſecul.& Eccleſ.c.133 nu.18. Azevedo ad conſt.Hiſp.lib.6.tit.2. in rubr.nu.56. Ioan. Niell. de feud.diſp.ult.th 2.lit:b. Adde Chaſſan.in conſuet.Burg. rubr.1. § des juſtices,§ 4.tex nouvelle chevaliene,n.1.* Ergò. Sic olim profectus urbi ſtatim ac fines urbis excedebat privatus habebatur, *l.fin.ff.de off.pref.urb.* Juriſdictionem verò voluntariam extra terminos exercere poterat, *l.2.ff.de offic.proconſ.l.emancipati, 36.ff.de adopt.*

Archiduces Austriæ.

Qui non ſolum Nobiles, ſed etiam Barones, Comi-
195 tes creare, iiſq́; inſignia dare poſſunt, † *Sixtin.de Regal.libr.1.c 4 n.34.& c.5.n.127. Dn.& amicus meus honorandus Ioach.Cluten in Syllog.rer.quot. concl.25.in fin.* doch daß ſie voran gebührlich Gelübte und Eyde darumb von jnen an deß Reyſers und deß Reichs-Stätt nemen/ als dann ſolch Gelübt und Eydt von deroſelben/ Ehren und Würdigkeit wegen zuthun gebühret
196 † *ut refert Sebaſt.Munſt.lib.3.Coſmogr.c.399.* ubi addit, Quod poſſint creare Doctores in utroq; Jure, Medicina & Philoſophia.

Comites Palatini.

197 Abuſivè & καταχρηστικῶς ita dicti, † *Rota Bononienſ. deciſ.39.n.57.Peregrin.conſ.84.n.5.& ſeq.lib.1. Decian. conſ.*

conſ.9.22.vol.1. Laur. Kirchoff. conſ.39.num.3.vol.1. Et quod Auſonius ait:

Muneris exortes, nomine participes.

Nihilominus tamen Bertoldus Comes ab Hennenberg / qui primus ex illuſtri illa domo, Francofurti ad Mœnum in cōventu ſtatuum, in ordinem Principum, cooptatus eſt, inter alia regalia ornamēta etiam hanc dignitatem Palatini Comitis à Ludovico Bavaro conſecutus legitur, † *apud Cyr.* Spangenberg / *in Chron.* 198
Henn. H. Kirchner. in Morviller. lib. 4.*c.*6.*nu.*83.*& ſeqq.* Poſſunt autem nobilitare, nobiliaq; inſignia dare, ſi in ſpecie hoc privilegium (quod non præſumitur niſi probetur) ab Impp. vel Pontificibus ipſis conceſſum fuerit, † 199
*Sixtin. de Regal. d.c.*4.*n.*104. *Lancellot. Conr. in templ. om. jud. lib.*1.*c.*1. Nobilitatus n. ab habente poteſtatem talia faciēdi, ab ipſo Principe nobilitatus dicitur, † *Decian.* 200
*reſp.*66.*num.*14.*vol.*3. quemadmodum legitimatio per Comitem facta per Imp. facta dicitur, † *Curt. Senior* 201
*conſ.*16.*n* 21.*part.*1.*Iaſon. conſ.*127.*num.*14.*vol.*4. quia quicquid fit ex conceſſione Imperatoris, ab ipſo Imp. factum eſſe cenſetur, † *Matth. de Afflict. deciſ. Neapol.* 202
366.*n.*5. Et noſtra facimus, quibus noſtram authoritatem impartimur, † *l.*1.*§ omnia, C. de vet. jur. enucl.* At- 203
tamen cum tales Bullatos Nobiles unquam extitiſſe nobis non conſtet, † malumus impræſentiarum de 204
illis pauciora, quam θαύματα ῥήματα comminiſci, de quibus hi verſus Gallici proferri ſolent:

Tu dis que tu es gentil homme
Par le faveur du parchemin
Si un cat le trouve parchemin
Que ſeres tu? comme un autre homme.

Ad Caput III. Summaria.

1. *Cauſa materialis nobilitatis quæ.*
2. *Idoneus quis?* n. 3. & ſeqq.
6. *Infamis nobilitari non poteſt.*
7. *Niſi cum infamia diſpenſatum fuerit.*

Digitized by Google

8. Nec ſpurius. Limitatur n. ſeq.

10. Nec fœmina.

11. Nec infans. Diſſentiunt Dd. n. ſeq.

13. Nec homo proprius.

14. Nec mortuus.

15. Diſſentiunt Dd.

16. Nec invitus.

17. Nec ſervus.

18. Nec furioſus. Diſſentiunt Dd. n. ſeq.

20. Qr. An ignorans?

21. Qr. An qui ſervitia Regi Galliæ præſtitit ab Imp. nobilitari poſſit?

22. Studioſus qui ſeſe Marpurgi ſubjecit examini, nõ poteſt Gieſſæ doctorari, niſi novum examen ſubeat.

23. Francicis moribus novæ nobilitatis codicilli in irritum recidunt, niſi magiſtri ratiociniorum comprobent.

24. An ob divitias nobilitas conferri debet? nu. 25. & ſeqq.

29. An ob flagitium nobile? Pro affirmativa.

30. Cornelii Agrippæ & Bodini de origine nobilitatis opinio.

33. Pro negativa. n. 34. & ſeqq.

38. Virtus quotuplex. & n. ſeq.

40. Virtus militaris quid.

41. Nobilis pro ſalute patriæ vitam dare debet. & ſeqq.

45. Nobiles quare vocentur Ritter / ejusq; nominis derivatio.

46. Timor & fuga eſt peſtis nobilitatis.

47. Militia ſola non nobilitat. n. 49. & ſeqq.

48. Diſſentiunt Dd.

Digitized by Google

55. *An infamis miles eſſe poßit.* & n. ſeq.

57. *Genus & dignitas in jure militiæ opponuntur.*

58. *Explicantur leges, quæ obſtare videbantur.*

59. *Dignitatis nomen generale eſt.*

61. *Privati duobus modis dicuntur.*

63. *Militia κατά τι dignitas eſt.* 64. & ſeq.

67. *Militum nomen in jure feudali pro nobili uſurpatur.*

68. *Nobilis vel militavit, vel militat, vel aptus natus eſt militare.*

69. *Ante annos* 200. *ſoli in Germania & Italia militabant Nobiles.*

70. *Nobiles præſumuntur, quod prævaleant in militia equeſtri.*

71. *Nobiles receptißimo uſu milites vocantur.*

72. *Imperio & Imp. ſemper militare dicuntur.*

73. *Vnde* die Ritterſchafft *vocantur, & in luſtrationibus Equis comparere tenentur.* n. 83. & ſeq.

74. *Variæ luſtrationis appellationes recenſentur.* n. 75. & ſeqq.

82. *Luſtratio* die Muſterung *à Fabio Maximo inventa fuit.*

85. *Virtus Civilis non conſiſtit in atramento, ſed cerebro.*

86. *Virtus civilis quid?*

87. *Vertus non nobilitat civiliter. Limitatur niſi concurrat Doctoratus.* n. 88.

89. *Naturaliter tamen loquendo nobilitas ſcientiæ præponenda eſt civili.* n. 91. & ſeq.

90. *Ex genere nō eſt quis nobilis, niſi præſumptione.*

93. *Deſcriptio Nobilium, qui, ſi propria virtute ca-*

rent, genus tantum jactant ſuum. num. 94. & ſeqq.

102. *Ad nobilitatem quærendam conferunt magnificentia & liberalitas* n. 114. & ſeqq.

103. *Liberalitas omnium virtutum eſt gratioſiſſima, utpote quæ ad dilectionem homines provocat.* & n. ſeq.

104. *Vt liberalitas decet Nobiles, Principes, Reges, Impp.* n. 105. & ſeqq.

109. *Ita avaritia nobilitati eſt inimica & certiſſimum vilitatis argumentum.*

110. *Nobilitas definitur virtus cum abundantia pecuniæ.*

111. *Rici homines vocantur Nobiles in Hiſpania, & quare.*

112. *Nobilitas ex divitiis eſt infima.*

113. *Mos aulicorum eſt, ut neminem fruſtra promoveant.*

Caput III.

De cauſa materiali Nobilitatis.

CAuſa materialis nobilitatis eſt Homo ad nobili-
1 tandũ idoneus, † *l. ut gradatim.* 11. §. 1. *ff. de mun. & hon.* Idoneus autem dicitur quem virtutum ornamenta probant, *Rutg. Ruland de Commiſſar. c. 19. num. 1. lib. 1. part.* 1. quemque hujuſmodi decora commendant,
2 † *P. Gilken. ad L. juriſjurandi,* 8. *num.* 34. *C. de teſtib.* quę non niſi probus conſequitur, *Zaſius conſ.* 2. *num.* 13. Ut enim non ex quovis ligno fit Mercurius, *M. Ant. de Amat. in Rep. l. ſi Emancipati, C. de collat. q.* 1. *num.* 17. vel ex quovis marmore Jovis ſtatua, ita non temere ex
3 quovis homine formandus eſt Nobilis. † Neque illud immerito. Materiam enim adeſſe non ſufficit niſi apta ſit & habilis, ſiquidem non eſſe & inhabile eſſe ſunt paria, *arg. l. quotienſ. ff. qui ſatisd. cog. Sig. Scaccia tr. de*

Digitized by Google

*de judic.c.9.num.861. & ſeqq. lib.2. Cavalcan.deciſ.39. num.43.& ſeqq. Azevedo conſ.34.num.*1. Quemadmodum igitur ex nihilo nihil fit, *l adeo 7.§.cum quiſ.ff.de acquir.rer.dom. Ant. de Amat. in rep.L.ſi Emancipati, C. de collat.reſp.9.num.*296. non entis enim nullæ qualitates nulli Effectus, *Reuſner. conſ.11.num.22. libr.1.per tex.all.* Ita nec ex inhabili virtuteque homine vacuo creandus eſt nobilis, † ne melioris conditionis ſint 4
ſtulti, quam viri boni & ſapientes, *l ſervius, 4.ff.quod vi aut clam.* Merentibus non hominibus nihili vitiisq; contaminatis, *l. auxilium 37. in fin. ff. de mun. & hon.* virtutum præmia tribui convenit, *l.4.C.de ſtat.& imag. Nic.Boer de ordin grad part.2.num.40. Capoll.de Imper. mil.delig.c.8. Incip.Virtutis, num. 1 & ſeqq. Alex Raudenſ.deciſ.Piſan.34.num* 182. Si autem virtus exulat, quorſum virtutis præmium? † 5

Inhabilis ad nobilitandum eſt I. INFAMIS, † 6
Bon.de Curtil.tr.nobil.p.7.num.13. & ſeq. Decian. conſ. 66.num.70.vol.3.Thoming.conſ.52.n.50 & ſeqq vol.1. cui dignitatum porta non patet, *l.2. C.de ſecund nupt.* Quod ſi tamen Infamis ad nobilitatis podium evehatur Principem prius cum infamia diſpenſaſſe, & defectum ſuppleviſſe creditur, † *per l.quidam.57.in fin.ff.* 7
de rejud. Knichen.de Sax.non prov.jur verb. Elector. c.5. num.54.& ſeq.Menoch.conſ.1137.num.34. & ſeqq.tom. 12. quoniam citra abolitionem infamiæ dignitas conferri non poteſt, *l.un.C. de infam.l.4. C.de dignit.Cravett.conſ.616.num.16.p* 4.

II. SPURIUS. Dignitates enim nolunt pollui à ſpuriis, † *l.ſpurius,ff.de Decur.Flam. de Rube.conſ.17.* 8
num.27.vol.1. niſi prius à Principe legitimatus, & natalibus reſtitutus fuerit. † 9

III. FOEMINA, † *Menoch.conſ.825.num.64.libr.* 10
9. ubi ait quod fœminæ nobilitatis ſint incapaces, dignitates enim maſculis propriè conferuntur, *Oldendorpi, conſ.22.num.5.vol.2. Marp.* quarum fœminæ regulariter incapaces ſunt, † *Aug.Bero conſ.110.n.13.* 11
vol.2.

IV. Infans. Nobilitas enim datur ob virtutem virtutes autem & merita non cadunt in infantem, *Curt.Senior.conſ.64.num.1.part.2.* qui nec mereri, nec
11 demereri poteſt, † *Hipp.Riminald.conſ.199.num.79. lib.2.Menoch.conſ.126.num.17.lib.2.* Quamvis diſſen-
12 tire videantur, † *Vinc.de Franch.deciſ.67.num.7.p.1. & poſt eam Mich. Nizol. alleg. 1. num.* 100. qui dignitatem infanti dari poſſe putant etiam hoc modo cum naſcetur, *ut ſcribit Steph.Gratian.tom.1.diſcept.for.c.75. num.* 15. & nobilitatem terminari ajunt in perſonam ejus, cui confertur ſicut viſio in re viſa, & dilectio in re dilecta. Quemadmodum hodie, uſu tamen non admodum laudabili, invaluiſſe videmus, Principum Comitumque filios, etiam ſangui nolentos, hoc eſt, recens natos, *l.1.in fin.Cod.Theodoſ de Expoſ.lib.* & adhuc à matre rubentes, *ut loquitur Iuvenal.ſatyr.7.* per ſubſtitutos officia malitaria Capteenſchafften/ ſuſtinere poſſe.

V. Homo Proprius, vulgò Leibengener/ *Gloſſa juris Sax.lib.1.art.20.in pr.* Ibi, Wer engen iſt/ der mag nicht ein ſtreittiger Ritter ſein.

VI. Mortuus. Oſſa enim Pontifex canoniſare, at
14 nobilitare non ſolet. † Diſſentiunt *Panorm. in c. à nobis de ſent.excom.Fr.Marci deciſ.952.num.2.tom.1.& deciſ.879.num.14.tom.2.* hac ratione, quod ea quæ applicantur corpori, (ut nobilitas) poſſint exerceri poſt mortem, ſecus in iis, quæ applicantur animæ ut Do-
15 ctoratus. *Idem ſentit Tiraquell.de Nobil. c.7.n.45.* †

VII. Invitus, eſt enim nobilitare contractus, qui perfici non poteſt, niſi ex conſenſu contrahen-
16 tium, † *Somn.Viridar.lib.1.c.119.per tot.l.infra,c.4.n.4.& ſeqq.*

17 VIII. Servus, † habetur enim pro nullo, *l.quod attinet.32 ff.de R.I.* Ex nihilo autem nihil fit. Nec dignitas ſervum à ſervitute liberat. *l. originarios, C. de agric.& cenſit.Menoch.de recup.poſſ.remed.10.n.64.*

18 IX: Furiosus, † habetur enim pro mortuo, & pu-

& pupillis ac infantibus æquiparatur. *Vid. Hering. de fidejuſſ. c. 7. num.* 112. *ubi furioſi defectus per ſynopſin quaſi enumerantur*, qui tamen ad nobilitandum ſubjectum habile non præbent. Diſſentiunt, † *Mich. Nizol. alleg.* 19
1. *n.* 100. *Vinc. de Franch. deciſ.* 62. *n* 7. *part* 1

X. An IGNORANS? † Aff. *Nizol. d. num.* 100. & 20
Vinc. de Franch. deciſ. Neapol 62. *num.* 8. niſi aliquis actus requiratur ab extra.

XI. An qui ſervitia Regi Galliæ præſtitit, ab Imperatore poteſt declarari Nobilis vel Eques auratus? † 21
Negat *Frider. Mindan. de continent. cauſ. c.* 5. *n.* 31. niſi vel Imperatori vel Imperio Equitis ſervitia præſtiterit. Quemadmodum ſtudioſus, qui ſe Marpurgi ſubjecit examini pro conſequendo gradu Doctoratus tamen ex illo examine non poteſt neque debet Doctorari Giſſæ, niſi de novo ibi examinetur, & approbetur, † 22
Iaſon. in L. nulli, num. 10. *C. de judic. & ibi Sichard. n.* 13. *Menoch. de A. I. Q. caſ.* 371. *num.* 16. *cum alleg.* Cujus rei exemplū vidimus in Viro Clariſſimo Johanne Kitzelio, qui quamvis Marpurgi JCtorum examini ſe ſubjeciſſet, Giſſæ tamen in Doctorem promoveri non potuit, priuſquam de novo pro gradu conſequendo diſputaſſet.

XII. An Princeps ob ſolam gratiam, vel Roſas nobiles nobilitatis inſignia conferre debet, quemadmodum in Gallia pecunioſi cum primis hanc nobilitatem ambire ſolent, & proinde non mediocrem ſegetem inde auream metere poſſe Principem vel Rempub. ſatagit, *Tholoſan. de Repub. lib.* 3. *c.* 6. *num.* 8. Et propterea in irritum recidunt novæ nobilitatis codicilli, niſi à Magiſtris ratiociniorum Pariſienſ. comprobentur, *ut notat Choppin. in LL. Andium, c.* 63. *num.* 3. † Neg. 23
tum quia dignitas non pecunia ſed virtute emitur, † 24
Mart. Laudenſ. tr. de dignit. quæſt. 67. *Paris de Puteo de re mil. quæſt.* 1. *n.* 29. *Gylman. in Symphor. tom.* 4. *p.* 1. *vol.* 3. *num.* 106. *Flam. de Rube. conſ.* 65. *num.* 34. *vol.* 2. quippe quæ publici juris eſt, nec æſtimationem recipit, † 25

Digitized by Google

*Decian.reſp.*19 *num.*9.*& ſeq. vol.*3. tum quia dignitas
26 malis tributa, dignitas non eſt, nota eſt, † *Saluſt. in Iugurth. c.* 4.*f.* tum quia nihil aliud eſſet, quam Caji Caligulæ ſtultitiam imitari qui Equum ſuum Conſu-
27 lem Romanum efficere ſtudebat, † *Xiphil in vita Caji. Dio lib.* 59 *hiſt. Rom.* Et feciſſet, inquit, ſi vixiſſet diutius. *Anti-Math. libr.* 3 *de polit. theor.* 35. tùm quod ita nobilitatus aſini Æſopico ſimilis videretur, qui cum pelle leonino indutus ruderet, à ſagaci vulpecula mi-
28 ſere deluſus eſt †

Quid vero ſi Joviales pulli locum faciant proverbio γαλῆ κεργκωτὸν, & ob flagitium nobile, nobile ſtemma
29 conferant? † Cornelius Agrippa, *in libr. de vanit. ſcient. c.* 8. perfidia & crudelitate, Bodinus *lib.* 3. *de Repub. c.* 8. ſcelere nobilitatem primitus fuiſſe quæſitam aſſerunt; † Ita Cnæus Flavius & Tribunus plebis, &
30 Senator & ædilis curulis à populo Romano factus eſt,
31 ob ſurreptum actionum librum, † *l.* 2. § *poſtea & ibi Zaſ. num.* 2. *ff. de O. I. Liv. libr.* 9. *hiſt. Rom. c.* 46. *in pr. Valer. Max. lib.* 2. *c.* 9. *Cicero in Piſon A. Gell. lib.* 6. *noct. Att. c.* 9. Ita Philippus II. Rex Hiſpaniæ jura nobilitatis cum 25000. coronat omnibus aſſaſſinis, qui Wilhelmum Principem Auraicum Comitemque Naſſoviæ
32 vel vivum ſiſterent vel mortuum traderent, † *Apolog. Illuſtr Oran. Princ. contra dictam proſcript. Eman. à Metern. libr.* 10. *relat. bell. Belg. ſub Anno* 1580. Ita ut meritò cum Juvenale *ex Satyra* 13. ingeminare quis poſſet:

Ille crucem ſceleris pretium tulit, hic diadema.

Nos, qui ſe ſcelere quærunt Nobiles, impios judi-
33 camus, † *ex Plauti verſ.* 10. *act.* 4. *ſcen.* 2. *Rudentis Tiraquell. de Nobil. c.* 6. *num.* 25. & tanta indignitate commoti Cnæo Flavio ædile creato, cum Romanis nobilibus aureos annulos abjicimus, † *ibid. Fr. Duaren. in*
34 *Epiſt. ad Sebaſt. Albaſpin. Regis Gall. Orator. Liv. d. libr.* 9. *in fin. Fr. Patrit. de Regis inſtit. lib.* 7. *tit.* 13. *Bodin. de Rep. lib.* 5. *c.* 4.

Quis

Quis enim pro maleficio ſummum velit reddere be-
neficium? † *Terentianum ex act. II. ſcen. 2. Phormio* 35
nis. Si nobilitas virtutis teſtimonium cur ſceleris præ-
mium conſtituendum? † *Georg. Obrecht. de Regal. tit.* 36
4. th. 109. Quale ergo lignum talis Mercurius, quale
marmor, tales Jovis ſtatuæ, † *Ita concludimus ex To-* 37
pic. noſtri Victoris diſſert. 3. n. 120.

Eſt autem Virtus nobilitatem generans duplex, vel
Militaris quæ legionibus, vel Civilis quæ legibus pa- 38
ratur. † Unde etiam duæ alæ & ſcalæ nobilitatis u-
na quæ ſagatam, altera quæ togatam vitam inſequi-
tur, † *Nic. Betſ. de pact. famil. illuſtr. c. 10 p. 721.* Milita- 39
ris Virtus eſt, quando quis pro patria mortem bel-
licam honeſtè oppetere non detrectat, † *Cicero libr.* 40
1. off. Idem lib. 3. de finib. Cum enim non tam parentibus
quam patriæ nati ſimus, † *l. 1. §. generaliter, 15. ff. de* 41
ventr. in poſſ. mitt. l. poſtliminium, 19. §. filius 7. ff. de capt.
& poſtl. reverſ. l. minimè, 35 ff. de relig. & ſump. fun. & da-
ta paritate terminorum quis potius patriæ quam pa-
rentibus ſuccurrere & obedire debeat, † *Natta conſ.* 42
597. num. 18. & ſeq. tom. 3. Decian. reſp. 82. num. 15. &
ſeq. vol. 5. hoc augurium erit optimum, tueri patriam,
Hector apud Homer. Iliad. M. dulce & decorum pro pa-
tria mori, *Horat. libr. 3. Carm. Ode. 2.* glorioſum & no-
bilitate dignum nullum patriæ periculum denegare,
† *arg. pr. in fin. Inſt. de excuſ. tut. Pariſ. de Put. tr. de re-* 43
mil. lib. 7 quaſt. 1. numer. 19. & ſeqq. Nevizan. conſ. 12.
numer. 3. inter conſ. feud. Bruni. Concordat gloſſa juris
Saxonici, *lib. 1. art. 20. in pr.* Ibi, ein Ritter ſol ſchwe-
ren den Eyd / daß er den Todt nicht fürchten wolle/
zubeſchirmen Witwen vnnd Weiſen / vnd da es ſich
zubeſchirmen gebühret. Ita pro gloria & ſalute patriæ
ad capeſſendam pugnam inſtigari teſtantur Nobilita-
tem Gallicam, *Claud. Seſell. lib. 1. de Rep. Gall.* Hiſpani-
cam, *Alph. Lopez in delit. Arragon. cap. 9.* Bohemicam,
Æne. Sylv. c. 18. hiſtor. Bohem. Polonicam, *Gerh. Mer-*
cator. in Athlant. min. ſub. regn. Pol. in fin. Batavicam,

Cornel.

44 Cornel.Tacit.de mor.Germ. † Et ob id Nobiles vocari
Ritter / à Græco ῥύτης id eſt ſervator, quod virtute &
45 fortitudine ſervent patriam, obſervavit, † D. Iuſtus
Ritter/lib.1.Inſt.feud.c.3.num.9.in fin. E contra mul-
tos Nobiles jacturam dignitatis feciſſe, quod ob flagi-
tium timoris ac fugæ hoſtibus loca munita dederint,
46 notavit † Iohann.Werner.Gebhard libr.1. Fürſtlicher
Tiſchreden/c.29.

Quod tamen ita intelligendum non eſt, quaſi ſola
47 militia nobilitatem conferat, † Chaſſane ad Conſuet.
Burg.rubr.4.§.19.num.11.& ſeqq. Tiraquell. de Nobil.c.
48 8 num.5.& ſeqq. contradicant quicquid alii, † Paris
de Puteo de re mil.lib.7.quæſt.14.num.9.& quæſt.ſeq. In-
cip. Quia ſuperiori, n.3. ubi ait, quod Ruſticus efficia-
tur Nobilis ſi per 10. vel 15. annis in armis verſetur,
Alciat.tr.de ſingul.certam.c.30.num.2 & ſeq.& quæſt.
34.num.6.adde Peregrin.conſ.84.num.22.& ſeqq. lib.1.
Nam I. apud Romanos omnes omninò cives milita-
re cogebantur, † arg l.2.C. de his qui non implet.ſtip.
49 l.fin.C. de Veteran.Tacit.lib 4.Annal. Et qui ad dele-
50 ctum non reſpondebat, libertatem perdiderat, † l.
quicum.4.§.1.& 5.ibiq; Weſenb ff.de re mil l ſi 15.20.ff.
com.div.Duaren.lib.1.diſp.c.4 Vultei.libr.1.diſcept.ſcho-
laſt.c.9. neque tamen omnes, ſed ſoli Decuriones fie-
bant nobiles, † l.1.C.ſi ſerv.aut libert.ad Decur.l.ult.
51 c.de Decur.Bodin.lib.3 de Rep.c.8 fol.547. Imò & ſervi
ad militiam aſpirare poterant, † l ſuper.6.C.qui mil.
52 poſſ.Claud.Coter tr.de jure & privil.mil.c.11.lib.1. qui-
bus tamen niſi jure aureorum annulorum impetrato,
honoris porta præcludebatur, † l un.C.ad L. Viſell.
53 Chriſt.Lanfranch.tr. utrum præferend.ſit Doctor an mi-
les.num.38.& ſeq.

54 II. Infamia repellit à dignitatibus, † l.infamia,
8.C.de Decur.l.2.C. de dignit. Monald.conſ.96.num.14.
vol.2. Infamis autem quamvis initio miles conſcribi
non poſſit, † l.quicum,4.§.ad ulterii,7.ff.de re mil.
55 Mart.Laudenſ.tr.de Milite,quæſt.54.Paris de Puteo tr.de
re mil.

re mil. lib. 6. quæſt. 18. rubr. Miles vel Nobilis, n. 7. & ſeq. Obrecht, de jure belli, th. 720. & ſeqq. Weſenb. *in par. ff tor. de re mil. num.* 3. In ipſa tamen militia ſi infamis efficitur militiam retinet, † *l ſi quis, 6 §. ſed etſi ff. de injuſt.* 56
rupt. l. ſi quis, 22. §. 1 ff de leg. 3. l. ex militari. 11 ff de re mil. Tiraquell. de Nobil. c. 8. num. 7. Bocer. lib. 1. de bello, c. 8. num. 23.

III. Quia genus, *l. nullus, 4. C. ad L. Iul. Majeſt.* & dignitas in jure per dictiones disjunctivas & alternativas (aut, an, vel) militiæ opponuntur, † *in l. pen. C. de* 57
pact. l. fin. §. 2. ibiq; Salycet. numer. 1. C. de Pagan. l. fin. C. de jurid. omn. jud. l. 1. C. in quib. cauſ. mil. l. pen. & ult. C. de cohort. l. ult. C. qui mil poſſ. Nov. 90. c. 1. Nov. 128. c. 19. in fin. quarum natura eſt, ut oſtendant diverſitatem caſuum & terminorum, *Bertazzol. in L. ſi quis major. q. 23. num. 356. C. de tranſact.*

Nec obſtat † 1. *L. 2. in pr. ibi, præclara nobilisq; mili-* 58
tia, C. de primicer Loquitur enim non de ſimplici militia, ſed de militia ſpectabilium tribunorum, quæ dignitatem habere cenſetur. 2. Non obſtat, † *L. inter* 59
13. C. de Palatin. ſacrar. largit. Ibi militari dignitate fruantur. Dignitatis enim nomen generale eſt, quod multifariam capitur, & plerunque impropriè, & in hoc ſignificatu etiam ſervi dignitatem habere dicuntur, *l. ſi ſervus, 17 ff. de pecul.* 3. Non obſtant † jura, quæ 60
diſcrimen inter milites & privatos conſtituunt, *l. milites, 8. & l. Divo. 11. C. de quæſt.* Nam privati † duobus 61
modis dicuntur, 1. ii qui non ſunt in aliquo Magiſtratu aut dignitate. 2. qui ſunt in eorum numero quos privilegiarios dicimus, *Cacheran. deciſ. Peden. 100. num. 45.* In hoc poſtremo † ſenſu differunt à pri- 62
vatis milites, quibus jura multa privilegia conceſſerunt in primo autem ſenſu milites & ipſi privati dicuntur, *l. 3. ff. de mun. & hon.*

Quamvis interim negari non poſſit quin Militia κατά τι ſit dignitas, † *Mart. Caraz. tr. de Milite, q. 15.* 63
Azevedo ad conſt. Hiſpan. lib. 6. tit. 1. leg. 4. num. 3. & ſeqq. Fari-

Farinac.conſ.crim.95.num.9.& ſeqq.& conſ 95.num.9.
*& ſeqq.lib.*1 honoris ſpecies, † *arg.l ſed & milites,*8.
64 *in pr.ff.de excuſ.tut.* exercitium nobile, † *Fr. Burſat.*
65 *conſ.62.num.25.ibiq; alleg.lib.*1. & proprium Nobilium
tyrocinium. † Hinc militum nomen in jure feudali
66 pro nobili uſurpatur. † Nobilis enim vel militat, vel
67 militavit vel aptus natus eſt militare, † *ait Guido Pa-*
68 *pa deciſ.*384 *in addit.lit.b. Bon. de Curtili tr. Nobil.part.*
3.*num.*58. Hinc ante annos 200. ſoli in Germania &
Italia militabant Nobiles, ſolo ferè Equitatu conſta-
bat exercitus, præſumptio enim erat quod in Equeſtri
69 militia prævalerent Nobiles, † *Bart. de Sax ferrat tr.*
de teſtib.num 92.Chriſt. Beſold.de Ordin.Equeſtr.th.1.in
fin. Alciat.tr. de ſingul.certam. quæſt. 39.*num.*7.ubi ait,
Nobili viro magis convenire, ut Eques congrediatur,
70 quam ut mercinariorum more prodeat: † Quemad-
modum etiam hodie Nobiles & Illuſtres receptiſſimo
71 uſu nomen & qualitatem militum retinent, † *gloſſ.*
in L.2.C.de domeſt.& protect. quia Imperatori & Impe-
72 rio ſemper militare dicuntur, † *Gaill.2.Obſ.127.n.9.*
Knichen.de jur.territor.c.1.n.183. H.Vuitej.conſ.Marp.
34 *num.*101.*vol.*3. Unde vulgò die Ritterſchafft/ vo-
cantur, † & in Hehrſchauen vnnd Muſterungen/
73 (quam Cicero luſtrationem, † *lib.* 15.*Epiſt.* 4. Juſti-
74 nianus Imper. Exercitationem armorum, † *in L.2.§.*
75 *& unumquemq;, C.de off.præt.præf.Afr.* Valerius Maxi-
76 mus Probationem, † *lib.2.tit. de inſtit.antiq.* Sueto-
nius recenſitionem Exercitus, & recognitionem tur-
77 manam. † *in Auguſto c.*38. Livius tranſvectionem E-
78 quitum, † *lib.9 hiſt.Rom. c.46. in fin. & ibi Wilh.Go-*
delev.in annot.facit.L.2.ff.de in jus voc. Itali La mòſtra,
79 † *Mart.Ant. Surgens de præf.prætor.lib.1.c.26.num.29.*
80 Hiſpani La Alarde, † *Iohan.Redin.de jur.Majeſt.verb.*
*non ſolum armis,num.*27. Galli La monſtre, ou la reve-
81 vë, † *Iean l'Oyſeau des ſeigneurs de France libr.1.c.3.*
appellant, & à Fabio Maximo inventam eſſe probant,
82 † *Ant.Surgenſ.d.c.26.num.29,Valer.Max.d.lib.2.Liv.*
d.lib.

Digitized by Google

d.lib.9.in fin.Coraſ.lib.1.miſcell.c,11.)Equis comparere, † *Knichen.de jur territor c.3.num.* 366. Et periclitanti principi Equo & armis ſuccurrere tenentur, † 83
Ioh. Carſ. de Nobil. Hiſp.gl 2. Petr. Bellin. de re mil.p.2. tit.3. Choppin. libr. 2. de leg. And p. 1.6.1.tit.3. Barnab. Briſſon.in Baſilic.lib.6.tit.13 art. ubi ait, Qu'en la neceſſité de guerre touts les gentilz hommes ſont tenuz de prendre les armes pour la neceſſité du Roy. 84

Virtus Civilis(quæ non conſiſtit in atramento ſed cerebro, † *Ant.Petr.de Petra tr.de fideicommiſſ. quæſt. 9.num.* 18.) eſt prudentia rectè conſultandi de iis quæ Reipub. ſunt utilia. † Qua virtute qui præditi ſunt, nobilitatem licet non civilem, † *arg.Nov.*117.*cap.*4. *Tiraquell.de Nobil.c.* 5. *num.* 5. & *c* 4. *num.*13. & *ſeqq.* Niſi concurrat Doctoratus, ut ex Bartolo limitat, † *Bon de Curtili tr.Nobil.princ. num.*97. non tamen minorem tanquam caſtrenſe aliquod bonum ſibi ſuiſq; comparant. Ita ut naturaliter loquendo, ſicut anima præfertur corpori, *l.ſancimus,C.de S.S.Eccleſ.* Sol lunæ, *c.ſolita de maior. & obed.* aurum plumbo, *c. duo ſunt.*46. *diſt.* Ita nobilitas ſcientiæ, quæ dicitur animi, ſit præponenda civili, † *Salycet.in l providendum,*7.*num.*3. *C.de poſtul.P.Iannin.de citat.real.lib.*1.*c.* 1.*num.*833.& *ſeqq.Ioan.de Selva tr.de benef part.* 3.*quæſt.*7.*numer.*22. *Maranta conſ.*47.*num.*8. *Decian. reſp.*7. *num.*59.*vol.*3. Nam ex genere Nobilis quis eſt præſumptione tantũ, † *Tholoſan.lib.*6.*ſyntagm.c.*4.*num.*7.*Caſſana.in Catal. glor mund.p.*8.*conſid.*10. & 28. *Alexand. conſ.*209.*n.*8. *vol.*6.*Cephal.conſ.*566.*num.* 29.*lib.*4. ſed qui ſcientia, virtute, & animi motibus fulget, clariorem ſibi nobilitatem adeptus eſt, † *Frid. Solis tr. de lucro dotis quæſt.* 16.*num.*7. & *ſeqq. Azevedo ad conſt.Hiſp. libr.*6. *tit.* 2.*in rubr.num.*32. & *ſeqq Chaſſana in Conſuet. Burg. rubr.*4. § 19.*num.*23. & *ſeqq.Fr.Pfeill.conſ.*197.*num.* 4.*cent.* 2.*Alex.conſ.*213.*num.*9. *vol.*6. *Thoming. conſ.*52. *num.* 41.*vol.* 1. fortior autem eſt dignitas quam quis habet per ſe illâ, quam quis habet per alium, † *Steph. Gratian.* 85 86 87 88 89 90 91 92

tian.tom.1.diſcept.for.c.111.num.58. & ſeq. Natta conſ 179.num.8.tom.1. Cravett.conſ.982.num. 23.part.6 per tex.alleg. Nam juxta Ovidium *lib.13 Metamorph.*

Et genus & proavos, & quæ non fecimus ipſi,
Vix ea noſtra puto.

Et ſecundum Erricium Cordum:

Vnia eſt quæ reddit generoſos maſcula virtus
Quâ ſine degeneres etiam cum Cæſare Reges,
Nunc ea quàm rara eſt, imò quàm nulla, videmus:
Hanc niſi fortè putes altos equitare caballos,
Et ſegmentatas variè diſcindere veſtes.

Qui ergo Nobilis propria virtute caret, & genus ja-
93 ctat ſuum aliena laudat, non ſua, † *verſ. Seneca, num 340. Hercul. furent.*

Dum virtutis egens tantum ſua ſtemmata jactat,
Mobilis ille magis, nobilis ille minus.

Cenotaphii inſtar eſt, quod nomen & genus foris o-
94 ſtendit intus eſt vacuum, † *Deſyd. Eraſm. Epiſt. 47. ad*
95 *Henr. VIII. Reg. Angliæ*, de nobiliore ſtercore intu-
96 meſcit, † *Pruckman. de Regal. § ſoluta poteſtas, c.4. Ef-
ſect.4. num.14.* in patrios cineres mingere, † *Ioh Har-
precht. in Orat. 10. de verâ nobilit. poſt comm. de procur.* &
97 cum Bradeo Thraſonico nobilitatem in aſtragulis
habere dicitur, † *Sim. Maiol. tom. 4. dier. Canicul. col-
loq.4 fol. 307.* Majores noſtri in campo lanceis pugna-
bant, noſtri verò adoleſcentes de familia ad menſam
98 nunc linguis præliantur, † *ait Ant. de Guevara in Ho-
rolog. Princip. in proœm. ad Carol. V. Imp. num. 46*: qui cum
99 lepores ſint, pulpamenta quærunt, † Drances *apud
Virgil. de fortitudine Martia contra Turni timiditatem*,
100 cumque fugaciſſimi, de acie tamen ineptè garriunt, †
H. Kirchner. de Legat. lib 1. c.4. num. 41. In quos admo-
dum quadrat illud à Dionyſiodoro Troezenio uſur-
101 patum, quis parentem laudabit, niſi filii infelices? †
*Ioh. Boter. de polit. illuſtr. lib 9. c. 11. Guazzo de civil. con-
verſ lib.2.* Si enim Nobilis genere es lauda parentes,
ait ex Panormitano, *Steph. Bertrand. conſ. 24. numer. 6. vol.*

Digitized by Google

vol. 2. part. 1. Inprimis verò virtuti tàm civili quàm militari ad ſacroſanctum nobilitatis ſacrarium ſtimulos addit Magnificentia & liberalitas, quæ gradi potius, quàm forma ab invicem differunt. † Quamvis 102
enim omnis Virtus gratioſa ſit, liberalitas tamen omnium eſt gratioſiſſima, † *Menoch. conſ.* 191. *num* 6. 103
lib. 2. *poſt Luc. de Penn.* utpote quæ ad dilectionem & amicitiam homines pro vocat, † *Azevedo ad conſt.* 104
Hiſp. lib. 5. *tit.* 9. *leg.* 1. *num.* 1 *& ſeqq.* Quapropter ut magnificentiam liberalitatis exequi propriè decet Nobiles, † *c.* 1. *ubi Cujac. de donat. Lupus in rep. rubr. de don.* 105
inter vir. & ux §. 9. *n.* 1. *& ſeqq. Decian. reſp.* 66. *n.* 36. *& ſeq. vol.* 3. *Thoming. conſ.* 12. *num.* 27. *vol.* 1. Senatores, † 106
arg. l. ſi filius, ſ. 7. §. 3 *ff. de donat.* Reges *Cicero in Orat. pro Dejotaro de laud. Reg.* ubi ait, frugi hominem dici non multum laudis habet in Rege, fortem juſtum magnanimum, largum, beneficum, liberalem eſſe, hę ſunt regiæ laudes, † *Ant. Corſet. de poteſt. reg. part.* 1. *num.* 15. 107
Natta conſ. 554. *num.* 33. *tom.* 3 *Fab. de Anna conſ.* 62. *n.* 17. *& ſeqq.* Principes, Imperatores, † *Caſtald de Imper.* 108
quaſt. 104. *num.* 5. *& ſeqq. Reuſner. deciſ.* 4. *num.* 51. *& ſeq. lib.* 4. *Craveit. conſ.* 404. *n.* 16 *p.* 3. *Cephal conſ.* 369. *n.* 73. *& ſeqq. lib.* 3. Intellige, ſed cū judicio & modo: Ita avaritia nobilitati eſt inimica, & certiſſimum vilitatis argumentum; † *Guazzo de Civil converſ. lib.* 2. *Bon. de* 109
Curtil. de Nobil. part. 5. *num.* 19. Quo reſpexiſſe videntur, qui Nobilitatem definire voluerunt, Virtutem cum abundantia pecuniæ, † *Ariſt. libr.* 4. *pol. c.* 8. *Fr.* 110
Viv. lib. 2. *comm. Opin.* 87. *n.* 24. *Guido Papa ſingul.* 785. *num.* 1. *Portius conſ.* 167. *num.* 45. *vol* 4. Et in Hiſpania Nobiles vocari Ricos homines, q. Reiche Leut / non tam à nobilitate generis, quàm divitiis notat, † *Io-* 111
ſeph. de Seſſe deciſ. 1. *num.* 40. *part.* 1. tametſi nobilitas ex divitiis ſit infima, † *Chuſſane ad Conſuet. Burg. rubr.* 112
4. §. 19. *n.* 36. *adde Azeved. ad conſt. Hiſp. libr.* 3. *tit* 6. *leg.* 15. *num.* 11.

Et ſanè cum mos aulicorum in curiis Principum

E ſit

113 ſit, ut fruſtra neminem promoveant, † *teſte Zaſio in l. properandum, §. illo procul. n. fin. C. de judic. tom.* 4.

Des, capias, quæras, plurima, pauca, nihil. †

114 *Eberhard. à Weihe in aul. polit. reg.* 567. *& ſeq. Georg.* Richter/ *in axiom. pol. reg.* 116. Nam cum mortalibus
115 nihil charius ſit pecunia, † *Eurip. in Phœniſſ. Damhoud. in Encom. pecun.* & nihil non pecuniæ cauſa fiat,
116 † *Sonsbec. de feud. part.* 1. *num.* 38. *Caſſan. in Catal. glor. mund. part.* 12. *conſid. Eccleſ. c.* 10. facilè illaqueari poſſunt eorum animi muneribus, qui jus ſuffragiorum
117 habent, † *Georg.* Schönborn/ *lib.* 2. *pol. c.* 19. Ita Coſmus Medices (Leonis X. Pontificis Max. proavus) hujusque nepos Laurentius Florentiæ Principatum ac-
118 ceperunt, † *Guicciard. lib* 20 *hiſtor. Lampad. in mellif. hiſt. Pezelii, part.* 3. *c.* 11. Ita Vice Comites Mediolanenſes perpetuum Vicariatum per Lombardiam à Carolo
119 IV. obtinuerunt, † *Cuſpinian. in vita Carol. IV.* Et
120 enim. †

Sic avidis fallax indulget piſcibus hamus:
Callida ſit ſtultas decipit eſca feras.

AD CAPUT IV. SUMMARIA.

1. *Cauſa formalis nobilitatis quæ.*
2. *Cauſa* προηγουμένη *ſeu impulſiva non nobilitat.*
3. *Neq;* λῃψοδοσία *plebei.*
4. *Invitus nobilitari non poteſt.*
5. *Eſt enim nobilitare quaſi contractus, qui non poteſt perfici, niſi ex conſenſu contrahentium.*
6. *Nemo invitus cogi poteſt, ut nobilitatem collatam retineat.*
7. *Ad perfectionem nobilitatis cauſa* προηγουμένη *requiritur.*
8. *Plebejus etiam virtuosè viveret, per mille annos nunquam eſſet nobilis, niſi fieret.*

9. *Fer*

9. *Forma dat eſſe rei.* & n.11.
10. *Materia abſq; forma imperfecta eſt.*
12. *Nobilitas dupliciter confertur.*
13. *Expreſſè, & quando.*
14. *Tacitè, & quando*
15. *Non intereſt ſuffragio voluntatem ſuam decla-*
't Princeps, an rebus ipſis & factis.

Caput IV.

De cauſa formali Nobilitatis.

Auſa formalis eſt ipſa à plebeja conditione Exem-
ptio, facta ab eo, cui jus nobilitandi competit. † 1
Jam ut quis habeatur Nobilis non ſufficit, 1. Cauſa
προκαταρκτικὴ ſeu impulſiva, utpote Virtus, Militia &
cientia, † *Tiraquell. de Nobil. c.4.n.13.& ſeqq. Matth.* 2
iteph. de Iurid. lib.2.p.1.c.17.memb.2.n.28. Virtus enim
: nobilitate diſtinguitur, *arg. l 3. C. de commerc. l. 1. §. 1.*
:. de condit. in publ. horr. l. vidua, 18. §. 1. C. de nupt. quem-
ıdmodum de militia & ſcientia ſupra diximus, *c. 3. n.*
17. & ſeqq. & n. 87.

Secundò, ut quis ſit & habeatur Nobilis non ſuffi-
:it ληψοδοσια plebeji. † Ut enim invitus non nobili- 3
:at. Ita etiam invito non confertur nobilitatis benefi-
:ium, † *arg l. invito, 69. l. invitus, 156. §. fin. ff de R. I. l.* 4
ſtimationem, 16 §. 2. ff. de muner. & hon. Eſt enim nobi-
litare quaſi contractus, qui non poteſt perfici, niſi ex
:onſenſu contrahentium, † *Somnium Viridar. de po-* 5
teſt. ſecul. & Eccl c. 119 per tot. vel ſi nobilitas tanquam
ſummum beneficium etiam invito confertur, nemo
tamen cogi poteſt, ut invitus eam retineat, † *Anton.* 6
Faber in Cod. forenſ. lib. 9. tit. 28. defin. 26. n. 4. in all. Ti-
raquell. de Nobil. c. 6. n. 42.

Digitized by Google

Sed ad perfectionem προηγουμένην, nobilitantis ſcil.
7 affectio, & actus nobilitandi externus requiritur, † *Ioh.Raynaud.tr.Nobil.n.9. Bon.de Curtil. de Nobil.part. 6.n.8.* Quod adeò verum eſt, ut ſi plebejus virtuoſe per mille annos vixiſſet, nihilominus ſi in ipſum aliqua
8 dignitas non transferretur, ſemper eſſet plebejus, † *Mich.Nizol.alleg.1.num.99.Sylvan.conſ.1.n.37.* pariter ut ad Doctorem, præter eruditionem etiam requiritur gradus, ita ut ſola eruditio Doctorem non faciat, niſi gradus ſimul conferatur. Forma enim dat eſſe rei,
9 † *l.ſi u,80.§.1.verſ.ſed etſi,ff.ad L.Falcid.Gail.1.obſ.124. num.2.Thoming.conſ.38.num.92.vol.1.* actusque deno-
10 minatio, non à materia, quæ per ſe imperfecta eſt, † *arg.l.lana,88.ff.de leg.3. Guil.de Monſerrat.de ſucceſſ.Reg.*
11 *dub.3.n.6* ſed à forma dependet, † *arg.l.Iulianus,9. §.3.ff.ad exhib.l.cum hi,8.§.ſi prator.17.in fin.ff.de tranſact.l.juriſgentium,7.§.quod ferè,12.ff.de pact.*

Qui autem tale jus nobilitandi exercet, aliquem è
12 plebejis eximit, nobilitando vel tacitè, vel expreſsè. † Expreſsè quando vel verbis ſolemnibus, vel collatione
13 diplomatum voluntatem ſuam declarat, † *l.3.§.2.C. ubi Senat.vel clariſſ.Raynaud.de Nobil.n.15.&ſeq. Bon. de Curtil de nobil.part.3.n.125. Otalora de nobil.Hiſp.p. 3.c.6.num.7.* Tacitè quando ſine creatione ſolenni vel collatione diplomatum de ſua dignitate participat,
14 † *Paurmeiſt.lib.2.de jurid.c.ult num.44.Tiraquell.de Nob.c.6.n.9.&ſeqq.* Cum enim taciti & expreſſi idem ſit judicium, *arg l.cum quid.3 ff.ſi cert.pet.* quid intereſt ſuffragio voluntatem ſuam declaret, an rebus ipſis &
15 factis? † *l.de quibus,32.in fin.ff.de legib.* Imò plus eſt facere quam pronunciare, & re quam verbis de-
16 monſtrare, † *l.ſi tamen,4.§.3.ff.de ædil. edict.c.cum dilecti,52.extr. de appell.*

Ad Caput V.

SUMMARIA.

1. *Tacita nobilitas vel confertur beneficio Principis, vel beneficio legis.*

2. *Principis beneficio confertur, ſi quem lateri adhærere ſinat.*

4. *Explicatio L. quiſquis. C. ad L. Iul. Majeſt.* & n. 5.

6. *Explicatio L. un. C. de præpoſ. lab.* n. 7. & ſeq.

9. *An maritus nobilitetur ab uxore, quæ Principiſſæ lateri adhæret?*

10. *Tacitè nobilitantur Principis Conſiliarii*, n. 11. & ſeqq.

15. *Sunt enim veluti Nobiles honorandi, ſalutandi*, n. 16. & ſeq.

18. *Senatoribus ſunt præferendi.*

20. *A tutela excuſantur. Amplia ut* n. ſeq.

22. *Ad tributa & collectas non tenentur.*

23. *In teſtimoniis à juramento relaxantur.*

24. *In depoſitionibus ipſis magis creditur.*

25. *Virtus & integritas in iis præſumitur, omnisq; fraudis & doli ſuſpicio ceſſat, ſi* Landtråthe *ſint.*

26. *Non ſiſtuntur aut arreſtantur.*

27. *Non torquentur. Amplia* ut n. ſeq.

29. *Injuria ipſis illata gravius punitur. Ratio.* n. ſeq.

31. *In Principis ſui Salvaguardia ſunt.*

32. *Offendens conſiliarium committit crimen læſæ majeſtatis.*

33. *In ſumma Nobilibus æquiparantur*, & n. ſeq.

35. *Sunt n. de familia Principis. Limitatur* n. ſeq.

37. *Inter Principem & Conſiliarium non datur medium.*

38. *Ipſi verò unam perſonam repræſentant.*

39. *Dicuntur inhærere Principi ſicut ſtellæ firma-mento.*

40. *Ipſum decorare putantur, ut ſplendor firma-mentum.*

41. *Et radii ſolares ſolem.*

42. *Intuitu Conſiliariorum Princeps jura in ſcrini pectoris continere vulgò adſeritur*, cum n. ſeq.

44. *Principum parentes & amici vocantur*, n. 46 & ſeqq.

45. *Pater eſt nomen honoris ac dignitatis.*

50. *Principes appellant Conſiliarios in numero plu-rali* jhr/euch/ *Nobiles verò in ſingulari* du/dir.

51. *Tacitè nobilitatur quem Imp. de feudo regali in-veſtit.* n. 52. & ſeq.

54. *Vel ſi quis in feudo regali ſuccedit*, n. 55. & ſ

57. *In Sileſia nemo ad quatuor primarios Baro-tus admittitur, niſi antea Baro creatus fuerit.*

58. *Idem dicendum, ſi Princeps Epiſcopum regali inveſtiat.*

59. *Epiſcopi regalibus inveſtiti Principibus æquipa-rantur.*

60. *Exemplum exhibent Principes Eccleſiaſtici, im-primis verò noſtra ætate Ioachimus Abbas Hersfeldenſi* & n. ſeq.

62. *Ratio dubitandi, cum ratione decidendi*, n. ſeq

64. *Feudum nobile quid ſit.*

65. *Vnde dignoſcatur diſcrepant Feudiſtæ.*

66. *Authoris opinio.*

67. *Actus omnis deſiderat & voluntatem & pot-ſtatem agentis*, cum n. ſeq.

69. S

69. *Sola poteſtas non ſufficit, niſi adſit nobilitandi voluntas.*

70. *Feuda ſine nobilitate dari poſſunt, & nobilitas ſine feudis.*

71. *Inveniuntur qui tantum ſunt poſſeſſores,* einhabere des Reichs Regalien der Graffſchafft N. der Herrſchafft N.

72. *Qui ratione bonorum in Camera conveniuntur.*

73. *De Comitatu quorundam dignitatis origine P. de Andlo opinio,* & ſeq.

75. *In Gallia Principis nomen tantum Principibus ſanguinis attribuitur,* n. 76. & ſeqq.

79. *An feuda nobilia nobilitent.*

80. *In Hiſpania omne feudum nobilitat.*

81. *In Saxonia tantum nobilitat* Fahnen Lehen.

82. *In Gallia nullum feudum nobilitat.*

83. *Quemadmodum nec in Germania.*

84. *Nobilitas ſecundum quid nõ prodeſt, ſed illa quæ abſolutè talis eſt.*

85. *Feudum nobile facit præſumptionem nobilitatis.*

86. *Ruſticus qui emit feudum nobile, non fit nobilis,* n. 87. & ſeqq.

90. *Nobilitas à perſonis non à rebus prædicatur.* n. 91. & ſeqq.

94. *Tacitè nobilitatur quem Princeps in literis Nobilem appellat.*

95. *Argumentum à ſtylo bonum eſt.*

96. *Argumentum à nomine valet,* n. 97. & ſeq.

99. *Contrarium author ſtatuit,* n. 100. & ſeqq.

106. *Nobilitatur cui Princeps inter perorandum pileum imponit,* n. 112. & ſeq.

107. *Principibus ſolis licet apud Cæſarem & regem caput operire*, & n.ſeq.

109. *Pileus eſt nobilitatis & libertatis inſigne*, n. 110. & ſeq.

114. *Quemadmodum Deus, lex, ars & natura, ita Princeps nihil fruſtra feciſſe intelligitur*, n.115.& ſeqq.

118. *Permiſſo uno cenſetur etiam permiſſum alterum quod eſt connexum.*

119. *Licentiatus habetur pro Doctore. Limita* ut n.ſeq.

121. *An Baccalaureus?*

122. *Baccalaureatus non eſt dignitas, ſed præparatio ad dignitatem.*

123. *Doctores juris nobilitantur*, & n.126.

124. *ICti vocantur in jure Nobiles, Nobiliſſimi, Egregii, Illuſtres.*

125. *Doctoratus eſt nobilis & egregia dignitas.*

127. *Illegitimus doctorari non poteſt.*

128. *Nec Iudæus.*

129. *Doctores iiſdem cum nobilibus gaudent privilegiis.*

130. *Pro Dd. major ſtat virtutis præſumptio.*

131. *Crimen falſi in iis non præſumitur.*

132. *Magis quam cæteris ſunt honorandi.*

133. *Portant* Wapen mit offenem Helm.

134. *Aurum non, niſi dignitatem habentes, portant.*

135. *Ergo Doctoribus cōceſſum eſt. Amplia* ut n.ſeq.

136. *Veſtes & aureas Catenas geſtant, ut Nobiles*, n.138. & ſeq.

140. *Singulari libertate veſtiendi præ nobilibus gaudent.*

141. In

Digitized by Google

141. *In Camera paribus cum nobilibus fruuntur ſtipendiis.*

142. *Acceptantur in Camera loco nobilium.*

143. *Iuris Dd. ſunt aptiores Epiſcopatui quam Theologi.*

144. *Limitatur.*

145. *Vna cum Nobilibus in Capitulares Eccleſiarum Cathedralium eliguntur*, cum n. ſeq.

147. *Arma deferre poſſunt.*

148. *Doctorum arma debent eſſe leges & Codices.*

149. *Gaudent privilegiis militum.*

150. *Injuria ipſis illata gravior cenſetur.*

151. *Ab oneribus patrimonialibus non excuſantur.*

152. *Sed à perſonalibus*, n. 152. & ſeq.

155. *Non tenentur ſuſcipere conſulatum in civitatibus. Limita ut ibidem.*

156. *Ad onera bellorum non tenentur, etiam in ſolita.*

157. *A tutela excuſantur. Intellige ut ibi.*

158. *Ab onere vectigalium immunes ſunt.*

159. *Doctoris vidua percipit lucra nobilium viduarum jure Sax.*

160. *Torqueri non debent*, & n. ſeq.

162. *Pro debito civili carcerari non poſſunt. Limita,* ut n. ſeq.

164. *Pro delictis carcerari non debẽt niſi ſint gravia.*

165. *Non debent decapitari, antequam degradentur. Ratio.*

166. *Non debent ſuſpendi.*

167. *Non poſſunt conveniri ultra, quam facere poſſunt.*

168. *De iis, qui Doctoris titulo non contenti, militarem etiam nobilitatem ambitioſè venantur.*

169. *Doctores eſſe Nobiles quatenus exaudiendum,* cum ſeqq.

172. *An Doctores Bullati privilegiis nobilium fruantur.*

173. *Negant Dd. quia non ſunt publicè examinati,* & n. ſeq.

174. *Candidati examinari debent. Amplia,* ut n. 176. & ſeqq.

180. *Solemnia requiſita in actu Doctorali.*

181. *Bullati in Collegium Eccleſiaſticum non cooptantur.*

182. *In numerum Aſſeſſorum non recipiuntur.*

183. *Securitate non fruuntur.*

184. *Affirmant alii, ſi adſint requiſita quæ recenſentur,* cum ſeqq.

187. *Deſcribuntur Doctores imperiti,* n. 188. ſeq.

191. *Ignari Dd. non gaudent privilegiis Doctorum & Nobilium,* & n. ſeq.

193. *Omnis Papa eſt Doctor V.I.* & n. ſeq.

195. *Doctor eſt authoritate raro ſcientia.*

196. *Papa quomodo omnia jura habeat in ſcrinio pectoris.*

197. *Nominantur Pontifices, qui Doctores juris fuerunt.*

198. *De mediis curandum non eſt, ubi finis habetur.*

199. *Actus promotionis non dat ſcientiam, ſed eam probat.*

200. *Mulieres oſculantur, deſponſantur, nec tamen doctorantur.*

202. *Ab-*

Digitized by Google

202. *Abuſus in creandis Doctoribus notatur*, n. 203. & ſeqq.

207. *Limitatur L. nemini, §. 1. C. de ad voc. div. jud.*

209. *Doctores Medicinæ non nobilitantur.*

211. *Medicina non tollit nobilitatem.*

212. *Doctor Medicinæ dignitatem conſequitur.*

213. *Medicus Regis dicitur illuſtris perſona.*

214. *In pœnis temperandis, & quo ad immunitates æquiparatur Doctori legum*, n. 215. & ſeq. *Sed controvertitur.*

217. *Diluitur objectio, quod ſervi poſſint eſſe Medici*, & n. ſeq.

219. *Doctores juris ſunt præferendi Medicis.*

220. *Medici connumerantur inter Mechanicos.*

221. *Dicuntur Parabolani.*

222. *Tantum valere æſtimantur quantum obſtetrices.*

223. *Limitatur in Medico Principis.*

224. *Medicus efficitur irregularis.*

225. *Vnde in Capitulares Eccleſiarum Cathedralium non poſſunt eligi.*

CAPUT V.

De Nobilitate tacita, & quomodo tacitè quis nobilitetur?

TAcita nobilitas nō eſt uniuſmodi. Quædam enim confertur beneficio Principis, quædam beneficio legis. † Principis beneficio confertur, taciteque no- 1
bilitatur, ſi Princeps quem lateri ſuo adhærere ſinat,

l. 1.

2 † *l.1.C.de præpoſ.labor.l.1.C.de domeſt.l.ult. C. de excuſ. tut.Georg.de Cabedo pract.obſ.p.2.deciſ.73.num.4. Bon. de Curtil.tr.Nob.p.3.num.158. Tiraquell.de Nobil. c.6. num.10.Caſſan.in Catal.glor.mund.p.8.conſid. 19. Maſcard.de probat.concl.1094.n.5.vol.2. Azevedo ad conſt. Hiſp.lib.6.tit.1.leg.1.num.19.*

Qui enim principi vicinus, de ejus qualitate participat ut ars imitetur naturam, † *ait Decian. reſp. 58.*
3 *numer.23.vol.5.* Imò eos illuſtres fieri docuerunt, †
4 *poſt. Angel. Ant.Corſet.de poteſt.reg quaeſt.21.numer.16. part.3.Paris de Put.tr.Syndicat.de Exceſſ.Conſil.verſ.Excedunt.num.9.Iaſon.in l.1.num.6.ff.de off.ej.cui mand.eſt jurid. Alexand.conſ.94.num.2.vol.1.* per *L.quiſquis, 5. C.ad L.Iul.Majeſt.* Quibus reſpondent, † *Decius in l.*
5 *1.C.de in jus voc.Bart.in præm.ff.ior.num.12.* legem illam loqui de iis, qui antea viri illuſtres erant; Nec
6 multum probat, † *L.un.C.de præpoſ.lab.ibi,quos noſtri lateris Comitatus illuſtrat.* Nam ibi illuſtrare pro nobilitare accipitur, quaſi dicat ignobiles nobiles reddi,
7 cum hærent Principis lateri, † *ut declarant Menoch. de A.I.Q.caſ.68.num.37.Tiraquell.de nobil.c.2.n.18. Decian.d.reſp.58.num.7.vol.5.* niſi dicamus illo tempore inter illuſtres & clariſſimos nondum fuiſſe differentiam, † *cum Weſenb.in par.ff.ior.de Senator.circ.fin.*
8 *& Duaren.lib.2.diſput.c.1.*

An autem maritus nobilitetur ab uxore, quæ Prin-
9 cipiſſæ lateri adhæret? † Non aliter ſentire Alciatum ſcribit, *Menoch.de caſ.68.num.38.* de qua quæſt. videbimus infra per diſcurſum. II. Tacitè nobilitatur, Si Princeps aliquem tanquam Conſiliarium ſui palatii
10 aſſumit, † *per l.omnium, in pr. C.de teſtam. Sixtin. de Regal.lib.2.c.15.num.22.Mart.de Caraz.de legat.Princip. quaeſt.17.Bocer.de Regal.c.2.num.8.* Qui enim ſuis conſiliis diu noctuque laborant, quare non habeant di-
11 gnam ſua prærogativa fortunam? † *l.fin. C. de quadrienn.præſcript.* Quales præ cæteris ſunt, qui præſunt aulico Conſilio Cæſaris, die des Kayſers Räht ſeind

am

dem Reichs Hoffraht/oder Cammergericht. † Et eli- 12
guntur in locũ antiquorum Patrum cõſcriptorum, † 13
Schneidew. ad §. filiusf. n. 2. Inſt. quib. mod. jus patr. pot. ſolv. ſuntque perpetui & togati Imperii Senatores, † 14
viſitation, s *Memorial. de Anno* 70. § Dan ob wol. Concept der Erneuerten Cammergerichts ordnung/ *tit. 9. in pr. part. 1. Denaiſ. in jur. Cam. tit. 15. §. 3.*

Hinc Conſiliarii, 1. veluti Nobiles ſunt honorandi, † *Zaſius conſ. 2. num. 10. lib. 2.* 2. iiſdemque 15
idem præſtatur honor, qui exhiberi ſolet eis cui, aſſident, † *Caſſan. in Catal. glor. mund. p. 8. conſid. 27. in* 16
fin. 3. Reverenter ſunt ſalutandi, † *Gratian. libr. 2.* 17
diſcept. for. c. 284. n. 6. cum alleg. 4. Senatoribus præferendi, † *Menoch. conſ. 902 per tot. vol. 10.* In multis vel- 18
uti Nobiles ſunt privilegiati, † *Cravett. conſ. 168. n.* 19
10. tom. 1. 5. Unde à tutela excuſantur, † *Paul. Mon-* 20
tan. tr. de tutel. c. 35. reg. 1. num. 117. Adr. Gylman. deciſ. Câm. 46. num. 6. lib. 1. Etiamſi Principes ipſorum ſuperiorem recognoſcant, † *Schrader. conſ. 1. num. 564.* 21
cum alleg. vol. 1. 6. Ad tributa & collectas non tenentur, † *Bocer. de Regal. c. 2. num. 201. Köppen. deciſ. 6. num.* 22
23. part. 2. Iac. Aleman. conſult. 5. pag. 210. Weſenb. conſ. 40. num. 49. part. 1. 7. Ad teſtimonium vel in judices vocati à juramento relaxantur, † *Ruland. de Commiſ-* 23
ſar. part. 4. lib. 6. c. 10. num. 49. 8. In depoſitionibus & atteſtationibus magis ipſis, quàm cæteris creditur, † 24
Mynſing. reſp. 21. num. 32. decad. 3. 9. Major pro eis ſtat virtutis & integritatis præſumptio, omniſque doli fraudiſq; ſuſpicio in iis ceſſat, maximè verò ſi Lantråhte ſint, † *Laurent. Kirchof. conſ. 1. n. 68. vol. 2. va-* 25
rior. ICtor. 10. propter præjudicium publicum nunquam ſiſtuntur aut arreſtantur, † *Pet. Peckius de jure* 26
ſiſtend. c. 5. num. 8. 11. Sed quid ſi inferiorum Principum Conſiliarii in actu legationis arreſtentur, aut aliâs injuria afficiantur, anne tanquam in facto omni jure prohibito, ſtatum mandata ſine clauſula, auff die 4. Fäll/ *de quib. in Ord. Cam. part. 2. tit. 23.* in Camera ad-

verſus

Digitized by Google

verſus arreſtantem aut injuria afficientem petenti legato ejusque Principi decernentur? Dominis Cameralibus id diſplicuit, quadam cauſæ cognitione, hîc opus eſſe cenſentibus. Ideò tale mandatum in cauſa Bubenhoffen/ qui fuit à Conſiliis Marchionis Badenſis & legatus ad Comitiſſam a Limpurg/ & in Gülich/ arreſtatus, contra Limpurg/ & Gülich/ denegârunt, *Menſe Majo Anno* 91. Si tamen Princeps ratione legati ſupplicaſſet ſuper conſtitutione Arreſtorum, proceſſus fuiſſent decreti, *ut notat Gylman. tom. 3. Symph.*
27 *verb. legatus, fol.* 174 Torqueri non poſſunt, † *Bocer. de quæſt. c. 4. num. 31. & ſeqq. Zanger. de tortur. c. 1. num.* 49. *& ſeqq.* Etiamſi loco moti ſint ob memoriam pri-
28 ſtinæ dignitatis, † *Hipp. de Marſil. ſingul.* 107. *num.* 2. *Guido Papa deciſ.* 377. *num.* 1. 12. Injuria ipſis illata
29 gravius punitur, † *Meichſner. deciſ. Cam.* 29. *n.* 9. *lib.* 1.
30 quoniam ipſi Principi illata cenſetur, † *Gylman. in Symphor. tom.* 5. *vot. ult. num.* 15. 13. In protectione &
31 ſalvaguardia ſunt ſui Principis, † *Boer. deciſ.* 207. *n.* 8. *in fin.*

Unde offendens Conſiliarium incurrit crimen Majeſtatis, quando offenderetur in odium & contem-
32 ptum ſui Principis, † *Ioſeph. de Seſſe tr. de Inhib. c.* 5. §. 4. *num.* 17. *& ſeq. Cravett. conſ.* 6. *n.* 79. *tom.* 1. *Menoch. conſ.* 99 *num.* 33. *& ſeqq. lib.* 1. *Decius conſ.* 410. *num.* 31. *Surdus conſ.* 574. *num.* 8. *&* 13. *lib.* 3. 14. In ſumma,
33 Nobilium inſtar habentur, † *Pruckman. conſ.* 2. *num.* 92. *& ſeqq. vol.* 1. in Effectu per omnia, Equeſtri digni-
34 tati non propria, Nobilibus æquiparantur, † *facit* Policey-Ordnung/ *de A.* 77. *tit.* 11. §. 1. *& tit. ſeq.* P. O. *de Anno* 30. §. vnd ſo einer. Ibi, vnd ſo einer eines Fürſten Cantzler oder Rabt vnnd doch nicht vom Adell/ der mag ſich ſampt ſeinem Weib vnnd Kind denen vom Adell gleich tragen.

35 Conſiliarii enim ſunt de familia Principis, † *poſt Alberic. Ruland. de Commiſſar. part.* 1. *lib.* 5. *c.* 6. *num.* 15. *lit. a.* ubi limitat in Conſiliariis von Hauß auß/ & ait ita

in

in Camera in cauſa Hanß Jacob von Langen / judicatum fuiſſe. † Unum cum ipſo faciunt corpus, u- 36
num conſiſtorium, quo fit, ut inter Principem & conſiliarium non detur mediũ, † *Menoch.conſ.902.n.30.* 37
*& ſeq.lib.*10. Unde ſi plures unius Principis Conſiliarii conveniendi ſunt, Cameræ juriſdictio ex continentia cauſarum non fundatur, quia repræſentant unam perſonam, † *Compilator.præjud Cam.rubr. Continent cauſ.* 38
fol. 9. ubi ait, denegatos fuiſſe proceſſus in cauſa der Mörlin / Nobilium, contra Statthalter vnnd Raht zu Fulda / & dicuntur inhærere Principi ſicut ſtellæ firmamento ſoli, † *poſt Bald. Frider. Mindan. de mand.* 39
jud. lib. 2. *c.* 13. *num.* 48. *Gylm. in Symphor. tom* 5. *vot. ult. n.* 15. Atq; eum ita decorare putantur, ut ſplendor firmamentũ, † *Caſſan. in Catal. glor. mund. p.*10. *conſid.*24. 40
Matheſilan. ſing. 59. *in addit. n.*4. Et radii ſolares ſolem,
† *Schrad. de feud. part.*10. *ſect.* 2. *n.* 24. Eorum intuitu ju- 41
ra in ſcrinio pectoris habere decantatur, † *P. Gilken.* 42
in Auth. Habita. n. 3. *C. ne fil. pro patre, Salyc. in L. omniũ,* 19. *n.* 1. *C. de teſtam. Mart. de Caraz. tr. de Princ. q.* 354. *Intrigliol. cent.* 1. *quæſt. feud.* 4. *n.* 62. *& ſeqq. Alvar. Valaſc. conſult.* 51. *n.* 6. In iis n. quæ ad jus pertinent Princeps raro reperitur Juriſta, † *Andr. de Iſern. tit. qui feud.* 43
dar poſſ. n. 16. *Knich. de Sax. non prov. jur. verb. Elect. c.* 5. *n.* 94. *Fed. Scotus reſp.* 19. *n.* 15. *lib.*1. Unde eorum vocantur parentes & exemplo Joſephi, *Geneſ.* 41. *v.* 43. Våter des Landes / † *l. Divi.* 17. *ff de jur. patron. Chaſſana* 44
in Conſuet. Burg. rubr. 4. §. *entregens nobles,* §. 19. *n.* 6. *& ſeq.* quod honoris & dignitatis nomen eſſe ait, † *Archi-Diac. in c. præſenſ.* 20. *q.* 3. *Riminald. Iun. conſ.* 736. *n.* 45
37. *lib.*7. Quos & amicos vocare nõ dedignantur Principes, † *l ſecundum,* 4. *C. de contrah. Empt. l. ſi poſt.* 4. *C.* 46
de jur. & fact. ignor. Caſtald. de Imper. q. 63. *n.* 9. *Peregrin. conſ.* 3. *n.* 25. *lib.* 2. Quem morem ſervant Reges Galliæ, in quorum reſcriptis & Epiſtolis illud paſſim legitur, A noz aimez & feaux conſeillers, † *Iohan. Coraſ. ad L.* 47
Impp. 4. *n.* 3 *ff. de off. præſ. vigil.*

Quod

Quod etiã in Pro-Rege Hiſpaniæ ſervari videmus, quam ipſe Rex materna lingua ita honorat, PRIMO
48 NUESTRO, † *M. Ant. Pitſill. de inſtit. Princip. color.* 1. *p.* 22. Sed & in Germania currenti ſtylo vocantur non
49 ſolũ Liebe Getrewe/ † ſed etiam Duces & Principes Conſiliarios & Doctores non appellant, niſi numero plurativo jhr/ euch/ quo tamen numero Nobilem non
50 honorant, ſed in ſingulari du/dir/alloquantur, † *Steno Bielke in comm. de Academ. Præſide Thom. Lanſ. iCtô Tubing. lit. M. fol.* 81.

III.

Beneficio Principis tacitè nobilitatur, ſi quem Imp. de feudo nobili, utpote Ducatu, Comitatu, Barona-
51 tu, cui annexa eſt juriſdictio, † *Petr. de jur. quæſt. non toll. c.* 22. *num.* 141. *Marta de clauſul. part.* 2. *cl.* 30. *num.* 1. *& ſeq. Natta conſ.* 162. *num.* 9. *tom.* 1. *Peregrin conſ.* 3. *n.* 47. *& paſſim. ibid. lib.* 2. *Cravett. conſ.* 952. *num.* 7. *libr.* 6. *H. Riminald conſ.* 5. *num.* 157. *libr.* 1. tanquam in Sym-
52 bolum nobilitatis inveſtiat, † *arg. cap.* 1. *quis dic. dux. Paris de Put. tr. de re mil. lib.* 7. *quæſt* 1. *num.* 12. *Caſſan. in Catal. glor. mund. p.* 8 *conſid.* 15. *Tiraquell. de Nobil. c.* 7. *n.* 14. *Maſcard. de probat. concl.* 1094. *num.* 5. *vol.* 2. *Georg. de Cabedo part.* 2. *deciſ.* 73. *num.* 6. *Gylman. deciſ.* 46. *num.* 104. *lib.* 1. *Decian. reſp.* 7. *n.* 51. *vol.* 3. Et temporis lon-
53 ginquitas accedat, † *Bodin. lib.* 3. *de Repub. c.* 8. *Bon. de Curtil. tr. Nob. part.* 3. *n.* 200. *& ſeqq. Cravett. conſ.* 757. *num.* 1. *part.* 5. Quod etiam tum obtinet, ſi cuidam per
54 ſucceſſionem feudum regale obveniat, † Ita noſtra ætate Fridericus Dux Wurtenbergicus, quamvis Comes fuerit Morpeligardicus, jure tamen ſucceſſionis in Ducatum Wurtebergenſem & Teccenſem, ſine
55 ſpeciali Imp. creatione Dux effectus eſt, † *H. Bocer tr. de qual. & diff. feud. c.* 3. *num.* 19. Quamvis Anno 1608. in Ratisbon. Comitiis Ferdinãdus Archi-Dux Auſtriæ (Imperator hodie fato & virtute invictiſſ.) quidamq; alii ſtatus Catholici prætenderint Johanni Friderico Duci Wurtenbergico nullam in Comitiis vocem ſeſ-

ſionem-

ſionemvé etiam apprehenſa Ducatus poſſeſſione cō-
petere, priuſquam à Cæſ. Majeſt. ejus celſitudo inve-
ſtita fuerit. † Quemadmodum in Sileſia nemo ad 56
quatuor primarios Baronatus, als da ſeindt. 1. die
Herꝛſchafft Pleß. 2. die Herꝛſchafft Wartenberg. 3.
die Herꝛſchafft Militz. 4. die Herꝛſchafft Drachen-
berg/admittitur, niſi ante ab Imp. vel Rege Bohemiæ
Baro creatus fuerit, † *Ioach. Cureus part.* 2. der Be- 57
ſchreibung deß Lands Schleſien / *pagin.* 271 Henrich
Rätel/ *part.* 3. *pag.* 408.

Neque hoc tantum verum eſt, ſi Princeps laico cui-
dam Baronatum, Comitatum, Principatum per inve-
ſtituram concedat, ſed etiam ſi Epiſcopum Regalibus
inveſtiat, † *Gratian. tom.* 3. *diſcept. for. c.* 590. *num.* 15. 58
Quia Epiſcopi Regalibus inveſtiti Principibus æqui-
parantur, † *Modeſt. Piſtor. conſ.* 49. *num.* 3. *vol.* 2. *Gaill.* 59
1. *Obſ.* 3. *num.* 4. & *ſeq.* Ejusque rei illuſtre Exemplum
in Imperio exhibent Principes Eccleſiaſtici, qui etſi
plebejo genere prognati per Imperii feuda ad ſummū
nobilitatis faſtigium evehūtur, & Hochwürdige Für-
ſten / vnnd gnädige Herꝛen / ſalutantur. † Cujus rei 60
ætas noſtra etiam nobis exemplum exhibuit, in Abba-
te Hirsfeldienſi Joachimo, qui è plebejo ſanguine na-
natus, factus fuit Princeps ein Gefürſteter Abt. † 61
Nec eſt, quod quis opponat Nobilitatem cohærere
perſonæ, neq; à re ſed à perſona utpote cauſa ſine qua
non dependere, † *Tiraquell. de Nobil. c.* 7. *num.* 3. & 9. 62
Nam cum per conceſſionem Comitatus, Ducatus,
Epiſcopatus inveſtitum nobilitari volumus, non id
acceptum ferimus rei in feudum conceſſæ, ſed Impe-
ratoris præſumptæ voluntati, quaſi is in dubio volun-
tatē quoque conferendæ nobilitatis habuiſſe cenſea-
tur, † *Ant. Godfrid. diſp. feud.* 1. *th. b. lit. b. P. Fritz. de* 63
Nobil. concl. 16.

Eſt ergo nobile feudum, quod perſonam accipien-
tis nobilitat, & hoc inter omnes convenire ait, † *H.* 64
Roſenth. de feud. c. 2. *concl.* 2. *n.* 2. *cum alleg.* Sed quodnā

hoc ſit,& unde dignoſcatur, mirè variant interpretes,
65 † *ut videre eſt apud eundem Roſenth.concl. 2. n. 3. & ſeq. Henr.Bocer.de diſtrib.feud.c.3.n.2. & ſeqq.* Nos in tanta ſcribentiũ varietate illud pro nobili reputamus, quod conceſſum eſt ab eo, qui ſimul voluntatem & poteſta-
66 tem nobilitandi habet, † *Vultej.lib.1.feud c.8.num.9. Niell.de feud.diſp.1.th.7.lit.c.Obrecht.diſp.feud.2. th.15. & ſeqq. Arumæ. diſp.feud.2. th.46. Hunnius de feud.c.6. diviſ.3.* Quemadmodum enim aliâs ad perfectionem cujuslibet actus duo requiruntur, volũtas & poteſtas,
67 † *Petra de jur.quæſt.non toll. in præfat. per tot. Milanenſ. deciſ.8.num.71.libr.1.Vultej.conſ.Marp.35.n.180.vol.3. Decian.reſp.5.n.106.vol.1.Bertrand.conſ.166.n.7.vol. 2.part.2.* quia ſine potentia nihil ad actum deducitur,
68 & ſine voluntate nihil perficitur, † *Alex.Raudenſ.de Analog.c.34.num. 37.& ſeq.* Ita ſola poteſtas non ſuffi-
69 cit, niſi adſit nobilitandi voluntas, † *Iohann. Gœdd. diſp.feud.2.th.4. Weſenb.conſ.135.n.70.part.3.* Feuda namque ſine nobilitate dari poſſunt, & nobilitas ſine
70 feudis, † *Ant.Godfrid.diſp.feud.1.th.6.lit.b. Vultej.d. c.8.n.9.& 10.*

Hinc in Imperio inveniri multos, qui ſe non gerant pro Nobilibus, Baronibus, &c. nec ſalutentur tales, ſed ſolũ appellentur poſſeſſores, Einhabere d Graff-ſchafft N. Einhabere des Reichs Regalien der Herr-
71 ſchafft N. teſtatur, † *Roſenth.de feud. c.2. concl. 2.n.9. & c.9.memb.1.concl.55.n.5.ſubſcriptio R.A.de A.1594. & 1598* qui etiam in Fiſcalibus proceſſibus, alß Einhabere des H. Reichs Lehengütter vñ Herrſchafften/
72 in Camera conveniuntur, † *Gaill.de Arreſt. Imp.c.6. n.9.* Et refert Petrus de Andlo, *lib.2.de Imper.Rom.c.12.* in Germania eſſe Comites de Comitatu nõ inveſtitos, ſed qui à caſtellis quæ poſſident denominationis titulum traxerint, † *Vid.Tyl.de Benign.Syntagm. 2. decad.*
73 *4.vot.3.n.44.* In eodem numero eſſe Comites ab Oe-
74 tingen, ab Zollern, † *d.tr.lib.1.c.15.Paurm.de juriſ.lib. 2.c.11.n.15.* de quo tamen dubitant, & fidem penes authores

thores relinquunt, *Ioch. Cluten. in Syllog. concl. 26. lit. K. Chriſt. Beſold. diſſert de Comit. & Baron. n. 13.* In Gallia nomen Principis, nō niſi regiæ proſapiæ Principibus, *aux Princes du ſang* attribuitur, † *Iac. Aug. Thuan. lib.* 75 *25. hiſt. part. 2.* Ac licet quidam Principes nominentur, hoc tamē ſolum poſſeſſionibus, feudariæq; poſſeſſionum dignitati verius quam perſonarum celſitudini eſt inditum, † *Rhen. Chop pin. de LL. Andium. tit. 6. de regia* 76 *fori præven. in pr.* Quapropter cum Franciſcus Barbonius, Guiſium ſeipſum Principem appellantem indignabūdus cerneret, ad aſtantes jocosè reſpondit, Guiſiū Gallica lingua Germanicè loqui, † *ut refert Thuan. d. lib. 25. Hiſt.* Quamvis poſtea gubernatores provin- 77 ciarum gubernationē ſibi appropriaverint, ſeq; Duces nominari voluerint. † Ut Gubernator in Gallia Nar- 78 bonenſi vulgò Languedoc, *Dux Momorantius* in Normādia, *Duc de Montpenſier* in Campania, *Duc de Bovillon* in Burgundia, *Duc de Mayenne* Lugduni, *Duc. de Nemours* in Pictavia, *Duc d'Elbœf* in Britañia, *Duc de Mercure* in Berrey, *Duc de Chaſtres, &c.* Atq; hæc obtinēt in feudis regalibus. Cæterū non ἀπροσδιόνυσον eſt, an feuda nobilia/ Adeliche oder Ritter-Lehen/ nobilitatem conferant? Hoc ex cōſuetudine ſingulorum locorum eſt addiſcēdum. † In Hiſpania omne feudum pro quo 79 militare ſervitium prętatur nobilitat, † *Nic. Intrigliol.* 80 *cent. feud. 1. q. 31. nu. 25.* In Saxonia erhöhet nichts des Mannes Schilt als Fahnen Lehen/ † Lehenrecht/ 81 *cap. 2. & 20. & gloſſ. ad c. 78. facit gloſſ.* Landtrecht/ *lib. 1. art. 27. Schneidevv. ad §. quadā, 20. tit de act. famil. herciſc. n. 34. Inſt. de act. Schrad. de feud. p. 2. c. 3. n. 15.* E cōtra in Gallia ordinatione regia Henrici III. plebeji acquiſitione feudorū, cujusq; valoris & reditus illa ſint, non nobilitantur, † *Matth. in not. ad deciſ. 384. Guid. Papæ.* 82 *Bodin. de Repub. lib. 3. c. 8. Thuan. lib. 3. hiſt. part. 1. tom. 1.* Quemadmodum in tota ferè Germania à jure prædiatorio expiſcari nobilitatem, quam quis à ſe nō habet, ac perſonas ipſis rebus q. picturam tabulæ cedere, ferè

 ab-

83 abſurdum, † *Gylman. in Symphor. tom. 4. part. 1. vot. 30. num. 177. & ſeqq. Roſenthal. de feud. c. 2. concl. 2. n. 9. Ant. Godfrid. diſp. feud. 1. th. 6. lit. b.* Nam & quotidie videmus plebejos homines fieri poſſeſſores & Dominos feudorum nobilium, nec eo minus tamen in cæteris omnibus plebejorum jure cenſeri. Quia non omnis nobilitas prodeſt ad immunitatem, ſed illa duntaxat
84 quæ abſolutè, nec ſecundum quid nobilitas eſt, † *Ant. Faber. in Cod. lib. 9. tit. 28. defin. 12. num. 1.* Quamvis ratione bonorum qualitas, quod quis ſit immediate nobilis, ſemiplenè & præſumptivè probari poſſit, †
85 *Meichſner. deciſ. Cam. 8. num. 6. tom. 2. lib. 1.* Quid ergo ſi Ruſticus emat feudum nobile? Emens domum con-
86 ſulis, non ilico fit conſul, † *Hipp. à Collib. in Nobil. concl. 28. Garſias de Nobil. Hiſp. gl. 18. num. 28. Ioſeph. de Seſe deciſ. 1. num. 46. lib. 1.* ubi ait, quod domus ex luto
87 & lapidibus neminem nobilitet, † *arg. l. cum neq; 4. C. de incol. l. 2. C. de præd. & omnib. reb. navic.* nec ſella Cæſaris Vibium, quam gloriosè oſtentabat, Cæſarem
88 faciebat, † *ex Caſſador. lib 57. refert* Kirchner. *de Rep. diſp. 12. coroll. 3.* in tantum ut nec feudum à Rege em-
89 ptum nobilitet, † *poſt Luc. de Penn. Marta de clauſul. part. 2. cl. 30. num. 3. M. Ant. Peregrin. conſ. 3. n. 30. lib. 2.*
90 cum nobilitas à perſonis, non à rebus prædicetur, † *arg. l. juſtiſſimè, 44. ff. de ædil. edict. Guttierez libr. 3. & 4. pract. quæſt. 16. num. 97. & ſeqq. Vultej. de feud. c. 8. n. 9.* Perſonę enim digniores rebus aut ullis fortunę bonis,
91 † *l. ſancimus. C. de S.S. Eccleſ. Ioan. Vinc. de Anna in rep. Conſtit. Terminum vitæ, 1. num. 1. Capyc. deciſ. 162. n. 3.* Quò alludit Gallorum formula, Que la perſonne an-
92 noblist les biens, † *Ranchin. in not. ad deciſ. 90. Guid. Pape. Mauſner. in pract. tit. 38. num. 9. Briſſon. in Baſilic. libr. 6. tit. 13. art. 1. Molina. ad conſuet. Pariſ. §. 1. gloſſ. 5. verb. le fief. num. 63.* Exinde dum in Gallia Nobilibus feuda vendere, eaque plebejis emere licuit, ſecuta eſt
93 maxima Patritiorum inopia, † *teſte Bodin. libr. 5. de Rep. c. 11.* Huc ergo illud Ennii, *quod conſervavit Cicero 2. Philipp.* torqueri aptè poterit. *O de-*

O domus antiqua, heu quam diſpari Domino dominaris.

IV.

Quartò tacitè, quis beneficio Principis nobilitatur, ſi quem Imp. in literis, Reſcriptis, vel quovis alio modo Nobilem appellet, † *poſt Bart. Petr. de Anthoran. in Clem. ſi ſummus, num. 6. de ſent. excom. Schrader. de feud. 2. part. 9. partis pr. ſect. 14. num. 14. num. 27. Decian. reſp. 7. num 20. vol. 3. Peregrin. conſ. 3. n. 23. libr. 2.* tum quia bonum argumentum eſt à ſtylo, † *poſt Abb. & Felin. Schrader. conſ. 13. num. 43. vol. 1. Pariſ. conſ. 14. num. 9 & ſeq. lib. 4.* tum quia à nomine ſive denominatione optimè arguitur, † *Natta conſ. 636. num. 10. tom. 3. Decian. reſp. 19. num. 111. vol. 3.* cum primis in nominibus dignitatum, † *Sixtin. conſ. 11. n. 47. vol. 2. Ma p. Everh in top. loco 113. per tot.* adeò ut onus probandi contrarium in partem adverſam transferat, † *Cravetta conſ. 73. num. 14. lib. 1.* Quibus tamen non obſtantibus ad hanc concluſionem ingeminati ſunt, † *Tiraquell. de Nobil. c. 6 num. 24. Paris de Puteo de re mil. lib. 7. c. 1. num. 13. Ant. Faber. in Cod. lib. 9. tit. 28. defin. 15. num. 1. Gylman. in Symphor. tom. 4. part. 1. vot. 30. num. 102. Fab. de Anna conſ 44. num. 86. & ſeq. & conſ. 66. num. 5. Petr. Rebuff. tr. nominat. quaſt. 1. num. 9. & ſeqq.* nobilitatemq; non Epiſtolis, vel nudis adſeverationibus ſed natalibus probari dixerunt, *per l. non Epiſtolis, 13. cum L. ſeq. C. de probat.* Nam & dignitatem Vicariatus Imperii non ex eo ſolo conferri, quod Imp. aliquem in inveſtitura Vicarium nominet, reſpondit † *Cacheran. deciſ. Pedem. 139. num. 18. poſt Bald. conſ. 447. num. 3. lib. 5.* Et quod Ducis, Comitis, Marchionis, dignitatem non habens per nudam nominationem Dux, Comes, Marchio non fiat, conſuluit *Schrader. conſ. 15. n. 8. vol. 1.* Tum, quia in dubio non præſumitur Principem velle uno momento legis diſpoſitionem invertere, † *l. ſi quando, C. de inoff. teſt.* quo arg. uſus eſt, *Menoch. libr. 20. praſ. 20. num. 3.* Tum, quia denominatio veritatem rei non immutat, † *Decian. reſp. 1. n. 9. & ſeq. vol. 4. Ant. Fab.*

Margin numbers: 94, 95, 96, 97, 98, 99, 100, 101, 102

in Cod.lib.4.tit.14.defin.29.num.6. Etiamſi Papalis ſit, *Bertrand.conſ.337.numer.2.vol.3.part.1.Ioan. Andr.in addit.ad ſpecul.tit.de Inſtrum.Edit.§.porrò,14.in fin.lib.1.* An non Pontifex Romanus nomen ſervi ſervorum uſurpat dum interim eſt Dominus dominantium? *ut ait Iaſon.in L.reſcripta,C.de precib.Imp.offer.* An non Imp. Juſtinianus ſe ſervum nominat, *in l.C.de off.prætor.præſ. Afric.* dum interim orbis Dominus eſt? *l. deprecatio.9. ff.ad L.Rhod.de pact.* Tum, quia ſola nominatio nō cō-
103 ſtituit filium in poſſeſſione filiationis, † *§.ult. Inſt.de adopt.Gaill.2.obſ.97.num. 5. & ſeqq. Alex.Trent.acinq. lib.1.reſol.1.de filiatione, num. 14. Ant. Quetta conſ.57. num.3.& ſeqq.Natta conſ.473.per tot.tom. 2. Bertazzol. conſ.91.num.24.& ſeq.lib.3.Iaſon.conſ.106.per tot. vol.1.* Tum, quia ſimilia verba blandiendi potius animo er-
104 ga alienos ſæpè proferuntur, † *per l.nemo.58.§.1 ff.de her.inſt.l.Cajus.12.ff.de jur.patron.* Ex quibus ideò ne-
105 ceſſarium argumentum non deſumitur, † *Gabr. Paleott.de noth.& ſpur.c.24.n.1.& ſeqq.*

V.

Quintò beneficio Principis nobilitatis privilegia tacitè conferri putant, ſi cui Princeps in magno pro-
106 cerum ſenatu interperorandum pileum imponat, † *Aurpach.lib.1.ſingul alleg.c.27.H.Kirchner.de legat.lib. 2.c.5.n.44.& de Repub.diſp.2.auctar.5.* quod in Germa-
107 nia & Hiſpania ſolis Principibus licitum, † *Guerr.Piſon.in prælud.feud.tit.ſervitia incerta quænam ſint,f.107. in fin.cum ſeq. Azevedo ad conſtit.Hiſp.lib.6.tit.4.leg.1.n. 26.* nulli item Principi Angliæ conceſſum eſt, ſed ſum-
108 mo & inconceſſo honori deputatur, † *Rodolph.Boter. lib.8.comm.rer.in orb.memorab.p.295.* Fuit enim pileus
109 apud veteres non ſolum nobilitatis, † *Cæl.Rhodogin. lib.20.c.12.de ſtatua Hipocrat.* ſed etiam libertatis inſi-
110 gne, † *l direct.is,C.de teſtam.manum.l.un.§.ſed &,C.de Latin.libert.Ant.Foquel.in Explic.5.Satyr. Perſ.verb.pilea Corhm.reſp.Acad.44.n.39.* quemadmodum Henricus II. Rex Galliæ, cum unà cum Mauricio Principe

capt-

captivos Saxonem & Landgravium vindicaret, pileum inter duos pugiones in fronte prçferebat idq́; Symbolum eſſe libertatis adſcriptum erat. † *teſte Sleidan.* 111
*lib.24.comm.p.*700. Sed etiam conſuetudine Regum introductum eſſe, ut qui cooperto capite coram Rege ſedeat, honorabilior cæteris habeatur tradit, † *Ant.* 112
*de Gama deciſ.Luſitan.*1. Unde factum, ut cum Philippus II. Rex Hiſpaniæ, Comitem Egmondanum ſerentem ſecum de rebus gravioribus colloquia, pileo impoſito caput operiri juſſiſſet, per argumentum illius honoris, Principis dignitatem fuerit judicatus Regis ſententia accepiſſe, † *Aurpach.d.c.*27.*allegation.ſin-* 113
gular Quandoque ut Deus, † *Petr.Heig.part.*1.*quæſt.* 114
13.*num,*3.Lex † *Meichſner.deciſ.Cam* 6.*num.* 37.*tom.* 115
4.Ars & natura, † *Marc.Mantua ſingul.*689.*n.*1.*Ant.* 116
*de Amatu.deciſ.*32.*num.*13. Ita Princeps nil fruſtra dixiſſe & feciſſe exiſtimetur, † *Kirchner.de legat.d.c.*5. 117
num. 46. & permiſſo uno, permiſſum etiam alterum intelligatur, quod ſit ei connexum, † *l.ſi duo.*13.§.3. 118
*ibiq; Zaſ.in fin ff.de jurejur.Gaill.*1.*obſ.*35.*n.*8.*cum ſeqq. libr.*1.

VI.

Benficio legis, vel Principis & legis beneficio ſimul tacitè nobilitatur, ſi Princeps Doctoratus vel Licentiatus (in actibus enim maximè favorabilibus Licentiatus habetur pro Doctore, † *Ruland.part.*1.*lib.*1.*de* 119
*Commiſſar.c.*14 *num.*11.*Lupus de donat.inter vir.& ux.* §.38.*n.*1.*& n.*14.*cum ſeqq.Nic.Bœr.tr.de ord.grad part.* 1.*num.*29.*Tiraquell.de leg.Connub gloſſ.*2.*tex.En pouvir de ſon mary.n.*2.*Guido Papa deciſ.* 390.*n.*1. non verò in odioſis, † *Hipp.Riminald.conſ.*155.*num.*59.*libr.*2. 120
Quod ex identitate rationis ad Baccalaureum juris etiam refert, † *Rebuff.in mater.poſſeſſ.art.*13.*num.*11. 121
De quo meritò dubitamus, Baccalaureatus enim non eſt dignitas, ſed potius præparatio ad dignitatem, † 122
*Chriſt.Beſold.libr.*1.*pol.c.*12.*num.*42.) in juriſprudentia

E 4 ipſe

ipſe vel per alios (ubique enim locorum eſſe nequit, *l.magiſtros 7.C.de profeſſ.& med*) honores conferat, ut-
123 pote in illuſtri Academia per JCtorum collegium, † *Tholoſan.lib.18 de Rep.c.9 numer.18. Bon.de Curtil.tr. Nobil.p.3.num 106. Caſſan. in Catal.glor.mund.part 8. conſid.12.Peregrin.conſ.3.n.11.lib.2.* quemadmodum plauſibiliter hoc propugnarunt Equites aurati ſub Aquila literaria, *Iohan. Lauderbach.tr. de arm.& liter.n. 11 & ſeq. Lanfranchin. de præced. Doctor. & mil. per tot. Chaſſan. in conſuet. Burg. rubr. 4.§ 19.& ſeq. Lud. Schwartzmajer.lib.1.miſcell.jur.c.13. Arumæ.Exercit. Juſt.7.th.9.Natta conſ.1.num.2.tom.1. Decian reſp.71. num.13.& ſeq.vol.4. Fr. Pfeil.conſ.197.num.6.& ſeqq. cent.2.* Ad quid enim JCti vocantur Nobiles? *in l.2.§ fin.ff.de Excuſ.tut.* Nobiliſſimi? *in l.4.§.1.in fin.ff. Cod.l. pro videndum.7.C.de poſtul. Peregr. Iannin. de citat.real.*
124 *lib.1.c.1.num.873.& ſeqq.* Egregii & illuſtres? † *in l.2. §.fin ff.qui pet.tut. l.2.§.9.ff. de vet.jur.enucl. Bapt.de Plott.conſ.87.num.25.inter conſ.Ruckeri.* Quia Docto-
125 ratus nobilis & egregia eſt dignitas, † *Salycet.in prim. Conſt.Cod § 1.num.2.& ſeq.Tholoſan.lib.4.de Rep.c.10 num.14.Guido Papa deciſ.88.num.3.Cavalcan.deciſ.41. num 5.lib.1.Decius conſ.161.num.2.Natta conſ.1.num.2. Farinac.conſ.crim.9.num.5.lib.1. Bertazzol.conſ.502. num 7.lib.2.Peregrin.conſ.3.num 11.& ſeqq.libr.2.* Et per conſequens Doctor, Nobilis, & perſona egregia,
126 † *Rol.Covagnol.deciſ.38.num 16.lib.1.Menoch.de A.I. Q.caſ.70.num.9. Azevedo ad conſt.Hiſp.lib.8.tit.10.leg. 2.num.10 & ſeqq. Maranta conſ.25.num.20.& ſeqq* talia enim ſunt ſubjecta, qualia prædicata demonſtrant, & è contra, *Surdus conſ.77.n.37.libr.1.Everh.Iun.conſ. 51.num.57.vol.1.* Quæ ratio facit, quod nec illegiti-
127 mus, † *Gylman.in Symphor.præjud.verb.Doctor.fol.110. Mynſ.4.Obſ.31. Alex.Raudenſ.de Analog.libr.1.c.37.n. 33.Vivius deciſ.162.num.10.lib.1. Fr.Marci deciſ.812. n.1.tom.1.* nec Judæus gradum Doctoratus aſſumere
128 poſſit, † *H.Hartman.Obſ.miſcell.c.1.Obſ.15.num.5.*

Mar-

Marquard.d. Suſann.tr. de Iudæis, p.2.c.7.n.1. Peregrin. conſ.3.n.11.lib.2. Bertazzol.conſ.502.n.7.& ſeqq. Natta conſ.537.n.66.tom.3.

Et ſi ex Effectib. & privilegiis definienda res eſt, iiſdem Doctores cum Nobilibus gaudent privilegiis, † 129
quorum quædã conſiſtunt in præſumptionibus, quædam in Reverentia & honoribus Doctorib. deferendis, quædam in immunitatibus, quædam denique in pœnis temperandis.

Primæ claſſis privilegia ſunt, quod pro Doctoribus major quam pro cæteris ſtet virtutis & integritatis præſumptio, † *Farinac.libr.1.prax.crim.q.39.n.48.* 130
Unde in Doctoribus, veluti in Nobilibus, crimen falſi vel aliud ejuſdem monetæ, non præſumitur, † *Menoch.lib.5.præſ.2.num.20. Cravett.conſ.56.numer.14. lib.1.* 131

Secundæ claſſis privilegia ſunt, quod Doctores magis quam cæteri ſint honorandi, † *Zaſius conſ.2.n.10.libr.1.* Portant enim 1. ſine ſpeciali permiſſu galeata inſignia, Wapen mit offenem Helm/ etiam absq; ſpeciali Imp. permiſſu. † *Camman.de jur.Majeſt.diſp.3.n.64. Matth.Berlich part.3.concl.28.n.104. cum alleg: Fr.Pfeil.conſ.197.num.21.cent.2.* 2. Aurum, (quod non niſi dignitatem habentibus portare conceditur, † *Lud.Roman ſingul.293.num.1.*) veluti Nobiles portant, † *Fr.Marci deciſ.Delph.937.n.3.tom.2.* Etiam in præſentia Principis, † *Fr.Viv.deciſ.Neap.345.num.16. lib.1.* Unde Veſtes & aureas catenas geſtant unà cum Nobilibus in genere, † *tex. in* Policey-Ordnung/ *Anno* 1577. *Francof* Gebeſſert/ *tit.* 12. Ibi, deßgleichen (ſc wie die vom Adel/ *tit.præced.*11.) ſollen vnd mögen die Doctores vnnd jhre Weiber/ auch Kleider/ Geſchmuck/ Ketten/ Güldene Ringe/ vnd anders jhrem Standt vnd Freyheit gemeß tragen. Cujus textus vigore ante paucos annos pro Doctoris cujuſpiam uxore, contra C. & S. Civitatis H. qui ſub prætextu ſtatuti ſui veſtiarii, adverſus privilegia tam illam veſtitus ge-

(margin: 132 133 134 135 136 137)

 ſtandi

ſtandi ſecuritatem, de veſtiendo, mulctando & pignora capiendo proceſſerant, in Camera Imp. pronunciatum fuiſſe refert, † *Georg. Becht. de ſecurit. & ſalv. con-*
138 *duct. claſſ. 3. num.* 226. Atq; hoc decretum Anno 1609. 26. Junii, latum fuiſſe exiſtimo, quando in cauſa Doctoris Sebaſtiani Roders Witwen/ contra Crueg/ appellationis, ſtatutum Hamburgenſium, quo uſum veſtis ſericæ contra ordinationem politicam dictæ viduæ interdixerant, & maritum contravenientem puniverant, in effectu rejectum & pro appellantibus pro-
139 nunciatum fuit. † Imò Nobilibus non ſolum adæquati, ſed prælati, & ſingulari quadam veſtiendi liber-
140 tate ac prærogativa commendati ſunt Doctores, † *per Receſſ. Imp. de Ann.* 1500. *tit.* von Vberflüſſigkeit der Kleider. Ibi, die vom Adell ſo nicht Ritter oder Doctores ſeind / ſollen kein Golt noch Perlen offentlich tragen. 3 In Camera paribus cum Nobilibus fruun-
141 tur Stipendiis, † *Ordin. Cam. part.* 1. *c.* 43. Ibi, einem Doctor, Licentiaten oder Edelmann/ 500. fl. (hodie 700. fl. Reichs Abſchied zu Speyr/ *de Anno* 70. §. Demnach/ Concept. der Erneuerten Cammergerichts Ordnung/ *tit.* 57. *part.* 1.) Et acceptantur loco Nobi-
142 lium maximè, ſi Nobiles non adſint idonei, † *Ordin. Cam. part.* 1. *tit.* 13. §. 2. *in fin.* R. A. zu Speyr *de An.* 57. §. Weiter nach dem/ *Denaiſ. in jur. Cam. tit.* 13. §. 3. 4. Juris Doctores, (qui Epiſcopatui ob onus judicandi
143 injunctum aptiores quam Theologi, † *Azevedo ad conſt. Hiſp lib.* 2. *tit.* 1. *leg.* 4. *n.* 4. *Ioan. de Selva tr. de benef. part.* 3. *q.* 54 *n.* 9. *Scaccia de Iudic c.* 87. *num.* 10. *lib.* 1. niſi pullularunt hæreſes in diœceſi, aut diœceſis vicina,
144 † *ut limitant Petr. à Biaxio in direct. Elect. c.* 31 *n.* 8 *part.* 3. *Alex. Raudenſ. deciſ. Piſan.* 35. *n.* 198.) hodie una cum Nobilibus in Capitulares Eccleſiarum Cathedralium
145 eliguntur, † *Marq. Freher. ad Petr. de Andlo libr.* 2. *de Rom. Imp. c.* 11. *Matth. Steph. de jurid. p.* 1. *tit.* 2. *c.* 7. *memb.* 2. *n.* 68. *& ſeqq.* quemadmodum Coloniæ Agrippinæ in Metropolitanam nō recipiuntur Nobiles, ſed tantum

tum Principes, Comites, Barones, cũ ſeptẽ vel Theologię vel Juris Doctoribus, quibus hodiè octavus alluvio accrevit. † 5. Arma veluti Nobiles deferre poſ- 146
ſunt, mögen jhre Rappier oder Degen auff den ſeiten
tragen/ † *Bon. de Curtil. tr. Nobil. part. 5. n. 72. Iac. Ben.* 147
de privil. ICtor. part. 2. privil. 45. n. 2. Camill. Borell. lib. 3. de Magiſt. Edict. c. 17. n. 33. Harpreſt. tr. crim. §. Item lex. n. 9. de pub. jud. De quo tamen Menochius dubitat, cum Doctorum arma debeant eſſe leges & Codices, † *de* 148
A. I. Q. caſ. 395. n. 75. Fr. Vivius deciſ. Neapol. 26. n. 6. lib. 1. 6. Doctores dicuntur militare, & habent privilegia militum, quamvis non patrocinentur, † *Ioan. Lupus* 149
in rubr. de don. inter vir. & ux. §. 3. numer. 14. usq; ad 25. Gratian. tom. 1. diſcept. for. c. 31. num. 14. & ſeq. 7. Injuria commiſſa contra Doctorem efficitur gravior, & punitur lege Julia de vi publica, † *Guido Papa deciſ.* 150
88. num. 5. Hier. à Laurent. deciſ. Avenion. 58. n. 4. Cravett. conſ. 168. num. 10. tom. 1.

Tertiæ claſſis privilegia Doctoribus immunitates quaſdam præbent. Nam 1. licet oneribus patrimonialibus & realibus ordinariis ſubjecti ſint, † *per l. his o-* 151
neribus, in pr. ff. de vac. mun. l. 3. C. de mun. patrim. Ægid. Thomat. tr. de munerib. patrim. §. Medici verò, num. 10. P. Heig. q. 17. n. 18. & ſeqq. p. 1. Thoming. deciſ. Lipſ. 55. n. 6. & ſeqq. ab oneribus tamen perſonalibus immunes ſunt & excuſantur, † *l. medicos. C. de profeſſ. & med.* Ut one- 152
re ſuſcipiendi hoſpites, † *l. fin. §. fin. ff. de mun. & hon.* 153
H. Hartm. tit. 52. obſ. 7. n. 2. Fr. Vivius deciſ. 162. n. 11. lib. 1. Milites, † *H. Roſenthal. de feud. c. 5. concl. 72. num. 2.* 154
lit. b. veluti & ab onere ſuſcipiendi Conſulatum in Civitatibus, inprimis ſi in proconſulem eligantur. Quid enim eſt Proconſul? *κωφὸν πρόσωπον*, ein Burgemeiſter nicht beym worte/ *ut ipſum vocat Cothman. reſp. Acad. 32. num. 6.* qui ut Horatius ait:

Ducitur ut nervis alienis mobile lignum,

Adeò ut Doct. J. in Conſulẽ electus, non ut Doctor, ſed ut cõſul vel Duumvir cõſiderandus ſit, ſibiq; imputari

debeat,

debeat, quod ad Duumviratum ſe devocari paſſus ſit, *Cothman.reſp. Acad.* 28.*num.* 20.*in fin.* Niſi ſit penuria eorum, qui Magiſtratum ſuſcipiant, † *Iohan. Köppen.*
155 *deciſ.* 61.*num.* 17.*part.* 1. & *Weſenbec.conſ.* 40. *num.* 28. & *per tot.part.* 1. 2. Ad onera bellorum non tenentur,
156 etiam inſolita, † *Natta conſ.* 66. *n.* 17. *tom.* 1. 3. Ab onere tutelæ excuſantur, ſi tamen Doctores actu legentes ſint,
157 † *Schneidevv.ad* §. *Item Roma.n.* 6. *Inſt. de Excuſ.tut.Gylman.deciſ.* 46.*num.* 6. *part.* 2. 4. Ab one-
158 re vectigalium ſunt immunes, † *Ioan. Bapt. Coſta de fact.ſcient. & ignor.inſpect.* 98.*num.* 7. *Caſp. Baet.de inop. debit.c.* 16. *num.* 144. *per L. medicos, C. de profeſſ. & med.* quem textum de munere reali loqui ſecundum communem ait, *H. Klock. amicus meus (heu olim) de jur. vectigal. concl.* 33. *lit. b. Andr. Fachinæ. conſ.* 82. *n.* 3. & *ſeq. lib.* 1. poſtquam enim pro ſervitio Reipub. laborant, debet onus cum ſervitio compenſari, *l. in rebus,* 18. §. *poſ-*
159 *ſunt, ff. commod.* 5. De jure Saxonico. † Viduæ Doctorum juris, gaudent privilegiis viduarum nobilium, ita ut geradam Mußtheyl / Morgengabe / cæteraque commeſtibilia petere poſſit, *Conſult. conſtit. Sax tom.* 2. *part.* 2. *quæſt.* 44. *num.* 1. ubi Scabonos ita pronunciare teſtantur, quamvis contrarium ſtatuerit, *Matth. Berlich part.* 3. *pract. concluſ.* 28. *n.* 105.

Quartæ denique claſſis privilegia conſiſtunt in pœnis temperandis. Nam 1. Doctores regulariter tor-
160 queri non poſſunt, † *Hipp. de Marſil. in pract. crim.* §. *Expedita. n.* 29. *Bocer. de quæſt. reor. c.* 4 *num.* 51. & *ſeq. Zanger. de tortur. c.* 1. *num.* 67. & *ſeqq. Lud. Roman. ſing.* 282. *num.* 3. *Coler. de proceſſ. Execut. part.* 2. *c.* 2. *num.* 173. ubi tamen nemini author eſt, ut iſtis juribus nimium fidat; Adeò ut etiam non valeat conſuetudo in con-
161 trarium, † *Matth. Brun. de ceſſ. bon. quæſt.* 11. *quæſt.* 4. *pr. num.* 11. *Lud. Roman. ſingul.* 494. *n.* 1. *Hipp. Riminald. conſ.* 290. *num.* 18. *lib.* 3. *Cravett. conſ.* 952. *n.* 21. *part.* 6.
162 2. Pro debito civili carcerari non poſſunt, † *Hipp. de Marſil. in pract.* §. *attingam. n.* 68. *Maranta in ſpecul.*

part.

part.6.act.8.num.4. Menoch.de A.I.Q.quaſt.88.num.7. Coler.de proceſſ Exec part.1.c.4. num.7. Niſi ſint de fuga ſuſpecti, † *Caccialup.tr. de debitor. ſuſpect. quaſt.5. num.9.* 3. Pro delictis carcerari non debent, niſi delicta ſint gravia, † *Scaccia de judic.c.46.num.27.lib.1. Clarus lib.5.ſent.§ fin.q.28.num.4.* 4. Pro debito civili admittuntur ad cautionem juratoriam, *poſt P.Lenaud. Farinac.lib.1.pract.crim.quaſt.27.num.79.* 5. Si condemnantur ad mortem, non debent decapitari antequam degradentur, quia nemo debet mori in dignitate, † *Petr. de Ravenn. ſingul. 318. Matheſilan. ſingul 59. in addit. num.9. Hipp. de Marſil. ſingul. 556. n.3.* 5. Doctores non debent ſuſpendi, † *Matheſilan. ſingul. 59. in addit. n.8.* 6. Beneficium habent competentiæ, ne conveniantur ultra quam facere poſſunt, † *Hipp. de Marſil. in pract. crim. §. Expedita. n.32 H. Harim. in miſcell. c.1. Obſ.4. num.6 Matth. Brun. de ceſſ. bon. q.10. 4. quaſt. pr. num. 3. & per tot.* Sed quis ferraginem privilegiorum complebit?

163

164

165

166

167

Quæ cum ita ſint perquam profecto ridiculi, † 168 cenſentur, qui poſtquam ad Doctoratus dignitatem ſeſe evexerint non contenti hoc literarum fulgore, militarem etiam nobilitatem ambitioſiſſimè venentur, eamq; prece & pretio quovis conſectentur, ſtudiis quoq; ea injuria affectis, ut non amplius audire velint Doctores, ſed ad Equeſtres cœtus, & ſubſellia nobilium, cum toto lare ſuo, commigrare inſtituant. Digna profecto ſingulari congratulatione & applauſu ejuſmodi μεταγένεια! Nam non raro huic generi obvenire ſolet, quod veſpertilionibus, qui cum neque aves neque mures ſint, à neutro genere propterea agnoſcātur, *Herm. Kirchner. in Morvill. lib.3 c. 3. p. 90.* Ad eundem modum cum illi Doctorem nomen & ſocietatem exuant, & ad Equites ſeſe conferant nullibi ferè ſtabile ſtabulum, *ut Comicus loquitur*, invenire ſolent. In Ulrico Schellenbergio Maximiliani I. Cancellario illud Imperatori diſplicuiſſe ſcribitur, quod poſtquam

in expugnatione Vicentina Equitis aurati indumento & honore exornatus eſſet, indigniſſimè poſtea ferre ſolitus, ſi Doctoris appellatione, & non potius Equitis titulo ſalutaretur, *Cyriac. Spangenberg in ſpecul. Nobil. p.2.lib.*11.*c.*7. Quemadmodum Sigiſmundus Imper. Doctorem Georgium Fiſcellum, Vice-Cancellarium ſuum feſtivè hac memorabili ſententia & acclamatione excepiſſe dicitur, cū enim ille in Concilio Baſilienſi animi valdè anceps poſt recens acceptæ militiæ equeſtris ornamēta eſſet, utrum ſe potius Nobilium parti, an Doctorum cœtui aggregaret, tandemq; novæ nobilitatis gravitate inclinatus ad calcaria & ocreas aureas, toga & pallio relicto, deflexiſſet, Cæſar, ſtulte, inquit, agis, qui literis militiam præfers. Nam ego Equites mille uno die creaverim, Doctorem quidem ne mille annis unum fecerim, *Marquard. Freher. tom.* 2 *rer. Germ. Chriſt.* **Lehman**/ *libr.*7.*Chron. Spirenſ. c.*79 *in fin.* Quod ſimili modo accepimus illibenter nobiliſſimi JCti Joachimi Mynſingeri uxorem audiſſe, cum vel Doctorem vel etiam Cancellarium Dominum ſuum vulgò appellarent; Quod contra tamen ille, qui ex Helvetica veteri nobilitate, quæ cum aliis familiis Anno 1385. poſt Leopoldi Auſtriaci cladem ejecta fuit, ſtirpem ſuam deducebat, *Henr. Meibom. panegyr. In laudem Mynſing.* graviſſimo animo amplexus, prudenterque dicere ſolitus eſſe fertur, *Nobilem equidem à Doctore eſſe ſervatum & quaſi poſtliminio reductum*, Eheu quot hodie inſcientiam, dignitatum matrem ingratiſſimi cuculi! quot Fiſcelli, qui nobilituriunt: —*Naſcetur ridiculus mus.* Obruerer exemplorū multitudine, ſi per nobiliū Subſellia vagarer. Verùm mihi cum Capo aut ſejo nihil litis. Scilicet Nobili Doctoris gradum habere non eſſe conſultum nec conducibile ait modernorum πολιτικῶν πολιτικώτατος, *Doctor Eberhardus à* **Weihe**/*in aulic. polit. reg.* 611. *Edit. poſtrem.*

Ubi tamen notandum Doctores, qui privilegiis Nobilium gaudent, verè Nobiles non eſſe, ſed ex acceden-

cedenti & ſecundum quid, quia ipſam nobilitatem ad poſteros non tranſmittunt. Ita ut exemptio videatur 169
potius & immunitas, quam nobilitas, † *Ioſeph. de Seſſe deciſ. Arrag. 1. num. 10. & ſeqq part. 1.* Nam licet hæc & alia privilegia cum nobilibus habeant communia, ab aliis tamen privilegiis quæque corpori juris vel Imperii ſanctionibus inſerta non ſunt, penitus excluduntur. Neque in diſpoſitionibus de veris nobilibus loquentibus comprehenduntur. † Unde ſi Leges 170
Torneamentorum Nobilium mentionem faciunt, daß keiner zugelaſſen werden ſolle/er ſey dann Ritter oder Rittersgenoß/ Doctores ut pote milites & Equites plumarii, die Lateiniſche Ritter von der Fedder/ non comprehenduntur, neque à Nobilibus pro talibus habentur, qui ut Albericus Gentilis ſcripſit, *lib. 4. de nupt. c. 13.* cum Geſnenſi illa † muliere, non pen- 171
nam ſed aliam rem eſſe, quæ nobilitatem pariat, judicant.

An autem Doctores Bullati à Comite Palatino creati, eorum privilegiis frui debent, qui in Academiis promoti ſunt? † Negant † *Coler. de proceſſ. Execut.* 172
p. 2. c. 3. numer. 135. Ruland. de Commiſſar. p. 1. lib. 1 c. 14. 173
num. 8. Otto Meland. in Com. Cam. p. 1. tit. 45. Gratian. lib. 1. diſcept. for. c. 186. num. 68 & ſeqq. Speckhan. cent. 1. quæſt. 22. per tot. Guido Papa deciſ. 388. num. 1. 1. Quod non præſumantur habere ſufficientem ſcientiam, quia non ſunt publicè examinati. † Requiritur autem Exa- 174
minatio, † *Iod. Damhoud. tr. de patrocin. pupill. c. 6. n. 40.* 175
Wurmbſ. pract. obſ. tit. 1. obſ. 14. n. 3. Mich. Vlcurrun. tr. de Regim mund. p. 4. q. 1. n. 8. & ſeq. Socin. Sen. conſ. 70. n. 4. vol 4. Et quidem rigoroſa, † *arg. Ord. Cam. p. 1. tit. 18.* 176
in pr. Ibi, und an welchem Ort wol *examiniret* (*Menoch. conſ. 126. n. 18. lib. 2.* Etiamſi Candidati eruditio perſpicuè nota ſit, quod tamen negant, † *Hipp. de Mar-* 177
ſil in pract. crim. §. aggredior. n 128. Cephal conſ. 128 per tot. vol. 1. Portius conſ. 209. numer. 12. vol. 4. per l. cives, 11. C. de appell. quam vel per inſtrumenta, vel teſtes

probare

179 probare debent, † *Maſcard. de probat. concl.* 528. *per tot. vol.* 1. *Marcell. Cala de modo articul. & prob. gloſſ. nu.* §. 2. *num.* 78. & 818. *Iaſon. conſ.* 149. *n.* 6. *vol.* 4. *Alexand. conſ.* 107. *per tot. vol.* 7. II. Solemnia in actu Doctoratus neceſſariò requiſita omittuntur. 1. Ut finito examine confirmentur. 2. Ut pileus in ſignum ſplendoris ipſis imponatur. 3. Ut Cathedra pro inveſtitura acquiſitæ doctrinæ tradatur. 4. Ut iis liber clauſus & apertus tanquam materia doctorandi, in qua ſe exerceant, porrigatur. 5. Ut annulus in ſignum deſponſationis legalis ſcientiæ, digito inſeratur. 6. Ut oſculo in charitatis & amicitiæ Symbolum accipiantur & dimittantur. 7. Et ut tædarum accenſarum
180 præſentia cohoneſtentur. † *Quæ in terminis habentur apud Signorol. de Homod. tr. Vtrum præfer. Doctor an miles. n.* 5. & *ſeqq. Ruland. de Commiſſar. d. c.* 14. *num.* 9. *Gomez. in com. ad leg. Tauri, l.* 83. *n.* 16. *Maſcard. d. concl.* 527. *num.* 15. *Heig. part.* 2. *quæſt.* 11. *n.* 55. & *ſeqq. Matth. Steph. de Academ. c.* 14. *num.* 141. & *ſeqq. Cothman. reſp. Acad.* 44. *num.* 37. & *ſeqq.* III. In favoribus Doctoribus conceſſis privantur, in collegium Eccleſiaſticũ
181 non cooptantur, † in numerum Aſſeſſorum Came-
182 ræ non recipiuntur, † *per Ord. Cam. part.* 1. *tit.* 3. §. 1. Ibi, in Univerſiteten/welche zum wenigſten von den Römiſchen Kayſern vnnd Königen Confirmiret/ ad profeſſionem juridicam vix admittuntur, ſecurita-
183 te non fruuntur, † *Georg. Becht. de ſecuritat. claſſ.* 3. *th.* 227.

A quibus noviter placentiæ gratia apoſtaſiam fece-
184 runt, † *Matth. Steph. lib.* 2. *de juriſd. p.* 1. *c.* 6. *num.* 9. *Arumæ. in diſcurſ. ad Aur. Bull.* 1. *th.* 5. *Treutl. vol.* 1. *diſp.* 1. *th.* 7. *lit. b.* & *ibi Helfr. Hunn. in reſol.* modo previo examine, & ſervatis ſervandis duobus ad minimum vel tribus adjunctis Doctoribus à Comite Palatino Do-
185 ctores renuncientur, † *Gomez. in com. ad I. L. Tauri leg.* 83. *num.* 17. *in fin. Gratian. tom.* 1. *diſcept. c.* 186. *n.* 81. Diſpoſitio enim *L. Magiſtros,* 10. *C. de profeſſ. & med.* ab

ab aula receſſit. † Siquidem ſi ſcientiâ deſtituantur, 186
non ex eo, quod Doctores Bullati ſunt, privilegiis privabũtur, ſed quod Doctores neceſſitatis, id eſt, ſine lege † Doctores monetâ tonſâ, i. e. ſine literis. † Legum Dolores, Silentiarii atq; Secretarii, vnd des Macherlons nicht werth ſein. † In quos Poëta ſic luſit: 187 188 189

Quod voco te juris Doctorem utriusq; ſuperbis?
At te ſorbilibus juribus ipſe loquor.

Eò magis quod peritior coqua cenſenda ſit, quæ jura apparare ſcit, illi tantum vocare. Et ille luſus in Doctorellos, *apud Parthen. Litigioſ. lib.* 1. *c.* 11. *n.* 7. † 190

In inſtitutis comparo vos cum brutis,
In Digeſtis nihil poteſtis,
In Codice ſcitis modicè.
In Novellis comparamini aſellis,
Jn des Reichs Abſcheit / Seit jhr nicht kommen weit.
Et tamen creamini Doctores. ô tempora, ô mores.

Nec enim Doctor indoctus frui debet privilegiis Doctorum & Nobilium, † *Tholoſan. lib.* 18. *de Repub. c.* 9. 191
num. 9. *Gratian d. c.* 186. *diſcept. num.* 29. *& ſeqq. Melander d. tit.* 45. *com. Camer. part.* 1. *Menoch. conſ.* 885. *n.* 7. *tom.* 9. etiamſi in Academia promotus ſit, † *Petr. Lenaud tr. de privil. Dd. part.* 1. *quæſt.* 9. *num.* 35. *Maranta conſ.* 25. *num.* 32. *& ſeqq. Laur. Kirchof. conſ.* 14. *num.* 42. *tom.* 2. *Cravett. conſ.* 701. *num.* 44. ubi refert dicterium Baldi, Dottore come ſape, coſi minuzzia rape. *Idem Socin. Sen. conſ.* 83. *num.* 29. *vol.* 4. Excipiunt Canoniſtæ Papam, qui ipſo momento dum in Papam eligitur, efficitur Doctor U. J. † *Bald. in c.* 1 *in fin. num.* 6. *extr. de confeſſ. Felin. in c. nonnulli, numer.* 18. *verſ. præterea de reſcript. Ant. Mar. Corat. tr. com. Opin. lib.* 1. *tit.* 5. *num.* 3. Et dicitur habere jura in Scrinio pectoris ſui; † *c.* 1. *de* 192 193 194
conſt. in 6. *Bart. Bellencin. tr. de charitat. ſubſid. quæſt.* 66. *num.* 29. *cum ſeq.* Attamen hic Doctor eſt authoritate raro ſcientia, † *Felin. d. c. nonnulli, num.* 18. *Iaſon. in l. omnium,* 19. *num.* 3. *C. de teſtam.* jura q; habet in pectore 195

Digitized by Google

196 benè pranſus & potus, † *ut ex Duareno ſupplet Cothman.reſp.*13.*num.*81.*vol.*1. Quamvis Adrianus VI. Et noſtro tempore Paulus V. Pontifices, Doctores juris
197 legitimè renunciati fuerint. †

Atque hæc ſententia quamvis in praxi recepta non ſit juris tamen rationi convenit. quæ non curat medium, dummodo rei finem habeat, † *l.* 3. *ubi Bald.de*
198 *Inſt.& ſubſt. Aruma.deciſ.* 11.*num.*3.*lib.*1. *Weſenb.conſ.* 96.*n* 26.*part.*2. Finis autem eſt ſcientiæ probatio. Nam actus ille qui in renunciatione ſuſcipitur, non dat ſcientiam, ſed ſolummodo eam probat, † *Ant.Mar.*
199 *Corat.lib.*1.*com.opin.tit.*6.*inſpect.*11.*n* 129. *Tholoſ.d.c.* 9 *deRep.n.*9. Et ut ait Baldus, Mulieres oſculantur, de-
200 ſponſantur, nec tamen doctorantur, † *in proœm. decretor. Guido Papa deciſ.*388.*in addit.* nec Cathedra facit ſacerdotem, ſed ſacerdos Cathedram, † *c. multi*, 40.
201 *diſt.* Quin & in Academiis pauci rectè attingunt apicē
202 Doctoratus, † *ut ex Gyno refert Fr. Marci deciſ. Delph.* 636.*n.*7.*tom.*1. Multi vel perperam, vel per peram di-
203 pthongatam. † Nemo n.offert pecuniam, cui nō detur Doctoris titulus, † *Caſp.Baet.de inop. debit. c.* 16.
204 *n.*136. *Azevedo ad conſt.Hiſp lib.*6.*tit.*1.*leg.*4.*n.*2. *Mynſ. in* §.*reſp.*8.*n.*5.*Inſt.de jur.N.G.& civ.* quemadmodum in Gallia Candidati nō in ſciētia, ſed in marſupio quid
205 poſſint examinantur, † *Damhoud.tr.de patroc. pupill.c.* 2.*n.*17. & in Italia Profeſſores fiſci locupletandi ſtudio
206 Doctores creant, † *Sim. Majol.tom.*2.*dier.canicul.colloq.* 6.*pag.* 362. Quapropter nō infrequenter in Germania inſignia conferuntur fide accepta aſſiduitatis & diligentiæ impoſterum, ne fortè homines ingenii præſtantis, & in quibus ſpes eſt futuræ ſcientiæ (quibus hoc
207 dari poſſe exiſtimat, † *Barbat.de præſtant. Cardin.q.*1.*n.* 46.*part.*1. ubi addit ita eſſe limitandam, *l. nemini*, §. 1. *C.de advoc.div. jud.*) repulſæ ignominia à ſtudiis alie-
208 nentur, † *Ioh.Niell.diſp.feud.*2.*th.*3.*lit.c.*

Doctor tamen in Academia promotus præfertur Bullato, quod infra *ex c.* 9.*n.*379. intelligetur plenius.

Atque

Digitized by Google

Atq; his quæ de Nobilitate diximus gaudent tantum Doctores Juris non Medicinæ. Sive Profeſſores ſint, ſive curandis tantum morbis vacent, † *Ant. Fab. in C. forenſ. lib 9. tit. 18. de fin. 9. & 2. ſeqq.* quamvis negari non poſſit, quin Medicina ſit ars non ſolum publicè utilis, † *l. inter eos. 33 ff. ex quib. cauſ. maj* Sed etiam pernobilis, ita ut qui eam profitentur, licet hoc ipſo nobilitatem nanciſci non poſſint, ſi quam tamen habent eam idcirco non amittunt, † *Tiraq de Nobil. c. 31. per tot.* Medicina enim eſt dignitas in genere ſumpta & Doctor Medicinæ dignitatem conſequitur, † *Fr. Vir. deciſ. 564 per tot. part. 4. Cephal. conſ. 117. num. 23. & conſ. 111. num 20 lib. 3. Alexand. conſil. 94. numer. 1. lib. 1.* Unde Medicus Regis dicitur illuſtris perſona, † *Caſp. Valaſc. in l. imperium. n. 51. ff. de juriſd. om. jud. Fab. de Anna conſ. 56. n. 34.* Et non ſolum in pœnis temperandis, † *Vinc. de Franch. deciſ. 564. n. 7. part 4.* Sed etiam quo ad immunitates æquiparatur Doctori legũ, † *l. medicos, C. de profeſſ. & med. Maranta conſ. 59. n. 2. Nic. Mozz. de locat. & conduct. in pr. n. 7.* ubi ait, quod privilegium Doctorum legum, ut pro debito civili realiter nec citari, nec carcerari poſſint, procedat etiam in Medicinæ Doctore, † *Idem Matth Brunas de Ceſſ. bonor. quæſt. 10. quæſt. 4. princ. n. 3.* Contrarium tamen ſtatuit, *Matth. Berlich. part. 1. pract. concl. 55. n. 93. & ſeq.* per rationem, quod hoc privilegium ſolis militibus armatis conceſſum fuerit, *l. miles, 6. l. item, 18. ff. de re jud.* poſtea ex ſpeciali interpretatione ad togatos milites extenſum, *Iaſon. in d. l. 6. n. 5. & ſeqq. Bart. eod. n. 2 & ſeqq* quia Doctores legũ militare dicuntur, *l advocati, C. de advoc. div. jud.* quod nuſpiam in jure de Medicinæ Dd. reſcriptum legitur. Ergo ſi Medicis hoc quoque privilegium competeret, duo vel plura ſpecialia circa unam eandemque rem vel perſonam concurrerent, quod abſurdum. Nec obſtat, quod etiam ſervi Medici eſſe poſſunt, † *l 1. § ne autem, C. de com. ſerv. manum.* Quia poſſunt eſſe medici, ſed ſine doctoratu, † *ita reſpondẽt*

209 210 211 212 213 214 215 216 217 218

Digitized by Google

Marquard.de Suſann tr. de Iudæis, 1.*part.princ.c.7.n.8. Vinc.de Franch.d.deciſ.564.n.11.*

Ut interim non propriæ cauſæ affectione; ſed ſola ratione obiter & remiſſivè dicam, Doctores Juris hoc
219 argumento eſſe Medicis longè præferendos. † Quemadmodum contra Medicos jam pridem certavere, *Caſſan.in Catal glor.mund p.10. conſid.25. Tiraquell. de Nobil.c.31.num.360.cum ſeqq. Nevizan.in ſylv.nupt.lib.5.num.76.& ſeqq. P. Heig.part.2.quaſt.26.n.6 & ſeqq. Ruland de Commiſſar lib.4.c.16.n.1.part 1. Schneidew. de feud.p.3.num 5. Bernh.Graven.con luſ pract.43.in pr. num.6. Boer.deciſ.23.num.60. Cavalcan.deciſ.20.n.26. p.2. Iohan.Bapt.de Plott.conſ 87.numer.22 Natta conſ.1. n.2.tom.*1. Connumerantur enim Medici inter mecha-
220 nicos, † *l.1.C.de Excuſ.artif. Guido Papa deciſ.349. in*
221 *not.lit.a.* Unde alibi dicuntur Parabolani, † *l.placet, 17.cum ſeq.C.de Epiſc.& cler.Vide Speckhan.cent.1.quaſt. 93.per tot.* alibi æſtimantur tantum valere, quantum
222 obſtetrices, † *l.3.in pr.C.comm.de leg.* quod tamen in
223 Medico Principis limitant, † *Bon.de Curtil.tr.Nobil. part.3.numer.155. Andr. Barbat. de præſtant. Cardin. quaſt.1.num.40.p.1. Boer.deciſ.222.num.*11. alibi Pontifices decreverunt, quod Medicus efficiatur irregularis, adeò quod ad ſacros ordines promoveri non
224 poſſit, † *c.ad aures de ætat.& qual.* Ex quo capite probatur Mecidinæ Doctores officium exercentes in Capitulares Eccleſiarum Cathedralium eligi non poſſe.
225 † Sed quia fortè veritas odium parit. Ideoque cum Accurſio hæc pertinacibus relinquenda ſunt:

—— *Nos aremus utilibus æquor.*

AD CAPUT VI.

SUMMARIA.

1. *Nobilitas expreſſè honorariis codicillis confertur.*
2. *De nobilitatis eſſentia non eſt duploma.*

3. No-

3. *Nobilitandi per diplomata Cæſarea conſuetudo non nova eſt, ſed jam Zenonis tempore in uſu fuit.*

4. *Aliorum felicitatem ægro oculis intuemur. Aulicus in majorum ſuorum nobilitate ne delicias faciat.*

5. *Omnes nobiles etiam antiquiſſimi, aliquando fuerunt novi.*

6. *Conſuetudo Angliæ.*

7. *Clauſula pœnalis quæ diplomatis adnectitur.*

8. *Enunciativis Principis creditur*, & n. ſeq.

10. *Honorandi ſunt quos Principes honore dignos teſtantur.*

11. *Exemplo Ahaſueri.*

12. *Dubitare an dignus ſit quem Princeps elegit, ſacrilegium eſt.*

13. *Revangare mundum.*

14. *Quod notandum pro hominibus novis.*

15. *Statutum Saxoniæ.*

16. *An novi homines comprehendantur in ſtatutis.*

17. *Negant Dd. communiter.*

18. *Author contrarium ſtatuit*, n. 19. & ſeqq.

23. *Expreſſè nobilitatur, qui jus aureorum annulorum impetrat.*

24. *Aureus annulus tantùm ingenuorum eſt.*

25. *Ordinis Equeſtris & virtutis inſigne eſt*, cum n. ſeq.

27. *Nobilitatur*, wann einer zum Ritter geſchlagen wirdt.

28. *Equites non naſcuntur ſed creantur.*

29. *Non naſcuntur ut Poëtæ, ſed fiunt ut Oratores.*

30. *Eques pater non facit filium Equitẽ*, & n. ſeqq.

33. *Etiam in Ordine aurei velleris.*

35. *Philippus Burgundiæ Dux author ordinis aurei velleris.*

34. *Lapſus Waremundi ab Erenberg.*

36. *Burgundiæ Duces caput ſunt hujus ordinis.*

37. *De illius origine non conſtat inter hiſtoricos.* Vide n 38. & ſeq.

40. *Aureum Vellus Iaſonis quid,* cum n. ſeq.

41. *Finis & objectum hujus ordinis.*

43. *Prima lex Aurei velleris.*

44. *Equites in hoc ordine ad minimum Barones ſunt.*

45. *Ordo S. Michaelis in Gallia.*

46. *Ordo S. Spiritus in Gallia.*

47. *Qua occaſione inſtitutus ſit.*

48. *Ordo Periſcelidis in Anglia.*

49. *Quare vocetur* Orden des Gülden Hoſenbandts.

50. *Eduardi* III. *Regis Angliæ Symbolum.*

51. *Quare inſtitutus, & qua occaſione.*

52. *Ordo S. Lazari & S. Mauritii in Sabaudia.*

53. *Ordo S. Stephani, & Equitum Lunæ ac ſtellæ.*

54. *Effectus horum ordinum,* cum n. ſeq.

56. *Ordo Equitum S. Iohannis in duas claſſes diviſus.*

57. *Templarii per ſummã injuriã necati,* & n. ſeq.

59. Maltheſer Ritter/*cur ita vocentur.*

60. *His annumerati fuerunt Equites ordinis Teutonici.*

61. Teutſche Herꝛen/*cur ita nominentur.*

62. *Teutonici hodierni degenerarũt, de quibus rythmi Germanici,* & n. ſeq.

64. E-

64. *Equites aurati cur ſic dicti, & quibus ſolennitatibus creentur.*

66. *Mos creandi Equites à priſcis temporibus receſſit,* & ſeqq.

70. *Catharina de Medices quarta Erynnis & furie.*

72. *Differentia Nobilium,* dero Ritter/ Wapener vnd Knapen *oſtenditur.*

73. *De more uſitato,* daß man einen Werhafft mache.

74. *Sapit antiquam manumiſſionem.*

75. *Fœmina ignobilis nobilitatur quæ nubit viro nobili,* & n.ſeqq.

79. *Etiamſi ſpuria ſit.*

80. *Vxor coruſcat radiis mariti,* ejusq; privilegiis *gaudet,* & n.ſeqq.

83. *Vxor & maritus ſunt duo connexa.*

85. *Abſurdum eſt unam eandemq́; rem diverſo jure cenſeri.*

86. *Sponſa gaudet nobilitate ſponſi.*

87. *Cingendus habetur pro cincto.*

88. *Doctorandus pro Doctore.*

89. *Matriculandus pro matriculato.*

90. *Inveſtiendus pro inveſtito.*

91. *Abſolvendus pro abſoluto, condemnandus pro condemnato.*

92. *Liquidandum pro liquido.*

93. *Tempus de proximo complendum pro completo.*

94. *Ducenda pro ducta, copulanda pro copulata.*

95. *Iure Saxonico ſponſa non gaudet nobilitate ſponſi, niſi conſummato matrimonio.*

96. *Vidua retinet nobilitatem mariti defuncti*, & ſeq. n. 103. & ſeqq.

98. *Non ſolum in favorabilibus, ſed etiam exorbitantibus.*

100. *Diſſentit Alexander.*

99. *Exorbitantia an & quando in conſequentiam trahenda*, 101. & ſeq.

106. *Vidua licet ex genere nobili nata non ſit, utitur jure nobilium de jure.*

107. *Vidua poſt obitum mariti nobilis, nubens ignobili claritatem generis deponit.*

108. *De ſecundis nuptiis quid judicandum*, n. 109. & ſeqq.

112. *Intellectus L. ult. ff. de ſenator.*

113. *Vxor Medicinæ Doctoris non retinet privilegia viri mortui*, 114. & ſeq.

116. *Plebejus nobilitatur ſi nobili ſe det in adoptionem*, & n. ſeq.

118. *Intellige ſi Principis authoritas interveniat*, & n. ſeq.

120. *Vel avus maternus adoptet.*

121. *Non verè ſi Extraneus plebejum adoptet*, cum n. ſeq.

123. *Explicantur textus juris veteris.*

CAPUT VI.

De Nobilitate expreſſa, & quomodo expreſsè quis nobilitetur?

QUemadmodum tacitam nobilitatem, vel beneficio Principis, vel legis conferri diximus. Ita etiam expreſſa

expreſſa nobilitas vel Principis, vel legis & Principis ſimul beneficio confertur. Principis beneficio, I. expreſsè honorariis codicillis, ut Imp. Zeno *in l. quoties, 3. §. 2. C. Vbi ſenat. vel clariſſ.* loquitur, confertur, wann einem von wegen ſeiner Adelichen Gütter / Sitten / Tugendt / vnnd dapfferē thaten / (merita enim in privilegiis ſunt exprimenda, *Vinc. Hondeda. conſ. 47. n. 21. lib. 1.*) ein Wapenbrieff mitgetheilt wird / † *Bon. de Curtil. tr. Nobil. part. 3. num. 125. Arze ab Otalora de Nobil. Hiſp. p. 3. c. 6. num. 7. Fr. Pfeil. conſ. 197. num. 20. cent. 2.* Nempè ut tanto major fides dicenti habeatur, aliâs de eſſentia nobilitatis non eſt diploma, aut inſtrumentum. 1
† Quæ nobilitandi conſuetudo non nuper in Aula Cæſarea nata vel excogitata fuit, ut noſtri Nobiles exiſtimant, ſed à temporibus Zenonis Imp. in Romana Repub. retenta, † *ut demonſtrant Conrad. Lagus in method. jur. civ. c. 29. num. 11. Paurmeiſt. de jurisd. libr. 1. c. 29. num. 30. Kirchner. in Morviller. lib. 4. c. 6. num. 66. & ſeqq. G.* Schönborn. *lib. 5. pol. c. 15.* 2 3

Quandoquidem autem teſte Tacito *lib. 17. Annal.* mortalibus inſitum ſit, recentem aliorum felicitatem ægris oculis intueri, † ſæpè fieri ſolet, ut taliter nobilitati apud reliquos nobiles per odioſa nomina, Newe Gebackene / vel Gepffefferte vom Adell / in invidiæ fumum per novitatis lucem vocentur, qui ut Agapetus ad Juſtinianum Imp. ſcribit, *in paranet. c. 4.* in majorum ſuorum nobilitate delitias faciunt, quod aulicum vitare debere monet, *Duro di Paſcolo in aulic. Polit. th. 69.* & ut ſupra, *c. 5. num. 171.* diximus non pennam ſed aliam rem, eſſe, quæ nobilitatem pariat, judicant. Cum tamen omnium Nobilium, etiam proſapiæ antiquiſſimæ, majores, aliquando etiam fuerint novi, *Tholoſan. lib 4. de Repub. c. 2. n. 9.* † Nec enim omnibus in regionibus ea conſuetudo eſt, quæ in Anglia, ut qui hodie de plebe ad dignitates Equitum, Baronum, Comitũ, educantur omnium ſententia pro Nobilibus & Baronibus atque Comitibus cenſeantur, † 4 5 6

teſte Alberic. Gentil. de nupt. lib. 4. *c.* 13. Quapropter, ut nupero fœtu nobiles recentem dignitatem ab aliorum malitia, (quæ κατὰ πόδας ſubſequitur invidiam) & convitiis tueri poſſint evenit, ut in inſtrumento nobilitatis, ferè ſemper illa clauſula pœnalis annectatur.

7 † Volumus autem, ut omnes & ſinguli hunc N. pro nobili agnoſcant, & venerentur, & ſi quis huic noſtro privilegio obſtrepere inventus fuerit, is in pœnam tot vel tot Marcharum auri puri incidiſſe declaretur, *Lud. Schvvartzmajer. lib.* 1. *miſcell. c.* 13. ita, ut ſi quis offenſus fuerit, ad pœnas privilegio inſertas agere, & Imperialis Cameræ judicium adire poſſit. *De quo infra c.* 18. *n.* 14. *&* 25.

Qui enim ita nobilitantur non poſſunt dici indi-
gni, quippe Principi atteſtanti ſe ob benemerita con-
8 ceſſiſſe nobilitatis beneficia creditur. † *per tradita,*
Menoch. conſ. 1003. *num.* 77. *& ſeqq. lib.* 11. *Iaſon. conſ.*
227. *num.* 38. *vol.* 2. Quibus enim præſtanda fides, ſi nō
9 iis in quibus fides clariori lumine effulget? † *l. inter*
claras, 8. *C. de ſum. Trin.* Qui honorandi, ſi non ii, quos
10 Principes ipſi dignos honore teſtantur? † *arg. l. reſti-*
tuendæ, 6 *in fin. C. de advoc. div. jud. Capolla de Imp. mil.*
delig. c. 11. *Incip. pro Imp. num.* 4. *& ſeqq. Nic. Hontheim*
de art. notariat. c. 21. *num.* 1. Nam & Haman Mardo-
chæum, quem tamen impensè oderat, honorare coge-
batur, ideo, quia Rex Ahaſverus ipſum honore dignū
11 judicabat, † *ut legitur in lib. Eſther. c.* 6. adeò, ut dubi-
tare an is dignus ſit, quem Imp. elegit, ſacrilegium ſit,
12 † *l.* 3. *C. de crim. ſacril. Mich. Nizol. alleg.* 1. *n.* 101. *Mart.*
de Caraz. tr. de Princ. quæſt. 2. *Mod. Piſtor conſ.* 46. *n.* 30.
13 *vol.* 1. Et revangare mundum, † *ut ait Reſt. Caſtald. de*
Imper. quæſt. 109. *num.* 7. quod notandum eſſe pro ho-
14 minibus novis, die ſich Adelen laſſen/ ait † *Schneidew.*
de feud. part. 3. *num.* 53.

Sed quid ſi ſtatutum alibi Nobilium tantum mentionem faciat, quemadmodum in Saxonia, **hat niemand Ritterrecht / ſein Vatter unnd Eldervatter ſeindt**

Ritte:

Ritter oder Ritterßgenos geweſen. † *Col.deciſ.*203. 15
*num.*27.*part.*1.*Fr.Pfeil.conſ.*78.*num.*162.*cent.*1.*per tex.*
*alleg.*ſufficitné qualitas ita privilegiata, ut quis admit-
tatur ſalvo ſtatuto? † Et quamvis cõmuniter negent, 16
† *P.Friz.de nobil.civil.concl* 17.*in fin.pr.cum alleg.* *Ota-* 17
*lora de Nobil.Hiſp.*2.*p.*3.*num.*20.*Illep. Perez. de Lara.tr.*
*de Anniverſ.& Capellan.lib.*2.*c.*4.*num.*95.*& ſeqq.Ant.*
*à Gama.deciſ.*307.*num.*7. attamen cum paria ſint ineſ-
ſe qualitatem per naturam vel privilegium, † *Garſias* 18
*de Nobil.gl.*35.*num.*3.*& gl.*1.§.1.*numer.*50.*Azevedo ad*
*conſt.Hiſp.libr.*6.*tit.*2.*in rubr.n.*68.*Palaez de Majorat.*
*part.*1.*quæſt.* 51.*num.* 32.*& ſeq.* maximè ſi plenitudo
poteſtatis von Römiſcher Keyſerlicher/ auch Hungari-
ſcher vnd Bömiſcher Königlicher macht privilegii
Epiphonema ſit, † *arg.l.fin.C.de hiu qui ven.ætat.&* 19
novus nobilis ab Imp. ad aliquod beneficium Eccle-
ſiaſticum ejuſmodi ſtatutum habens, ratione primarũ
precum præſentetur, indubitatè affirmandum, pro ut
in individuo docet † *Mich.Nizol.allegat.*1.*num.*95. 20
Et ita deciſum fuiſſe per Rotam Romanam † *teſtatur* 21
*Mohed.deciſ.*2.*de priv.* Qui n. vult antecedens, vult et-
iam conſequens, † *l.*2.*ubi Dd.ff.de juriſd.Everh.à Mi-* 22
*delb.in loc.*125.*n.*1.*& per tot.Crav.conſ.*266.*n.*3.*part.*2.

II.

Secundo beneficio Principis expreſsè nobilitatur, ſi quis jus aureorum annulorum impetret, *Weſenb.in par.ff.de jur.aur.annul. num.*1. † Erat enim aureus 23
annulus duntaxat ingenuorũ, quod annotat † *Taub-* 24
*man. in Plaut.Caſin.act.*3.*ſcen.*5.*fol.*348. Et ordinis
Equeſtris inſigne, † *Budæus in annot.prior.ad pandect.* 25
*l.ult.num.*1.*de ſenator.* diſtinguens Equites à ſenatori-
bus & plebe, *Tholoſan.lib.*14.*Syntagm.c.*9.*num.*4. Vir-
tutiq; militari imprimis hoc ſolitum fuiſſe probat, † 26
*Weſenb.d.loc.n.*4.*ex Ciceronis Orat.*5.*in Verrem*, Oder
aber/ wann einer wegen ſeiner tapfferen Heldentha-
ten zum Ritter geſchlagen wirt/ † *l.un.C.de Equeſtr.* 27
*dignit.Bocer.claſ.*5.*diſp.*14.*th.*18.*Matth.Steph.de jur.c.*7.

memb.

Digitized by Google

memb.2.num.65.p.1.Cabedo deciſ.139.num.5.part.1. Cephal.conſ.566.num.23 & ſeqq.lib.4. Non enim na-
28 ſcuntur, ſed certis cum ſolennitatibus creantur, † *Dn. Juſt.Ritter.lib.1.Inſt.feud.c.3.num.9.* Non naſcono co-
29 me li Poeti, ma ſi fanno come gl' oratori, † *Steff. Guazzo lib.2.de civil. converſ.* Hinc eſt quod hæc digni-
tas non tranſeat in filios, † *Menoch. conſ.126.n.36.*
30 *lib.2.* Non enim Eques Pater, Equitem filium facit, †
31 *Ruin.conſ.19.num.12.lib.1.Riminald.Sen.conſ.95.num. 49.lib.1.* quia dignitas illa perſonalis eſt, quæ nec a-
32 ctivè nec paſſivè in filios tranſit, † Idque non ſolum in minorum gentium, ſed etiam Regum & Principum ordinibus obtinet. Nam ordinem aurei velleris, quod attinet, ſi in eo moritur Eques ſodalitii, tum illa dignitas in cognatos non tranſit, adeò, ut nec torquem aureum retineant, ſed Principi ordinis reſtituere tenentur, quem ille alteri, qui in locum demortui eligitur, tradit, † *Sebaſtian. Münſter. libr.3.Coſmo-*
33 *graph.cap.204.artic.39.Iohann.Wolfgang. lect. memorab.tom.1.ſub Anno 1429.* Varii autem ſunt ordines à Principibus in militiæ honorem introductæ, E quibus nobiliores, ſunt I. Ordo Aurei velleris, vulgò das Gülden Flus oder Vellüß / *Galli Toſon d'or.* Quem Philippus cognomento Bonus Burgũdię Dux, Caroli Audacis ſeu bellatoris Burgundiæ Ducis potentiſſimi Pater, Anno 1419. † (non verò An. 1477.
34 ut Warem. ab Erenberg. *lib.1.de fœder.c.4.num.12.* putat, cum hoc anno Carolus Ducum Burgũdiæ poſtremus ab Helvetiis ad Nanſeum victus & cæſus fuerit) inſtituit, † *Iacob. Mejer. lib.16.Annal.Flandr. Bodin.*
35 *lib.5.de Repub.c.4.Helvicus in theatr.ad d.Ann.* Et propterea Auſtriaci non reſpectu domus Auſtriacæ, ſed
36 reſpectu Burgundiæ hunc ordinem ſibi vendicant, † *Quamvis id putet Norderman.in diſſert.de jure Principat. concluſ.86.lit.a.* quæ ratio eſt, quod Rex Hiſpaniæ, qui ex diviſione Caroli V. Archi-Ducatum Auſtriæ fratri ſuo Ferdinando cedens, Burgundiam poſſidet, hu-

jus

jus ordinis Princeps Magiſter & caput ſit. De origine hujus aurei velleris non conſtat inter hiſtoricos, † 37 ſunt qui ad imitationem Gideonis hoc inſtitutum referunt, qui auſpicio & læto velleris, quod expandit, fortiter pugnavit contra Midianitas, † *ut legitur in* 38 *lib. Iudic. c. 6. v. 36. & ſeqq.* Sed diploma fundatoris hoc refutat, cujus inter alia hæc ſunt verba, † per præ- 39 ſens diploma inſtituimus, ordinamus ac ordimur certi numeri ordinem generoſum Equitum, ac intimorum amicorum, quem ab aureo Argonautæ Jaſonis vellere appellari volumus, idq; modo, conditionibus, inſtitutis ac articulis ſequentibus. Primum volumus Ordinem aurei velleris conſtare 31. Equitibus, è nominis nobiliq; inſignium vetuſtate, ſine aliquæ controverſiæ notis, quorum ego dum vixero, Princeps caputq; ero, ac poſt meam ſucceſſores mei, Burgundiæ Duces, Actum in urbe noſtra Inſulenſi 4. Calend. Decemb. Anno 1431. *Quod diploma refert Ioh. Wolf. tom. 1. lect. memorabil. ſub Anno* 1429.

Quidnam verò illud aureum vellus fuerit, quod Jaſon in Colchidem navigans abſtuliſſe dicitur, non ſatis quoq; apud authores conſtat. Suidas † putat 40 vellus illud aureum Jaſonis argonautæ fuiſſe librum in membranis ſcriptum, qui docuerit, quomodo per artem fundendi, quam Chymiam dicunt, aurum eſſet faciendum, Alii † verò arietem, cui vellus aureum 41 erat, exiſtimant, quem Phryxus patri ſuo abſtulit, & in Colchidem ad Regem Æten detulit, ubi hunc arietem Jovi, vel ut aliis placet, Marti immolavit, vellusq; illud aureum in templo ſuſpendit, cui à Deo pervigil Draco additus fuit, à quo cuſtodiretur, ne inde auferri à quoquam poſſet. Miſſus autem Jaſon in Colchidem, ad auferendum hoc vellus, licet hæc res primò impoſſibilis ei videretur, tamen præparata Ardo navi Colchos profectus eſt. Quo cum appuliſſet, Medea Colchorum Regis filia, forma ejus capta, à certiſſimo eum exitio eripuit, oſtenſa ratione, qua pervigilem Draconem ſopire

ſopire poſſet. Ejus itaque conſilia ſecutus, Jaſon aureum vellus ſuſtulit, & cum Medea & ſociis ſalvus in patriam rediit. *Quam fabulam recitant Iohan. Wolf. d. tom. 1. lect. memor. fol. 806. & Sim. Majol. tom. 4. dier. canicular. colloq. 5. in fin.* In memoriam itaque Jaſonis fortiſſimi Ducis & ſociorum ejus præſtantiſſimorum heroum, hoc Equeſtre ſodalitium Philippus Burgundius inſtituit, † ut eorum exemplo, ad ſimilem virtu-
42 tem excitarentur, quotquot Ordinis membra eſſe cuperent. Eſt autem aurei velleris prima lex, ut in eum
43 ordinem nemo cooptari poſſit, niſi genere nobilis, † *Bodin. lib. 5. de Rep. c. 4.* Ideoque nulli ferè in hoc collegium recipiuntur, quam Imperatores, Reges, Principes, Comites & Barones, † *Sim. Majol. d. colloq. 5. tom.*
44 *4. fol. 363.*

II. In Gallia duo Ordines Equitum nobiles ſunt. I. Ordo S. Michaelis, l' ordre des chaveliers de ſainct Michael, quem Ludovicus XI. Rex aliquandiu in aula Philippi Burgundiorum Ducis educatus, ſecundum leges ordinis aurei velleris, paucis
45 immutatis Anno 1469. 1. Auguſtin. inſtituit, ei torque aureo ſymboli loco inſignivit, † *Bodin. libr. 5. de Rep. c. 4. p. 856. Vincent. Lupan. de Magiſtr. & praefect. Francor. lib. 1.* II. Ordo Spiritus ſancti l' ordre des chaveliers de Sainct Eſprit ab Henrico III. Franciæ & Polo-
46 niæ Rege Anno 1579. 31. Decemb. inſtitutus, *Pirre Bonfons. lib. 2. antiquitat. Pariſ. c. 11. circa fin.* † Quia cum in die Pentecoſtes Anno 1573. Rex Poloniæ eſſet electus, & eodem die poſt mortem fratris Caroli IX. Regnum Galliæ jure hæreditario acquiſiviſſet, in hu-
47 jus rei memoriam hunc ordinem Equitum auratorũ, in laudem Spiritus ſancti inſtituit, † *Eſtienne Paſquier lib. 6. Epiſt. 4. Norderman. de jur. Principat. concl. 86. lit. a.*

III. In Anglia eſt Ordo Periſcelidis ab Eduardo
48 III. Reg. Anglorum. † Cujus Ordinis Equites vocãtur etiã Garnetterii, Ritter Orden des Hoſenbants/ ob id, ꝙ ſiniſtri cruris ſucã fibulato balthcolo vel cœrulea

rulea

rulea periſcelide, ſubſtringant. † Cui aureis literis E- 49
duardi ſymbolum ceu bellica teſſera in bello Gallico
inſcriptum eſt, *Honii ſoit qui mal y penſe*, hoc eſt, igno-
minia afficiatur qui malè cogitat. † Fuit enim inſti- 50
tutus in memoriam caligariæ faſciolæ, quę illuſtri fœ-
minæ ab Eduardo III. flagranter adamatæ, dum ea
choream ſaltaret, ſoluto fortè nodo deciderat, hatte
jhren Hoſenbandt verdantzet / quam ſubitò cum tol-
leret, ſimul ejus tunicam ita diſcooperuit, ut crura cō-
ſpicerentur ab omnibus aulicis. Comitiſſam igitur
ſic pudefactam, ut placaret faſciam in honorem ejus
inſignium procerum tibiis dicavit, † *Paul. Hentz-* 51
ner. in Itinerar. Angl. deſcript. Vindeſor. p. 147. *Mich. Caſp.*
Lundorp. in continuat. Sleidan. lib. 22. *tom.* 2.

Sunt & IV. in Sabaudia Ordinis S. Lazari & S.
Mauritii Equites. † V. Florentiæ S. Stephani, ut & 52
Ordo Equitum Lunæ & ſtellæ, † *Thom. Boz. de ſign.* 53
Eccl. Dei, tom. 1. *lib.* 10. *c.* 1. *in pr.* Quibus omnibus ſi di-
cti ordinis conferuntur, veluti Principis conferentis
fratres cenſentur, † *Weſenbec. in Oecon. Cod. libr.* 12. 54
Moris etiam eſt, ut hos ordines etiam in extraneos
Principes & Reges conferant, in honoris & benevo-
lentiæ σημεῖον. Qui ſi hoſtes ſe profiteri volunt, per in-
ternuncios torquem vel ſignum ordinis remittunt,
ut omni ſacramenti religione ſoluti, alteri Principi
ſtrenuam operam navare poſſint. † *Norderman. de ju-* 55
re Principat. d. concl. 86. *lit. a. in fin.*

His etiam rectè annumerantur Equites Hieroſo-
lymitani in Maltha S. Johannis, die Johanniter Her-
ren / † quorum Ordo circa tempora Friderici Bar- 56
baroſſæ, in Templarios, & Hoſpitalarios diviſus fuit,
quorum illi Anno 1307. per ſummam injuriam, ut ait
Bodinus † *lib.* 5. *de Repub. c.* 2. *p.* 831. à Clemente V. 57
Pontifice ad preces Philippi Pulchri Regis Galliæ ſub-
lati, & quotquot comprehendi potuerunt necati ſunt,
† *Thom. Boz. de ſign. Eccl. Dei, tom.* 1. *lib.* 10. *c.* 11. *Iac. Me-* 58
jer. lib. 11. *hiſtor. Flandr. Fr. Marci deciſ. Delph.* 1249. *n.* 4.
tom.

Digitized by Google

tom. 1. *adde Tholoſan. lib.* 15. *Syntagm. c.* 33. *n.* 10. *& ſeqq.*
hi verò adhuc hodie ſuperſunt, cumque à Solymanno
Imp. Turcico Anno 522. 25. Decemb. die natali Chri-
ſti, Rhodo inſulâ expulſi eſſent, Maltham inſulam oc-
cuparunt, à qua Equites Malthenſes Maltheſer Rit-
59 ter appellantur, † *Iohan. Kitzel. in collat. jurud. priſca*
& nova. c. 3. *circ. fin.* Pro ſecundò his etiam olim rectè
fuere annumerati Equites S. Mariæ, Teutonici, Teut-
60 ſche Herren/ † quibus quod Equites Teutonici no-
61 minarentur, alias linguas diſcere religio erat, † *teſte*
Æneâ Sylvio in Europa, c. 27. A quibus hodierni Teu-
tonici, qui in ædibus Commendaritiis vulgò Com-
62 pthuriren/ vivunt, degenerarunt, † *Hoſpinian. de O-
rig. Monach. c.* 24. *claſſ.* 3. *in fin.* unde de his Rhytmi Ger-
manici Sebaſtiani Franci. †

63 Kleider auß/ Kleider an/
Eſſen/ Trincken/ vnd Schlaffen gahn/
Iſt die Arbeit/ ſo die Teutſche Herren han.

Quos refert *Iohann.* Wolf. *tom.* 1. *lect. memorab. cen-
tenar.* 12. *ſub Anno* 1170 *fol.* 394. *ubi ſub Anno* 1190. *fol.*
401. etiam hæc verba ponit: wer ein ſchön Weib hatt/
wo teutſche Herrn ſeind/ ein Metzen Korn/ vnnd ein
Hinderthür/ der hatt ein Jahr daran zueſſen.

Reliqui Equites, qui nullis omninò aut majorum
imaginibus, aut factis, ſed propria virtute ſunt clari, &
dignitatem Equeſtrem in acie quæſitam habent aura-
64 tis calcaribus (unde Aurati Equites) † gladio, & ſolo
Principis, vel ejus Legati amplexu donatur, diſtricto-
que gladio leniter eorum humeri percutiuntur à
Principe vel ejus legato. Et hoc ſemper poſt cõmiſſum
65 prælium fieri conſuevit, † *Norderman. de iur. princi-
pat. d. concluſ.* 86. *lit. a. Boter. lib.* 3. *de orig. urb. c.* 31.

Qui mos creandi Equites à priſcis temporibus ho-
die longe receſſit, Olim enim erat præmium fortitu-
66 dinis, † *Otalor. de nobil. Hiſp. part.* 4. *c.* 1. *num.* 6. *& ſeq.
Garſias de Nobil. gl.* 1. §. 1. *num.* 51. *& ſeqq. Azevedo ad
conſt. Hiſp. lib.* 6. *tit.* 1. *leg.* 1. *num.* 6. *& ſeqq.* At hodie Re-
ges

ges & Principes Equeſtris ordinis jura promercalia faciunt, & tanquam ſub haſtæ actionatu proſtituunt, † *Cornel. Agripp. de vanit. ſcient. c.* 80 *de Nobil. Bodin. lib.* 3. *de Repub. c.* 8 geben noch Brieff vnnd Sigel darüber/ *ut conqueritur Sebaſt. Munſter. lib.* 3. *Coſmograph. c.* 22. Ita ut revera dici poſſit, Patres gladium capulo apprehendiſſe, filios illum mucrone arripere, † *cum Ant. de Guevara lib.* 3. *horolog. Princ. c.* 31. *circa fin.* Quia promiſcue hodie fiunt Equites, non ex nobilitate tantum, ſed Mercatores etiam, quibus vis gladius unquã vagina vacuus viſus, † *Sleidan. lib.* 2. *com. cir. fin. Bocer. lib.* 1. *de bello, c.* 11. *num.* 9. *Petr. Bellin. de re mil. part.* 7 *tit.* 3. *num.* 41. *& ſeqq.* ubi ait ſe vidiſſe in Cancellaria Caroli V. etiam ſalis venditores, mediantibus 25. vel circiter aureis numis impetrare hũc honorem. Imò multi eo inſaniæ redeunt, ut emant titulos & vendant terras, Comprano, titoli, per vendere le terre, *ait Catharin. Dulcis in ſchol. Ital. part.* 2. *lib.* 2. *apopht.* 31. quibus Trojanus Boccalini *part.* 1. *Relat.* auß *Parnaſſo. ragg.* 49. *fol.* 124. dat beneficia in jure conceſſa minoribus prodigis, & furioſis. Ita in Gallia tempore Catharinæ de Medices (quartæ illius Erynnis & furiæ, † *H. Kirchner. lib.* 1. *de legat. c.* 5. *num.* 22.) militaris torques dicitur aptatus indigniſſimis quibuſq;. † Unde inolevit proverbium, *L'ordre de France c'eſt un collier de toutes beſtes*, ſeu una Canezza à ogni una beſtia, *Norderman. d. concluſ.* 76. *in fin. pr. de jure principat. Thuan. lib.* 23. *hiſtor.* Ubi veluti ſingule notanda eſt differentia, quæ antiquitus in Weſtphalia obſervabatur inter Nobiles, ut ex antiquis inſtrumentis apparet hoc modo, wir Johan von N. Ritter/ vnnd Heinrich der Knape bekennen/ ꝛc. Qui enim † re ipſa dignitatem Equitis aurati legitimè adeptus erat, der zu Ritter geſchlagen war/ vocabatur eo nomine Ritter/ Qui verò vir armipotens erat, quem nos Rittermeſſig nominamus, vocabatur Armiger ein Wapener/ Juniores verò die Jungengeſellen, nominati ſunt Knapen/ à Græco νι-

67 68 69 70 71 72

Digitized by Google

πος ὁ puer addito τὸ K. fit κνήπτος, ut *hoc mihi de ſuo cõmunicavit Iuſtus Ritter I.V.D. quem hic honoris cauſa nomino.* Et hoc liquido conſtat ex literis olim ad Pontificem ſcriptis, uti ponit eaſdem *Blarer. in tr. ad L. Diffamari, c. 2. num.* 12. cum ſubſcriptione.

Johannes de Trotta Eques auratus.
Johannes Morſaim, } *Armigeri.*
Henricus Bock, }

Affinis huic ordini eſt mos, quo Principes & Nobiles miniſtris ſuis perfectam ætatem adeptis impacto colapho jus geſtandi gladium concedant, daß ſie dieſelbe werhafft machen/

73 † *Iohan. Roſin. lib. 1. antiq. Rom. c. 20.* G. Schönborn. *lib. 6. pol. c.* 13. quod non nihil antiquam manumiſſionem ſapit,

74 † *de qua Perſius Satyr.* 5. Nam ut inquit Claudianus *in 4. conſul. Honor.*

Triſtis conditio pulſatâ fronte recedit.

III.

Tertiò expreſsè nobilitatur, Si fœmina ignobilis

75 nubat viro nobili, † *Bon. de Curtil. tr. Nobil. part. 3. n. 184. & ſeqq. Gomez. in comm. ad ll. tauri, leg. 79. num. 6. Thoming. conſ. 8. num. 4. vol. 1. Petr. Caball. conſ. 129. n. 21. vol. 2.* non ſolum Principis beneficio.

76 † *per l. ult. C. de incol. & l. mulier. C. de dignit.* ubi ita expreſsè loquuntur Impp. Mulieres honore maritorum erigimus, & genere nobilitamus, &c. ſed etiam legis,

77 † *per l. fœmina. 8. ff. de ſenator.* nec enim tam à marito quam à lege mulier habet nobilitatis & libertatis privilegia, licet ob mariti perſonam,

78 † *Ant. Faber. in Cod. forenſ. libr. 9. tit. 28. defin. 16. n.* 4. Nec refert, etiamſi nupta ex ſpurio coitu concepta ſit:

79 † *Tiraquell. de Nobil. c. 18. Chaſſana. ad conſuet. Burg. rubr. 9. §. 7. la femme minoritè. num.* 3. Uxor enim propter cauſæ & individuæ ſocietatis continentiam non ſolum coruſcat radiis mariti,

80 † *Novell. 105. c. 2. in pr. Ioh. Montaigne tr. de Biganna. quæſt. 1. num: 13. Ioan. le Cirier. de primog. lib. 2. quæſt. 7. n.* 11. Cujus maritalis radii tanta claritas, ut & Saluciarũ Marchio, quo Nobilium faſtidium fugeret, porcariã puellam,

Digitized by Google

uellam, quam in venatione inter ſylvas offenderat, uxerit, † *teſte Æne. Sylv. lib. 1. Epiſt. 45.* ſed etiam 81
jus privilegiis gaudet, † *l. 2. C. de Epiſc. & cler. l. ult.* 82
:. de injur. l. 2. C. de Comit. conſiſtorian. l. ult. C. de privil. chol. l. medicos, C. de profeſſ. & med. Ratio Legum, quia um Maritus & uxor ſint duo connexa, † *c. nec illud.* 83
uaſt. 5. c. admonere, 33. quaſt. 2. l. pen. ff. de rit. nupt. Matrill. deciſ. 50. num. 5. & ſeq. Cephal. conſ. 416. n. 37. & eqq. lib. 3. quorum eadem ratio eſt, idem judicium, † 84
Amatis deciſ. 89. num. 5. cum ſeqq. Iaſon. conſ. 146. n. 9. & eqq. vol. 2. congruum eſt, ut uxor ipſa meriti dignitate ulgeat, aliàs abſurdum eſſet, unam eandemque rem liverſo jure cenſeri, † *l. eum qui. 23 ff de uſucap. l. nam* 85
oc. 4. ff. de vulg. & pup. l. 1. v. nec ratio, ff. de rer. permut.

Atq; hoc nobilitatis privilegio gaudet, 1. SPONSA, quamvis ad mariti domum deducta nondum it, † *Bon. de Curtil. tr. Nobil. part. 3. num. 188.* Quem- 86
admodum enim confeſtim cingendus habetur pro cincto, † *l. filiusf. 43. ff. de reſt. mil. Cavalcan. deciſ. 44.* 87
num. 17. lib. 1. Bertazzol. conſ. 53. num. 8. lib. 1. doctorãdus pro Doctore, † *Hipp. Riminald. conſ. 216. numer.* 88
68. & ſeqq. lib. 2. matriculandus pro matriculato, † 89
Peregrin. Iannin. de citat. real. li. 2. c. 1. num. 103. Beroſ. conſ. 186. num. 8. vol. 3. inveſtiendus pro inveſtito, † 90
Schrader. de feud. part. 10. ſect. 1. num. 114. Knichen. de iur. territor. c. 6. num. 148. abſolvendus pro abſoluto, condemnandus pro condemnato, † *l. qui pœnæ. 8. §.* 91
2. ff. de manum. Ioh. Lupus in rubr. de don. inter vir. & ux. §. 38. n. 12. & per tot. ferè Natt. conſ. 253. num. 5. tom. 1. liquidandum pro liquido, † *l. fin. C. de compenſ. Trintacinqu. var. reſol. libr. 2. reſol. 3. de Except. num. 4. Capyc.* 92
deciſ. 48. num. Cacheran. deciſ. 92. num. 36. Ant. de Amatis deciſ. 23. num. 8. tempus de proximo complendum pro completo, † *l. aqua, 5. ff. quo teſt. fact. vinc. Caroc.* 93
deciſ. 107. n. 1. & Schrad. conſ. 4. n. 45. vol. 1. Ita pro ducta & copulata habetur, quæ de proximo eſt ducẽda & copulanda, † *Salycet. in l. cum in te. 6. n. 7. in fin. C. de don-* 94

H 2 *ante*

ante nupt. Hipp. de Marſil. tr. fidejuſſ. num. 217. & ſeqq. Peregrin. conſ. 85. num. 6. & per tot. lib. 1. De jure tamen Saxonico Sponſa non gaudet privilegiis nobilium, niſi conſummato matrimonio, † Id quod probatur,
95 *per tex lib. 3.* Landtrecht / *art. 45.* Ubi gloſſa ita ait, deß Mannes Ehre ſchönet und ſchmücket das Weib / und er Adelt ſie / als ſie in ſein Bette trit / *Paul. Cypr. de jur. connub. c. 3. de matrim. §. 4. num. 4.*

96 II. Vidua † *per c. ex parte. extr. de for. compet.* ubi Pontifex Romanus Regis Angliæ viduam, Reginam appellat, tamet: Galliæ Regis vidua, non Regina, niſi viduitatis jure, ſed Regens ſalutetur, *& teſtatur Gothofred. in prodrom. defenſ. 1. contra Iohan Zeſchlin. pag. 10.* Quæ enim privilegia marito nobili ob nobilitatem competebant, iis gaudet vidua, non ſecus ac ſi maritus
97 adhuc viveret, † *l. cum te. 10. C. de nupt. Fr. Milanenſ. deciſ. 9. num. 7. lib. 1. Vultei. conſ. Marp. 17. num. 49. vol. 3. Pacian. conſ. 4 num. 86. & ſeqq. Peregrin. conſ. 13. num. 3. & 11. lib. 2. Petr. Caball. conſ 172. num. 29. & ſeqq. vol 1.* non ſolum favorabilibus, ſed etiam odioſis & exorbitantibus, id eſt, iis, quæ conceſſa ſunt contra jus com-
98 mune, † *Georg. de Cabedo deciſ. 98 n 2 part. 1. Tiraquell. de Nobil. c. 18. num. 8. Ant. Faber. in Cod. lib. 9. tit. 28 defin. 22. num. 45. Surdus deciſ. 330. n. 27. lib. 2.* licet enim aliâs exorbitantia non ſint trahenda in conſequentiā,
99 † *c. quæ à jure 28. de R. I. in 6. l. quod verò. 13. ff. de. leg. 1.* cum in his Ulpiani regula obtineat, *in l. ſi verò. 56. §. de viro. ff. ſolut. matrim.* quod in leges non ſcriptum, cenſetur omiſſum. Et in terminis, quod in exorbitantibus vidua privilegia mariti defuncti non habeat,
100 conſuluit. † *Alex. conſ. 206. per tot ferè. lib. 2.* Fallit tamen ſupra dicta theorica 1. in exorbitantibus favora-
101 bilibus, inter eaſdem perſonas, † *Everhard. in top. loco. 79 num. 50. Bender. de Reviſionib. concluſ. 37. n. 92.*
102 2. fallit abſurditatis evitandæ gratia. † *Everhard. d. loco. 79. num. 30. Bender. de Reviſion. concl. 20. num 41.* Cum itaque maritus & uxor una eademque caro ſint.
Et

Digitized by Google

Et vidua ſtatum vidualem honeſtè ſervans familiam mariti retineat, † *Lupus in repet. rubr. de don. inter vir.* 103
& ux. § 67. num. 16. & ſeqq. Guido Papa deciſ. 379. per tot. Cephal. conſ. 526. num 48 & ſeqq. lib. 4. viva imago viri defuncti ſit, † *Guttierez. lib. 2. canon. quæſt. 12. num. 2.* 104
Azevedo ad conſt. Hiſp lib. 6. tit. 1. leg. 1. num. 93. & ſeqq. Cæſar Barz. deciſ. 129. num. 33. Et in eodem matrimonio perſeverare intelligatur, † *l. fin. C. de bon. matern.* 105
l. fin. C. de V. S. l. 1 §. Exactio. C. de rei ux. act. Gratian. tom. 1. diſcept. for. c. 120. n. 13. Cacheran. deciſ. 77. n. 15. Ant. de Amato deciſ. 72. n. 17. Cephal. conſ. 423. n. 68. lib. 3. congruum eſt viduam in viduitate permanentem omnia mariti privilegia etiam exorbitantia retinere, ne hoc abſurdum inde proveniat, unam eandemque rem vel perſonam diverſo jure cenſeri. Et hac ratione vidua † 106
mariti nobilis, licet ex genere nobili non ſit nata, de jure Saxonico, Geradam, Morgengabam, & commeſtibilia petere poteſt, *Dan. Moll. lib. 2. ſemeſtr. c. 8 num 1. Matth. Coler. deciſ. 60 num. 66 & ſeq. part. 1.* Uxor verò Nobilis quidnam ex bonis defuncti mariti percipiat de jure Sax. Item de gerada, morgengaba, commeſtibilibus, &c. quid ad ea pertineat, vide *Matth. Berlich. part. 3. pract. concl. 28 per tot.* Unde ſi vidua poſt obitum mariti nobilis ſe rurſus plebejo nuptui det, eā claritatē deponit, & privilegiis ſe indignam reddit, † *Chriſt.* 107
Wintzler. de Collect. obſ. 14. num. 7. per l. cum te 10 C. de nupt. ubiq; Lud. SchWartzmaj. l ult. C. de incol. ubi Impp. ita loquuntur, ſin autem minoris ordinis virum poſtea ſortitæ fuerint, priore dignitate privatæ, poſterioris mariti ſequentur conditionem. Ἀἰλολογία eſt, licet primæ nuptiæ fiant cum jucunditate & lætitia. † *Bald.* 108
in l. ſancimus. C de nupt. ſecundæ tamen fiunt cum rubore faciei, detegentis maculam cordis † *poſt Bald.* 109
Hipp. Riminald. conſ 284. num. 12. lib. 3. & ſunt ſignum impudicitiæ, † *Bald. in l. hiu ſolis. C. de revoc. don* Rurſus per ſecundas nuptias fit injuria primo conjugi, 110
cujus anima contriſtatur, † *Novell. 22. c. 43. v. Nam* 111

nec illud. Nec obſtat, *l. ult. ff. de ſenator.* in qua uxor, etiamſi viro conſulari defuncto, plebejo nupſerit, nihil-
112 ominus in priori dignitate manere dicitur. Nam † ibi & ſpeciali gratia ab Imp. impetrata priſtina dignitas retinetur, inſuper gratia illa perraro concedi ſolet, ut ad conſequentiam trahenda non ſit, denique Princeps conſobrinæ ſuæ eam indulſit, ut planè hoc ſpeciale ſit privilegium, *d. l ult.*

Atque in hoc melior eſt conditio Uxorum Doctorum juris quam Medicinæ, Uxor ſiquidem Medicinæ Doctoris vivi, non verò viri mortui privilegia retinet.
113 † Cum enim id privilegium non niſi ratione officii detur, quod neq; in viduam tranſit, neque in liberos,
114 fieri utique non poteſt, ut finito officio perduret, † *Ant. Fab. in Cod. for. lib. 9 tit. 28. defin. 9. & 23. Tiraquell. tr. ceſſante cauſa, n.* 108. *Cabedo deciſ.* 98. *num.* 3 *part.* 1. *Fr. Milanenſ. deciſ.* 9. *num.* 14. *& ſeq. lib.* 1. Privilegium enim ob aliquam qualitatem competens, finitur qua-
115 litate illa finita. † *l. ſi duas,* 6. § *gentium,* 14 *ff. de excuſ. tut. Bero conſ.* 76. *n.* 3. *vol.* 3. *Tiraquell. de primogen. quaſt.* 40. *num.* 170. Nec in cauſato poteſt eſſe plus quam in cauſante, *Menoch. conſ.* 940. *num.* 26. *lib.* 10. Imò in cauſato aliquid pluris eſſe quam in cauſa abſurdum, *Gail.* 2 *obſ.* 1. *num.* 8. *Cravett. conſ.* 985. *n.* 43. *tom.* 6.

IV.

Quartò deniq; expreſsè nobilitatur, & privilegiis nobilium lætatur, ſi quis ſe nobili det in adoptionem.
116 † *Vt voluerunt, Bocer. lib.* 2. *de Regal. c.* 2. *n.* 37. *& ſeqq. Arumæ. Exercit. Iuſt.* 2. *th.* 21. *Menoch. lib* 4 *praſ.* 89. *n.* 35. *Flam. de Rubeis, conſ.* 91. *n.* 35. *& ſeq. vol.* 3. Et quidem regulariter beneficio legis, quia patriam dignitatem
117 per adoptionem quæri poſſe, leges ſtatuunt, † *l. in omni,* 13. *& l per adoptionem,* 35 *ff. de adopt. l. ſenatoris,* 5. *cum l. ſeq. & l. liberos,* 10. *ff. de ſenat.* Diximus regulariter, quia interdum etiam per adoptionem expreſsè quis Principis beneficio nobilitatur, nempè ſi authoritas Principis interveniat, vel adoptio apud Princi-

pem

pem peragatur, † *argum.l.ſed ſi hac,* 10.§.3.*ff.de in jus* 118
*voc.l.quod Principis.*23.*ff.de aq plur.arc. Bocer. de Regal.*
*d.c.*2.*num.*41.*Beſold.lib.*1.*pol.c.*11.§.7.*num.*54. Et Princeps, quod adoptatum, Nobilem eſſe velit expreſsè adjiciat, †. *Reinhard.Bachof diſput.*15. *th.*5.*lit.c.in fin.*
Quod autem adoptatum nobilitari diximus, illud in 119
hoc caſu procedere intelligimus, ſi avus maternus nepotem adoptet ex genere plebejo, † *Treutler. vol.*2. 120
*diſp.*15.*th.*5.*lit.c. ibiq; Bachov.in not.verſ. Vnde quaſitũ, Niell.diſp.feud. ult. th.*2. *lit. b.* pro quo facit ſolida ſatis ratio, quod ita adoptatus eſt in poteſtate, familia, & agnatione patris adoptantis, *l.pen.C.de adopt* §. 2. *Inſt. eod.* Non verò ſi pater extraneus propria authoritate
plebejum adoptet, † *Caſſana in Catal glor.mund.part.* 121
8.*conſid.*23.*Bon.de Curtil.tr.Nobil.part.*4.*num.*13.*Harprecht.in com.de Adopt.§.fin.n.*5.*& ſeqq.* *Weſenb.conſ.*44.
num 5.quia talis adoptio jus ſanguinis non tribuit, † 122
*Rudinger.*1.*obſ.*25.*num.*1.*Tiraquell.de Nobil.c.*15.*n.*6. ubi tamen ait, filios adoptivos fieri nonnihil illuſtriores ex nobilitate parentum, *Menoch.conſ.*1029.*num.*34. *lib.*11.Nec obſtant textus juris veteris, *ut & l.*6.*&* 10.
ff. de ſenator. † quibus proculdubio eſt derogatum, 123
licet & alia ſit ratio momentaneæ dignitatis ſenatoriæ, quæ præſertim, quo ad ſingulares effectus, velut ex L. Jul. Papia, cuivis adoptivo facilius poſſit communicari.

AD CAPUT VII.

SUMMARIA.

1. *Nobilitas, quo ad Deum illaudabilis videtur.*
2. *Omnes primum habent cœnum & limum.*
3. *Rythmus Germ.* da Adam hackt / ꝛc.
4. *Iohannes Ball ſeditionem concitavit hoc themate.*
5. *Maximiliani I. reſponſio.*
6. *Ad politiam conſervandã eſt maximè laudabilis.*

7. *Primus finis nobilitatis*, & n. ſeq.

9. *Ordine nihil jucundius nihil commodius.*

10. *Præſertim in diſtinctione honorum & graduum.*

11. *Ordinis & Confuſionis effectus recenſentur*, n. 12. & ſeqq.

15. *Seditio tanquam pacis publicæ turbatio vitanda eſt.*

16. *Antiqui legum latores Nobiles ſemper à plebejis ſejunxerunt.*

17. *Vt olim, apud Saxones ita hodie apud Danos inter Nobiles & ignobiles jus connubii non eſt.*

21. *Secundus finis nobilitatis*, cum n. ſeq.

23. *Donis & gratiis, blandimentis & honoribus quis invitatur ad bonum*, n. 24. & ſeq.

26. *Præmia ſi tollantur nemo virtutem amplectitur.*

27. *Nobilitas non eſt conferenda ad nudas ſubrepentium preces.*

29. *Sed cautiſſimè, parciſſimè, cum cauſa.*

30. *Et per modum virtutis.*

31. *Ne dignitas indignitate afficiatur.*

32. *Princeps propter virtutem nobilitaſſe creditur.*

33. *Vel cum indignitate diſpenſaſſe.*

34. *Gallorum axioma.*

35. *Princeps comparatur lapidi Philoſophico.*

Caput VII.

De cauſa finali nobilitatis.

1 QUamvis quo ad Deum † illaudabilis videatur nobilitatis quæſtio, quia mundi gloria eſt vanitas vani-

vanitatum & omnia vanitas, *Ecclеſ.c.1.in pr. Caſſan. in Catal glor.mund.part.1.conſid.56*, nec ſanguinis nobilitas alia eſt, quam ſtercoris ac fœtoris, *ait ex Hoſtienſ. Bertrandus conſ.24.num.4.vol.2.part.1*, omneſque † 2
habent generis originem lutum, tam ii qui in purpura & byſſo ſuperbiunt, quam ii qui in magna degunt inopia, *Fr.* Pfeill/ *conſ.197.num.20.cent.2.* tam qui diademate redimiti ſunt, quam qui per cubicula excubant. *Duco di Paſcolo in aulic. Polit.th.69.* Unde illud † 3
Sebaſtiani Schefferi:

Cum neret conjux, & humum laniaret Adamus,
Vomere, nomen ubi nobilitatis erat.

Quod Germani dicunt, alß Adam hackte/ vnnd Eva ſpann/ Wer war alda ein Edelman/ & horum imitatione Angli, wohen Adam dolve / and Eva 4
Spann/who was thena Gentelman/ quo themate †
celebris ille in Anglia ſeditionum concitator Johannes Ball. uſus legitur in concione, quâ plebejos excitabat contra Nobiles, inæqualitatem dignitatum hominum injuria obortam dictitans, eamq; ad primam æqualitatem revocandam, in qua Deus unum quemque creaverit, *Henn. Arniſ. de jurib. Majeſt.lib 2.c.3.n.* 17. Nec id Maximilianus † I. Imp. ivit infitias, qui 5
cum Noribergæ in curia rythmos hoſce depictos Germanicos, als Adam ſpann/ꝛc. legeret, ſapiens Imp. ſtatim ſubjecit:

Ich bin ein Mañ als ein ander Mañ/
Ohne daß mihr Gott die Ehre gan.

Attamen quo ad hanc humanam ſocietatem & civilem politiam conſervandam maximè neceſſaria eſt, & laudabilis, † *Decian.reſp.7.num.1.libr.3. Hipp. Riminald.conſ.581.num.11.lib.5.* Quia in Principatu nihil, quam perſonarum æqualitas, pernitioſius, non ſecus ac uniſonum murmur inſidium concentu. Quod flores ſunt in patris, id Nobiles in Repub. ait *Obrecht. in diſp.de Regal.th.125.* 6

I.

Primò, ut dignitatum Ordo & ordinem Geometrica æqualitas, in quâ ſolâ imperii ſubſtructio conſiſtit,
7 ſervetur, † *t.t.C.ut dig.ord.ſerv.l.1.ff.de alb.ſcrib.l.2.C. de primicer.* ita, ut antiquiſſimus noviſſimo præferatur, *d.l.1.ff.de alb.ſcrib.diſt.*61. major minori, *Flam.de Rubeis conſ.65.n.16.& ſeqq.vol.2.Iaſon.conſ.192.n.1.& ſeqq. Cephal.conſ.615.num.144.& ſeqq.libr.*5. nam nec ſtatutum ſeu conſuetudo valet, ut minor majori præferatur, *Berojus conſ.22.num.* 20. *& ſeqq.vol.* 1. anterior poſteriori, *l.4.C.de conſul.* ſuperior inferiori, *l.2.C. de primicer.* vetuſtior noviori, *l.2.C.de præf.prætor.* veteranus novitio, *l fin.§.quoties,ff.de publican.Bernard. Bombin.conſ.22.num.6.* Studioſus Beano, *arg.l.ult. C.de tyron.* primo ordinatus poſterius ordinato, *Abbas in c.* 1. *num.*1. *& in c.ſtatuimus, in fin.pr.de major.& ob.* Et in ſumma, ut cives apta ac decenti collatione inter ſe, &
8 cum Rep. conjungantur, † *Bodin.lib.* 3. *de Rep. c.8.in pr.Azevedo ad conſt.Hiſp.lib.5.tit.7.leg.7.num.*2. Nec quicquam non ſolum in cœleſtibus, ſed etiam terrenis ordine jucundius, aut ad uſum commodius excogitatum. † *Arumæus tr. de mora in præm. num.* 17. *&*
9 *ſeqq.Natta conſ.638.num.2.tom.*3. præſertim in diſtin-
10 ctione honorum & graduũ, † *Ioan le Cirier de primog. lib.2.quæſt.3.n.3.Petr.à Biaxio in direct. Election part.3. c.38.num.1.Ioan.Hugo tr.de off.quat.prælat.part.4.c.fin. num.1.& ſeq.Nic.Boer.tr.de grad. utriuſq; fori,p.1.num. 6.Peregrin.conſ.84.n.2.lib.*1. Ordo enim ſeu graduum
11 diſtinctio alit & fovet concordiam, † *Burſat. conſ. 343.in pr.lib.4.Decian.reſp.7.num.71.vol.*3. Ubi verò
12 non eſt ordo, ibi eſt ἀναρχία & confuſio, † *Fr. Marci deciſ.1120.num.29.part.1.Cothman.conſ.95.n.8.vol.*2. partarumque rerum cœlo cumulus æquatus, ſedem
13 ſtabilem non habebit, † *ut loquitur Valer.Max.in dict. & fact.memorab.lib.2.c.*4. Confuſio autem cum ſedi-
14 tionis ſit ſeminarium, † *Conrad.Brun. libr.3.de ſedition.c.6,num.* 1. *& ſeq.* ſeditio verò pacis publicæ turbatio,

Digitized by Google

batio, † *l.1. & 2. C. de ſeditioſ. Nicol. Boer. tr. de ſeditioſ.* 15
quæſt. 2. n. 1. admodum eſt vitanda, † *Dom. Iacobat. de* 16
Concil. lib. 2. num. 40. Quod cum benè animadverterent antiqui legum latores, Nobiles ſemper à plebejis ſejunxerunt. † Ut de Theſeo Athenarum conditore refert, *Plutarch. in Theſeo* de Romulo. *Dionyſ. Halicarnaſſa. lib. 2. antiq. Rom.* de Solone Athenienſium legislatore, *Tiraquell. de Nobil. c. 20. num. 4. & ſeq.* Quid quod & apud Saxones † veteres inter Nobiles & ignobiles connubiis jus non erat, *Adam. Bremenſ. lib. 1. c. 5.* uti nec hodie in Daniæ regno, *ut ex Receſſu* Kônig *Chriſtian, c. 36. refert Cypræus de jur. connub. c. 13. §. 36. in fin.* Quinimò Julius Cæſar ſegregavit † Nobiles à plebejis, non ſolum in negotiis arduis, verùm & in levibus, taliter quod Nobiles ſimul cùm ipſo Cæſare veſcebantur uno palatio, plebeji verò inferius in alio, *ut refert Otalora de nobil. Hiſp. p. 2 c. 4. num. 2. & ſeq.* idq; omninò comprobatur, *in l. 2. §. deinde cum ff. de O. I. ibi Zaſ.* ubi habetur quod lege 12. tab. non permiſcebantur patritii & plebeji, ſed omninò diſtinguebantur. Qui ergo cives ſine ullo diſcrimine confuſos eſſe velint, perinde faciunt, ut ſubulci, qui porcos omnes, ſive pingues ſive macilentos in eandem haram compellunt, † *Thom. Bozius tom. 2. de ſignis Eccleſ. Dei, lib. 22. cap. 8. ex Chionita*, vel qui hordeum, frumentum oryzam milium, legumina, &c. in unum acervum cumulant, qua ex re, & ſingulorum ſeminum, & univerſi acervi uſum amittunt, † *Bodin. de Repub. d. cap. 8. in pr. Friz. de Nobil. civil. concl. 29. per tot.*

17 (at "ſejunxerunt"), 18 (at "biles connubiis"), 19 (at "in fin."), 20 (at "lunt"), 21 (at "cervi uſum")

II.

Secundò, ut virtuti debitum conſtituatur præmiũ, † *argum. l. ſemper, 5. §. 3 ff. de jur. immun. l. 4. C. de ſtat. & imag. l. 1. C. de famoſ. libr. Ioan le Cirier. de primog. quæſt. 14. num. 21. lib. 2. Somnium Viridar. de poteſt. ſecul. & Eccleſ. c. 117. numer. 1.* ne benè meriti inani ſpe lactentur, ſed promeritis honorum titulis ad publicæ ſalutis ſtudium inflammentur, † G. Schônborn *lib. 3. pol. c. 20.* 23

22 (at "argum.")

Peregr.

Peregrin.conſ.3.num.37.lib.2. Atque hunc nobilitatis finem eleganti hoc carmine complexus eſt, *Nicolaus Reuſnerus.*

Regia qui geſtant trabeati ſceptra Quirini
Diſtinctos hominum conſtituêre gradus:
Ut virtus in honore foret, nec inertibus eſſent
Hi, quibus ingenium nobile & acre, pares.
Nam velut agricolæ diſtinguunt ſemina frugum,
Et meliora ferunt fertiliore ſolo:
Sic quoq; ſecerni decet hos à plebe, merentur
Qui clarum ingenio nobiliore decus.
Ergo magnanimo qui pectore caſtra ſequuti
Fortiter hoſtiles ſuſtinuere manus.
Aut qui virginei conſcenſo culmine montis
Aonidas ſtudio demeruere ſuo,
His tribuunt Reges vel nobilitatis honorem,
Laurea vel nitidis ſerta gerenda comis.

Donis ſiquidem & gratiis, † *Petr. de Anchor. in*
23 *clem un. §. nos itaq; in fin. de reliq & ven.ſanct.* blandimentis & honoribus, † *c.qui ſyncera, 45. diſt. c. quam*
24 *pro. 1. quæſt. 2. notatur in l. 4 ff. de inoff. teſt.* ac muneribus
25 quis invitatur ad bonum, † *Caſſan. in Catal. glor. mund part. 1. conſid. 10. in fin. argum l. medicus, 6. in fin. C.*
26 *de profeſſ. & med.* E contra † ut ait Juvenalis, *libr. 4. Satyr. 3.*

——— *Quis virtutem amplectitur ipſam*
Præmia ſi tollas. ———

Amara per ſe virtus abſq; gloria, *Saluſt. Orat. 2. ad Iul. Cæſ. de Repub. ordin.*

Eſt labor ingratus quem debita præmia fallunt.

Ioh. Owen. in Epigram. Monoſt. Eth n. 7.

Conferant autem Principes præmium illud virtu-
27 tis, non ad nudas ſubrepentium preces, † aliâs nobilitas eſſet ſub & obrepti. Nam quod inverecunda petentium inhiatione conſtringantur, ut etiam non
28 concedenda tribuant fatentur Impp. † *in l. 1. C. de petit. bonor. ſublat.* Sed cautiſſimè, parciſſimè, cum cauſa,

ſa, † *ut ait Garſias de Nobil.gloſſ.* 1.§.1.*numer.* 20. *Azevedo ad conſt.Hiſp.lib.* 6.*tit.* 1.*leg* 1.*de los cavalleros, num.* 29
24.& per modum virtutis, † *Alex.Raudenſ. deciſ. Piſan.* 40.*num.* 369. quia niti debet nobilitatio probabili ratione, *Beſold.lib.* 1 *pol.c.*4.*n.*47. ne, uti Imp. Michael dicere ſolebat, dignitas indignitate afficiatur, † *H. Kirchner.de Repub.diſp.* 12.*corol.* 10. 30 31

In dubio tamen Princeps propter virtutes nobilitaſſe, † *per l.* 3.*ad fin.ff.de off.prætor. Capoll.de Imp. mil. delig.c.* 11.*incip pro Imp.num.*7.vel ſaltem cum indignis moribus diſpenſaſſe creditur, † *per l. quidam,* 57.*in fin.ff de re jud. Petr. à Biaxio in director. Elect. c.* 10.*num.* 3.*part.* 1.*Iaſon in l. Barbarius, numer.* 10. *&* 14.*ff.de off. prætor.* videlicet ſi inter Candidati qualitates nobilitatem nullam proportionem videat, vel ex certa ſcientia & non ignorata illius conditione nobilitet, *Tiraq. de Nobil.c.*6.*n.*25. Quo ſenſu accipiendum illud Gallorum, Que le Roy de France puiſſe faine d'un vilain, un chevalier. † *quod attingit Gothofr.in not.ad l.ſed ſi,* 10.§.3.*ff.de in jus voc.* Ut Princeps non ineptè † comparari poſſit lapidi Philoſophico, quemadmodum enim lapis ille ex plumbo facit aurum, ſic Princeps multiplicare poteſt nobilitatem, & tingendo in Nobiles transformare, ſi qui indigni. 32 33 34 35

Ad Caput VIII.

SUMMARIA.

1. *Nobilitas recipit gradus ſecundum majus & minus.*
2. *Non ſolum civili, ſed & Saxonico jure,* & n.3.
4. *Gradatim honores deferendi,* n.5. & ſeqq.
13. *Imperator non eſt dignitas, ſed dignitatum culmen,* & ſeq.
15. *Non tamen ab albo dignitatum & nobilitatis eximendus.*

16. *Ap-*

16. *Appellatione militum Imper. & nomine populi ſenatus continetur.*

17. *Impp. paſſim in jure vocantur Nobiles, Nobiliſſimi,* & ſeqq.

20. *Dignitas major non tollit minorem,* & ſeq.

22. *A majori qualitate fit denominatio,* & ſeqq.

27. *Eadem perſona ubi duplicem gerit qualitatem, diverſo jure cenſeri poteſt,* & n.28.

29. *Regia dignitas duplex eſt, hereditaria vel Eclogica.*

30. *Regna hereditaria quæ.*

31. *Regna Eclogica vel electitia quænam.*

32. *Imperium Romano Germanicum eſt electitium.*

33. *Bodini præconcepta opinio de Archi-Ducibus Auſtriæ.*

34. *Auſtriacis nulla prætenſio ſucceſſionis hereditariæ in imperio per capitulationem competit,* & ſeq.

36. *Deſignati ad imperium quomodo pro more cujuslibet regionis vocentur,* 37. & ſeqq.

46. *Electores poſt Imper. ſupremam ac planè regiam dignitatem obtinent,* & ſeq.

47. Darumb ſchreiben ſie den Königen Ewer Liebde/vñ nit Ewer Gnaden/*ut ait Luther*.

49. *Principales ſunt imperii columnæ.*

50. *Præfecto prætorio adæquati ſunt, vel etiam eundem antecellunt,* n. ſeq.

52. *Reliqui Principes ſunt loco præſidũ provinciarũ.*

53. *Electores quare ita dicantur.*

54. *Imperator juſta de cauſa deponi poteſt.*

55. *Exempla extãt in Wenceslao, & Adolpho Impp.* 56. & ſeq.

58. Ele-

58. *Electores ſunt duorum ordinum*, & ſeq.

60. *Quemadmodum in Gallia Les Paris. Et quinam Pares ſint.*

61. *Officia Electorum Eccleſiaſticorum deſcribuntur*, & ſeqq,

65. *Error Tholoſani.*

66. *Electores Eccleſiaſtici habent poteſtatem eligendi non qua Archi-Cancellarii, ſed quatenus Electores.*

67. *Quæ ad Archivum ſpectant in Moguntinenſem translata ſunt cujus nomine Vice-Cancellarius aulæ imperialis ſubſcribit.*

68. *Quare nomina Archi Cancellariatus retineant*, & ſeq.

70. *Quare Imp. Eccleſiaſticos Electores nepotum nomine ſalutet* vnſere Liebe Neven?

71. *Petri Heigii opinio.*

72. *Andreæ Knichen & Bernhardi Bertrami opiniones.*

73. *Veteres quoſvis agnatos* oder Våttern / *vocabant patruos.*

74. *Quis imperatorum primus Electores ita ſalutaverit?*

75. *Heigius & Bertram errant contra fidem hiſtoricam*, & ſeq.

77. *Authoris opinionem vel potius conjectura.*

78. *Officium Regis Bohemiæ in Electione Regis Rom.*

80. *In cæteris exemptus cenſetur.* (& ſeq.

81. *Officium Palatini in Electione Regis Rom.* & ſeq.

83. *Palatinus eſt vicarius Imperii.*

84. *An dignitas vicariatus proprie competat domui Bavaricæ vel Palatinatui.*

58. *Iuria*

85. *Iura Vicariorum diſputari non debent.*

86. *Imperator poteſt conveniri coram Palatino.*

87. *Quod Majeſtati nihil detrahit, ut Bodinus opinatur,* & ſeqq.

91. *Non eſt alienum à more aliorum regnorum,* 92 & ſeqq.

103. *Officium Electoris Saxoniæ,* & n. 105.

104. *Præfectus prætorio olim gladium Imperatori præferebat.*

108. *Leonhardi Hutteri judicium de Palatino & Saxone cum grano ſalis accipiendum.*

109. *Saxo habet privilegium provocandi neſcium.*

110. *Officium Marchionis Brandeburgenſis.*

111. *Inſigne Marchionis.*

112. *Officia Electorum ſecularium in genere.*

113. *Bodinus irridet officia Electorum.*

114. *Bodini vitia, & laudes,* n. 115. & ſeqq.

118. *Electorum vicarii & ſubofficiarii qui?*

119. *Principum nomen in jure tantum Imper. tribuitur.*

120. *In Gallia Regiæ proſapiæ Principibus competit.*

121. *Hodie eſt Polyſimon, & comprehendit Impp. Reges, Duces, Marchiones, Comites, Barones.* & ſeqq.

126. *Non tantum laicos, ſed etiam Eccleſiaſticos,* & n. ſeqq.

130. *Epiſcopi ſunt, qui peculiares Ducatus & Comitatus poſſident.*

131. Die Biſchoff kan man auff den Roſſen nicht kennen/vnd in der Kirchen ſelten finden.

132. *In ſpecie Principes ſunt, Anhaltini.*

133. *Inter Principes Imperii, præfulgent Archi-Duces Auſtriæ.*

134. Pri-

134. *Privilegia quædam Archi-Ducum Auſtriæ recenſentur*, & ſeqq.

142. *Magni Duces* Groß-Hertzoge/ *qui.*

143. *Error Marini Freccie, & Nicolai Mozzii.*

144. *Duces Imperii enumerantur.*

145. *Ducis Venetiarum poteſtas & deſcriptio*, & ſeqq.

149. *Error Hottomanni & Chriſtophori* Lehmañ.

150. *Omnes Comites circiter Caroli M. tempora fuerunt liberi.*

151. *Comites Waldecciæ in quo honore Caroli M. tempore fuerint.*

152. *Ius advocatiæ eſt ſummum regale.*

153. *Comites Palatini olim quinam fuerint.*

154. Pfo-*Dictio* Pfaltz/ *quid ſignificet.*

155. *Palatia quid, & quod Regalibus annumerentur.*

156. *Quot lineis conſtet Palatinorum familia.*

157. *Comites ſacri Lateranenſis palatii qui; quæve privilegia habeant, remiſſive*, & ſeq.

159. *Landgravii olim qui.*

160. *Landgraviorum ſunt quatuor familiæ.*

161. *Sunt etiam Landgravii, qui Principes non ſunt.*

162. *Receſſus enim Imperii, ut Comites vel Barones ſubſcribunt.*

163. *Marchiones olim qui.*

164. Marck/ *ſignificat fines ſeu limites.*

165. *Veteres Galli Equum militarum* Marach/ *vocitarunt.*

166. *Marchionem præfectum equitum ſonare putant Dd.*

167. *Nominis* Marſchalck/ *derivatio.*

168. *Differunt,* Marach/ & Marck/ *Marchio & Mareſcalcus.*

169. *Marchiones quomodo opponantur Landgraviis.*

170. *Marchiones quinam ſint, quare & quomodo conſtituti.*

171. *Burggravii olim qui.*

172. *Hodiè nulli amplius ſunt Burggravi.*

173. *Burggraviatus recenſentur.*

174. *De Etymo nominis, Comes non conſtat inter Philologos,* & ſeqq.

180. *Comitum varia genera recenſentur, & I. Sunt Comites Principificati,* Gefürſtete Graffen.

181. *Comprehenduntur verbo* Fürſtmeſſige.

182. *II. Sunt quatuor Comites Imperii* κατ' ἐξοχὴν *ita dicti,* & ſeqq.

187. *III. Sunt Comites, qui Comitatus ab imperio recognoſcunt.*

188. *IV. Sunt Comites, qui Comitatum à Principe quidem recognoſcunt, ſed tamen immediatè imperio ſubſunt.*

189. *Ejuſmodi Comitum fit mentio,* & ſeqq.

192. *V. Sunt Comites, qui quamvis in matricula reperiantur, exempti tamen ſunt ab aliis Principibus.*

193. *Tales ſunt qui notantur,* & ſeqq.

192. *Baronum ſignificatio latiſſima eſt.*

193. *Baronis verbi Etymologia,* & n. ſeqq.

196. *Lingua Germanica in decretis Comitiorum variis nominibus appellantur, ac primò* Freyen.

197. *Secundò* Freyherren.

198. *Tertiò* Semperfreyen.

199. *Quartò* Freyherren des Reichs.

Digitized by Google

200. *Quintò ſimpliciter* Herren.

201. *Sextò* Edle Herren.

202. *Septimò ſimpliciter* die Edle.

203. *Nominis* Herr / *ſignificatio eſt generalis*, n. 207. & ſeqq.

204. *Qualitas adjecta non tollit priorem*, & ſeq.

206. *Sed qualitas adjecta major retinet nomen minoris.*

214. *Civitates faciunt gradum nobilitatis. Et quænam imprimis* Nobiles *vocentur*, n. 215.

CAPUT VIII.

De gradibus Nobilitatis.

QUemadmodum in aliis rebus fieri conſtat, ut aliquid ſit melius, aliquid honeſtius, *l. ubi*, 75. § 2. *ff. de V.O.* Ita etiam in quæſtione ſtatus, nobilitas ſecundùm magis & minus gradus recipit, † non ſolum ci- 1
vili jure, † *per l. 3. ff. de natal. reſt. l tam demens*, 28. *C.* 2
de Epiſc. aud. l. ſi furioſi, 25. *in fin. C. de nupt.* Sed etiam
Saxonico, † quo ſeptem Hehrſchilde / hoc eſt, digni- 3
tatum gradus, quarum unaquæque ſtatum perſonæ unius ab altera diſtinguit die eine Perſon von der andern Standes halben hatt / inventi ſunt Landtrecht / *lib.* 1. *tit.* 3. §. zu derſelben zeit / *Colerus deciſ.* 69. *num.* 1. *part.* 1.

Cum enim honores gradatim deferantur, † *l. ut* 4
gradatim. 11. *ff de mun. & hon. t. t. C. ut. dign. ordo ſerv. Capolla de Imp. mil. delig. c.* 2. *n.* 4. non ut loquuntur Satyricè per ſaltum, † *c. ſolicitudo*. 52. *diſt. Gratian tom.* 1. 5
diſceptat. c. 186. *n.* 71. *Cothman. reſp. Acad.* 44. *n.* 28. Ut
qui heri ſervus, hodie ſit liber, † *l. prætor*. 7. §. 2. *ff. de* 6
injur. Heri Catuchemenus, hodie Pontifex, † *Hier.* 7

8 *ad Ocean.* Etenim ut nemo ſit caſu bonus, † *quod pluribus firmat Seneca Epiſt.* 123. §. 3. *pr.* repente peſſimus;
9 † *Cicero in Orat. pro Roſc. Amerin. Libav declamat.* 44. *Apolog.caci.* Ita neque repente aliquis ſit ſummus,
10 † *Ioan.de Pavin.tr.de Viſitat.q.* 5. *n.* 29. *part.* 2. *Chriſt. Lanfranch.tr.Vtrum præferend. Doctor an miles, n.* 51. *& ſeqq. Hier. Magon deciſ. Lucenſ.* 40. *n.* 24 fortuna ſiquidem queis repētina iis eſt & gravis, † *Seneca conſolat.*
11 *ad Helbiam.c.* 5. *facit in Agamemnon.verſ* 99. *H. Kirchn. in Morviller.lib.*3.*c.*3.*n.*96. ubi ait, quod fortuna iis ſit reverenter habenda, quicunque repente Nobiles, ab exili progrediuntur loco, *ex Auſon. Epigram.* 8. ſors quæ citò influit, citò effluit, † *affine illi Thyeſta in Se-*
12 *neca verſ.* 534. Ergo plebejus vel creatur Nobilis vel jam ante talis, ad gradum altiorem erigitur & proclamatur, Baro, Comes, Princeps, Marchio Dux, Rex Imperator.

Imperator.

Qui dignitatum gradibus vix videtur annumeran-
13 dus. Cum potius ſit dignitatum culmen & apex, † *Caſtald.de Imp.quæſt.*3.*in pr. Matth. Steph.lib.*2.*de jurisd. part.*1.*n.* 3. *&* 5. prout regulariter capita non veniunt
14 ſub appellatione dignitatum, † *c. dilectus, de conceſſ. præb. Peregrin. Iannin.de citat.real.libr.*1.*c.*1.*n.* 685. nec ſtipes facit gradum, cum ab eo gradus deſcendant, *c. fin.extr.de conſang. & affin.* Verùm cum hic univerſitatem Imperii contemplemur, quæ nō membris ſolum, ſed & capite conſtat, non videtur ab hoc albo digni-
15 tatum & nobilitatis eximendus, † *Caſtald. d.quæſt.*3. *in fin. P. Heig.part.*1.*quæſt.*2.*num.* 10. Nam ita videmus Imperatorem non ſolum militum, Senatum populi
16 nomine contineri, † *l.*1.*ff.de teſt.mil § plebs.Inſt.de jur. N.G.& civ.* Sed etiam Imp. Valerianum in jure Nobi-
17 lem, † *in rubr.l.de fideicommiſſ. C.de tranſact.* Nobiliſ-
18 ſimum, † *rubr.l.* 3. *qui bon.ced.l.* 6. *C. de liberal.cauſ.* alioſque Cæſares paſſim nobiles, nobiliſſimos vocari, *rubr.*

† *rubr.l.5.C.de jur. & fact.ignor.l.15 C.de pact.l.7.C.de his qui admitt. ad bon.poſſ.* 19

Dignitas enim major non tollit minorem, † *l ſenatoru, §. 1. ff de ſenat. l. municeps 23. ff ad municip Cephal.conſ.331.n.10.& ſeqq.lib.3.* & honore aucto prior conditio non mutatur, *l. falſa, 33. §. 2. ff. de condit. & dem.* nec deſinit appellari Nobilis, qui ad majorem dignitatem extollitur, † *Arniſaus lib. 1. de jur. Majeſt. c. 4. n. 1. per tex. all.* licet à majori qualitate fiat denominatio, ſi plures qualitates concurrant, † *Iaſon. in l. imperium, 3. nu. 3 ff. de jurid. om. jud.* ubi hoc pluribus exemplis illuſtrat *Gaill. 1. obſ. 30. n. 22. lib. 1. Gomez. in com. ad LL. tauri leg 79 n 6. Everhard. iun. conſ. 47. n. 3. vol. 1. Portius conſ 165. n. 20. vol. 4.* Et dignitatibus pluribus in unam perſonam collatis attenditur, quæ major eſt, † *Bart. in l. 1. §. ſi quis, ff. de appell. Hipp. Rimi nald. conſ. 740. num. 27. lib. 7 Decian. conſ. 20. num. 226. vol. 3. Peregrin. conſ. 3. n. 40. lib. 2.* quemadmodum Hiſpanus licet, ſit Rex Neapolis & Siciliæ, dignitatis tamen & poteſtatis ratione vocatur Rex Hiſpaniarum, † *Cardin. Mantica deciſ. 59. n. 11.* Dignius enim trahit ad ſe minus dignum, † *P. Heig. quæſt. 16. n. 33. part. 1. Schrader. de feud part. 10. ſect 7. n. 163. Weſenb. conſ. 18. n. 32. part. 1.* Et minor dignitas majori ineſt, † *l. cum furti, 9 ff. de in lit. jur. Peregrin. Iannin. de citat. real. lib. 1. c. 1. n. 953.* quamvis diverſis reſpectibus, diverſo jure, & diverſis qualitatibus cenſeri quis poſſit, † *Gaill. de Arreſt. c. 6. n. 14. & ſeqq. Seraphin. Olivar. deciſ. 1058 n. 6. part. 2. Menoch. conſ. 902. n. 71. lib. 10.* Et qualitas illa ſpectanda ſit, reſpectu cujus actus geritur, † *l. ſi pater, §. ſi duos, ff. de adopt. Everhard. à Middelb. in topic. loco à tanquam n. 5. Gylman. deciſ. Cam. 11. n. 2. lib. 1.* 20 21 22 23 24 25 26 27 28

Rex.

Poſt Imperatoriam dignitatem ſequitur regia, eaq; vel hereditaria eſt, vel Eclogica. † Unde etiam Principes regali inſigniuntur diademate, aut electionis aut 29

30 hereditatio jure. Jure hereditario, † ut in Gallia, Hi-
ſpania, Anglia, Suecia, quæ quondam libera Regis e-
lectione pollebat, *V. Exegeſ. hiſtor. quare Sigiſmund. III.*
Reg. Pol. Suecano diadem. exutus ſit, in pr. Jure Electio-
nis, ut in Polonia, Dania, Hungaria, Bohemia, quæ
regna nulla vi Regum creationem ſibi eripi patiuntur,
filios tamen omnibus anteferri putant oportere, ut
ſucceſſionis beneficio bellorum civilium ſtirpes eli-
31 dantur, † *Bodin. lib. 6. de Repub c. 5 p.* 1131. Quapro-
pter Hungari contra Ferdinandum Auſtrium, ex pa-
cto inter Maximilianum & Ladislaum Regem Hun-
gariæ Ann. 1491. inito, tum hereditario jure, quia Lu-
dovici ultimi Regis ſororem in matrimonio habebat,
ſucceſſionem in regnum prætendentem, *Sleidan. lib. 6.*
comm. tam obſtinatè jus ſuum, quod fruſtra pactioni-
bus ereptum dicebant, urſerunt; Ut Turcicæ perfidiæ
ſe committere, quàm ſceptris hereditariis cum potiri
maluerint. Et ii adhuc prætenderunt jus electionis,
cum adverſus Imp. Rudolphum ſeditionem moveret
Botskajus, *Mercure Franc. ſub Anno* 605. & adverſus
Ferdinandum II. Imp. noſtrum invictiſſ. Bethlehem
Gabor. Electitium quoq; eſt & eclogicum Romano-
32 Germanicum Imperium. † Nam licet penes Auſtria-
cos ultra centum & ſexaginta annos cōtinua ferè Im-
33 perii fuerit ſucceſſio, ita ut Bodinus, † *lib. 1. de Repub.*
c. 8. hujus opinaminis fuerit, Reges Romanorum jam
pridem Ducibus Venetorum factos fuiſſe pares, vel
etiam inferiores, niſi Auſtriacæ gentis Principes Impe-
rii Germanici Majeſtatem tuerentur, ſucceſſionem ta-
men hereditariam jactare erubeſcunt. † Ita enim
34 Reges Romanorum jurant in Capitulatione ipſis ab
35 Electoribus præſcripta, † vnnd in ſonderheit ſollen
vnd wollen wier vns auch keiner ſucceſſion oder Erb-
ſchafft des Römiſchen Reichs anmaſſen / vnterwin-
dē / noch in ſolcher Geſtalt vnderziehen / oder darnach
trachten / auff vns ſelbſt / vnſere Erben vnd Nachkom-
men / oder jemants anders vnderſtehen zu wenden /
ſondern

ſondern wir/ dergleichen vnſere Kinder/ Erben vnnd Nachkommen/ die gemelte Churfürſten/ jhre Nachkommen vnd Erben zu jedelicher zeit/ bey jhrer freyen Wahl eines Römiſchen Königs laſſen.

Atque ii quidem, qui olim ad Imperium deſignati fuerant, Principes juventutis dicebantur, † qui poſt 36
à Germanis Reges Romanorum, Römiſche König/ appellati ſunt, † ut etiam in principatu ſuffragiorum 37
jure delato, certus eſſet ſucceſſor, † *Bodin. libr. 6. de Repub. d. c. 5.* eodem more, quo apud Romanos invaluit, ut Imperatores Auguſti, illi verò Cæſares appellarentur, qui vivis Imperatoribus deſignati eſſent, † *ut ex Ammiano probat Gothofred. ad L. Eiſi. 7. lit. l. C. de malef & math. per ill. tex. Dauth. de teſtament. n. 255.* quemadmodum in Gallia Regum ſucceſſores vocatur Delphini regni, vulgò Daulphin de France, † ideò, quod Umbertus Delphinatum Princeps Philippo Valeſio ea conditione Principatum ceſſerit, ut regni proximus heres Delphinus diceretur, † *G. Schönborn/ lib. 2 pol. c. 17. in pr. H. Mutius lib. 25. Chron. German.* in Hiſpania infantes, etiamſi fœminæ ſint, † *Thom. Michael. de jurisdict. concl. 1. lit b.* Cujus rei teſtis eſt Iſabella Dux Brabantiæ Alberti Archi-Ducis Auſtriæ relicta vidua, quæ vulgari nomine die Infantin ſalutatur. Vocantur etiam Nepotes regni licet abuſivé, *Georg. de Cabedo. deciſ. 107. n. 2. p. 1.* Qui verò in Regem vivente patre juratur, vocatur hodie PRINCIPE JURADO. In Anglia Walliæ Principes, the Prince off Wallen, † *Cujac. ad c. ex parte. 47. de appell. recuſ. Florimond. Raymond. de la naiſſance de l' hereſie. libr. 6. c. 1, num. 2.* in Scotia Duces Rothſaſæ & Præfecti Cimbriæ, † in Græcia Deſpotæ, 44
Tholoſan. libr. 18. Syntagm. jur. c. 2. num. 20. in Tartaria Galbæ, *Broniovius de reb. Tartar.* in Dania, Heres Norwegiæ, quo tamen titulo hodie & Duces Holſatiæ utuntur, in Suedia Principes Fioriæ, *Goldaſt. tr. de Majorat. in controv. Ducum Saxon. Aldenb. & Wimar. de jure præced. lib. 1. c. 16. num. 10.* in regno Neapolitano Duces

 Cala-

45 Calabriæ, in Arragonia Principes Gerundiæ, &c. † *P. Heig. part. 1. quæſt. 6 n. 38. cum alleg.* Quomodo Carolus IV. *in comm. de vita ſua*, Wenceslaum & Sigiſmundum filios, vocat, ſecundos ſuos ſedentes in thronis.

Electores.

Poſt Imperatorem & Regem Rom. veniunt Adjutores Imperii, quos noſtri ſtatus, Stände des Reichs/ Hiſpani Los grandos, Galli Ordines regni vocant. Inter quos ſupremum gradum, ac planè regiam digni-
46 tatem obtinent Electores, † *P. Heig. part. 1. quæſt. 4. n. 51. Sixt. lib. 1. de Regal. c. 4. n. 29.* Vber deren Geſchlechter kein Stattlicher vnnd Höhere familiæ zufinden/
47 † *refert & probat ex Æn. Sylv. in deſcript. Germ.* das Außſchreiben vnnd Entſchuldigung der Chur vnnd Fürſten Brandenb. vnd Pfaltz Neuburg wegen des
48 Gülſchen Krigswesen. Unde Lutherus, † in ſeinen Tiſchreden/ c. 38. Die Churfürſten/ ait, ſchreiben Königen Ewer Liebde/ vnd nicht Ewer Gnaden/ dañ ſie ſeind Königen gleich geachtet/ *Waſem. ab Erenberg. de fœder. libr. 1. c. 2. n.* 147. Sunt enim principales Imperii
49 columnæ, † *Aur. Bull. c. 3.* Ibi, als Edle Seulen des Reichs/ *Henn. Goden. conſ. 1. rubr quomodo & qualiter. n. 10. Everh. Iun. conſ 1. num. 27. vol. 1.* in welchen beſtehet die Hoheit dero Kayſerlichen Ehre/ *ut loquitur Sigiſmund. Imp. in pr. Aur. Bull.* Suntque hi loco præfecti
50 prætorio, † *Ioh. Schneidevv. de feud. part. 2. n. 81. Weſenb. conſ. 46. n. 2. part. 1.* ſi non præfectum prætorio an-
51 tecellant, † *ut vult Pruckman. conſ. 27. n. 30. vol. 1.* reliqui verò Principes ac Comites loco præſidum Pro-
52 vinciarum, † *Weſenb. in par. C. de diverſ. reſcript. n. 4. Bocer. c. 3. de Regal. num. 212. & claſſ. 6. diſp. 3. th. 4. lit. b.* quamvis de Comitibus ſcribat *Hipp. Riminald. conſ. 68. num. 19 lib. 1.* quod in ſuis Comitatibus magis aſſimulentur Principi quam Præſidi provinciarum.

Dicuntur Electores, quia habent poteſtatem eligendi

gendi & juſtis de cauſis deponendi Imperatorem, † 53
Princeps enim ex juſta cauſa exui poteſt, † *Ioh. Par-* 54
lador.lib.1.rer.quot.c.3.n.8.Fr.Schott.conſ.1.n.236.tom.
1.Idque in Wenceslao Caroli IV. filio, † *de quo in* 55
Chron. Lantgrav. Thuring.c.142.tom.1. Piſtor.H. Mut.
lib.26.Chron.Germ.Aventin.lib.7. Annal.Bojor. W*im-*
pheling.in Epit.rer.Germ.c.46. Et Adolpho Naſſovico
obſervatum extitit, † *H.Mut.lib.22. Chron. German.* 56
Lampad.in mellif.Pezel.part.3. in Adolph. quem tamen
Moguntinenſis Archi-Epiſcopi odio atque injuria
depoſitum eſſe homo de Schola ſcribere non erubuit,
† *Barth.Keckermann.in curſu Philoſ.diſp.36.th.12.* 57

Sunt autem duorum ordinum tres, ſc. Eccleſiaſtici,
& quatuor ſeculares. † Etenim, quia firmiſſima Chri- 58
ſtianæ politiæ præſidia ſunt, ſacerdotium & regna, † 59
Choppin.de doman.Franc.lib.3.tit.29.num.3. ideò à ſacri
Imperii regimine ſacer ordo excludi non debuit, eo
quod utraq; qualitas eidem ſimul & ſemel ineſſe poſ-
ſit, † *D.Zach Vietor. de cauſ. Exempt Imper.concluſ.3.* 60
cum alleg. Non ſecus ac Pares Franciæ Vulgo Les Pairs
ex eadem mixtura attemperantur. † Ex quibus præ- 61
cipui ſunt XII. videlicet ſex Laici, 1. Prince de Con-
de, loco Ducis Burgundiæ, 2. Conte de Sueſſon, 3.
Duc de Montpenſier loco Ducis Normandiæ, 4. Duc
de Longoville loco Ducis Flandriæ, 5. Duc de Lor-
raine, 6. Duc de Nivers loco Comitis Campaniæ, &
ſex Eccleſiaſtici, 1. Archi-Epiſcopus Rhemenſis, 2.
Epiſcopus Lingonenſis, 3. Noviodunenſis, 4. Ca-
talaunus, 5. Langerenſis, 6. Bellovacus, *Sleidan.*
lib.19.comm.

Inter Eccleſiaſticos, 1. numeratur Archi-Epiſco-
pus Moguntinus, qui eſt Cancellarius Germaniæ,
& πρόσωπον totius collegii. † 2. Colonienſis, Cancel- 62
larius Italiæ vel trans Alpes. † quemadmodum in 63
quodam diplomate de Anno 1275. legitur: wir Sy-
vert Ertz-Biſchoff von Cöln / deß Reichs von Ober-
berg Ertz-Cantzler / *teſte Marq. Frehero in not. ad P. de*

Andlo lib. 2, *c.* 1. Trevirenſis Cancellarius Galliæ, nempe per eam partem, quæ regno Arelatenſi continetur,
63 quæ ſola Romanum Imperium agnoſcebat, † Nam per cæteram Galliam Cancellario minimè opus fuit. *Dn. Cluter. in ſyllog. rer. quot. concl.* 24. *lit.* K. Quando
64 enim Imperator, † Italiam ingrediebatur, Colonienſis privilegia ſeu diplomata Imperialia ſignabat, ejuſq; nomine edebantur, idemq́, factitabat Trevirenſis in
65 Gallia. Moguntinus in Germania. Errat ergò, † *P. Greg. Tholoſ. lib.* 6. *de Repub. c.* 13. *num.* 25. exiſtimans, Moguntinum nomine Germaniæ, Colonienſem Italiæ, Trevirenſem Galliæ nomine electionis munere fungi, quia non ut Archi Cancellarii ſed ut ſeptemviri
67 Imperii, & Electores ſuffragii jura exercent; † *H. Kirchner in Morviller. lib.* 1. *c.* 4. *num.* 13. *& ſeqq.* Ac quamvis Impp. hodie in Italia & Gallia nihil juris, adeò, ut nihil ferè niſi nuda nomina reſtare videantur, indeq; factum ſit, ut omnia quæ ad Archivum Imperii ſpectant, in Moguntinenſem, (cujus hodie, (non Imperatoris) nomine Aulæ Imperialis Vice-Cancellarius diplomata Cæſarea, privilegia, indulta, beneficia & ſimilia ſubſcribit. Et contra: ad mandatum proprium Cæſareæ Majeſtatis, non Vice-Cancellarius, ſed Se-
68 cretarius ſubſcribit,) tranſlata ſint, † attamē ejuſmo-
69 di nomina cautè titulis ſuis inſerunt, † ut tandem aliquando data occaſione, ſi tempora ferant, habeant juris ſui aſſerendi, & poſtliminio revocandi prætextū. Nam à retentione nominis arguitur ad retentionem
70 effectus, † *l. à nullo. in fin. C. de ſer. Nic. Everh. Iun. conſ.* 41. *num.* 31. *vol.* 1.

71 Cæterùm, † quare Imperatores Electores Eccleſiaſticos nepotum nomine ſalutent, unſere liebe Nevē vnnd Churfürſten/ non eſt usquequaque expeditum?
72 Petrus Heigius, † *lib.* 2. *quæſt.* 4. *num.* 62. primus rationē illius appellationis indagavit, ad æmulationem ejus, quod Electores Politici Oheimb/ vel ſimili agnationis cognationisq́; nomine ab Imp. ſalutarentur, in-

inductum ratus, ut Eccleſiaſtici, qui de naturalis cognationis prerogativa gloriari nequirent, civilis quaſi ὑοθεσίας beneficio ſuis coelectoribus pares fierent. Cur autem nepotum potius quam filiorum nomine indigitentur, non explicat. Adſtipulari videtur quod Nepotum appellatio latior ſit quam filiorum. Nam & jus civile nepotem ex fratre vocat, & nepotem ex patruo. *l. ſunt autem. 7. ff. de legit. tutor.* Andreas Knichen, † *in* 73 *com. de Sax. non prov. jur. verb. Electorum c. 1. num. 321. id* ſingulari affectioni, & gratioſæ familiaritati, attribuit, ubi addit Landgravius Haſſiæ, Comites Schaumburgenſes. & alios nonnullos prælibato titulo dignari, Bernh. Bertram *de Comitiis memb. 2. concl. 2. n. 20. in fin.* ſe nec ab aliis expiſcari, nec proprio Marte excogitare potuiſſe ingenuè fatetur, quod ipſi nedum difficile, ſed etiam impoſſibile erit, ſi vocabulum, Neve propriè & pro Nepote tantum, non verò καταχρηστικῶς, vel latius ut apud Belgas, accipiat. Ita olim Patruum, † generali 74 notione pro quavis agnatione, omninò ut Teutonicum Vatter uſurpabant, *ut ponit Andr. Presbyter Ratisbonenſ. in Chron. Bavar. pag. 71. & pag. 84.* & in legibus Burgundionum, Patruus pro quovis propinquo, & (ut tum loquebantur) parente, paſſim promiſcuè ponitur *Wiſigoth. lib. 4. Burgund. tit. 3. c. 3.* Ita & Carolus IV. Imp. in Bulla Saxonica data Anno 1376. Albertum Ducem Saxoniæ, patruum Wenceslai Ducis vocat, cujus ille è fratre Otthone nepos, aut fratruelis erat, *Marquard. Freher. in comm. ad Bullam. Aur. Sigiſmundi. verb. Patruus Ludovici moderni.* Nimirum non ita exactè & diſtinctè eo ævo his cognationum nominibus uti ſolebant.

Quis autem Imperatorum primus Electores Eccleſiaſticos hoc nomine ſalutaverit, † multos halluci- 75 nari videmus. † Nam P. Heigius, † *part. 1. quaſt. 4.* 76 *num. 62.* quem ſequutus eſt Bertram *d. memb. 2. num. 20. in fin.* Fridericum III. id primum feciſſe putant, *in reform. Francof. de Anno 1442. rubr.* von dem heimlichẽ

Gericht/

Gericht/in quo tamen falſi ſunt, & contra veritatem hiſtoricam, ut alibi de Viro Clariſſ. G. B. loquitur idem Bertram. Non ſolum enim. † Fridericus Imp. ante
76 dictam Reformationem, Anno nimirum 1440. cùm Civitatibus Imperii Electionem ſuam denunciaret, ſed etiam Sigiſmundus Imp. Anno 1431. Electorem Moguntinum appellavit ſeinen lieben Nev vnnd Churfürſten/ ut patet ex diplomate, quod exhibet, *Chriſt.* Lehman / *lib.7.chron.Spirenſ.c.* 78 Imò Rupertus Imp. vocat Electores Eccleſiaſticos, die Ehrwürdige/ vnſere liebe Oheimen/ Neven vnd Churfürſten/ in cõfœderatione A. 1408. cum civitate Spirenſi initâ *Chriſt.* Lehman/*lib.7, chron. Spir.c.*75. Ita ut nos arbi-
77 tremur, † titulum hunc honorarium circiter Ruperti tempora & poſt latam Auream Bullam excogitatum fuiſſe, Nam Wenceslaus, Carolus IV. Ludovicus Bavarus, & qui ante ipſos fuerunt Impp. Electores Eccleſiaſticos non alio nomine appellaſſe quam vnſere liebe Fürſten / die Churfürſten zu N. N. ex antiquis Imperii actis & decretis non obſcurum eſt. Inter Electores ſeculares, eſt 1. Rex Bohemiæ, cujus officiũ eſt, quod ſit Pocillator, οἰνοχόος ſive Archipincerna Im-
78 perii. † Primum enim potum non meracum vinum ſed aqua dilutum, *per Aur. Bull.c.*27.*num.*5. (credo ex præcepto Salomonis *Proverb. cap.ult.verſ.*4.) in celebratione curiæ Imperialis afferre tenetur, quem tamẽ ſub corona regali *Hartm. Maur.de Coronat. Carol. V.* niſi libera voluntate voluerit, miniſtrare non tenetur,
79 † *Reſtaur.Caſtald.de Imp.quaſt.*8.*num.*21. Alioqui Comitiis & conventibus Imperii ordinariis Rex Bohemiæ nõ intereſt nec circulo addictus, neq; etiam contributionibus, aliisq; Imperii oneribus obnoxius eſt,
80 † *Knichen de Saxon. non prov. jur. verb. Elector. c.* 1. *num.*234.

Deinde eſt Comes Palatinus Rheni Archimagirus, ſive Archidapifer Imperii der Oberſte Truchſes des
81 H. Römiſchen Reichs/ † ut legitur in diplomate Ruperti

Ruperti Comitis Palatini *apud Chriſt.* Lehman *lib.* 7. *chron. Spir. c.* 52. *&* 54. Cujus munus eſt in curiis ſolēnibus, in Coronatione Regis, aliisq; conventibus panegyricis, ut Imperatori pomum ſeu globum aureum, in ſignum univerſalis Imperii præferat. † *Aurea* 82
Bulla Carol. IV. tit. 27. *Marquard. Freher. lib.* 1. *de orig. Pal. c.* 15.

Privilegia quæ Comes Palatinus habet, ſunt 1. Quod vacante Imperio in partibus Rheni, Sueviæ & in jure Franconico ſit Vicarius Imperii, † *Aur. Bull.* 83
c. 5. *ibiq; Buxtorf. concl.* 55. *& ſeqq. Aruma. diſcur.* 3. *concl.* 26. *& ſeq.* Ac quamvis Chriſtophorus Gewoldus Conſiliarius Bavaricus, † Vicariatum à Ducatu Bava- 84
riæ deducat, cui reſpondit Marquardus Freherus *per. c.* 5. *Aur. Bull.* Ibi, von des Churfürſtenthumbs vnnd Pfaltzgraffſchafft Freyheit wegen / quorū ſcripta publicè extant, *adde Buxt. ad Aur. Bull. concl.* 55. *lit. e.* Ubi obſervatione dignū, titulum Electoris & Vicarii in omnibus diplomatis Cæſarum, & Electorū, medium inter Palatinū Rheni & Ducem Bavariæ poni hoc modo: Friderich Pfaltzgraff bey Rhein des H. Röm. Reichs Ertz-Truchſen / vnd Churfürſten / Hertzog in Beyern / vel vacante imperio Friederich von Gottes Gnaden Paltzgraffe bey Rhein des H. R. Reichs Ertz-Truchſes vn̄ Churfürſt in den Landen des Reichs Schwaben vnnd Fränckiſchen Rechtens Fürſeher vnnd Vicarius, Hertzog in Bayern / quo magis appareret eum Comitivæ Palatinæ, non Ducatui Bavariæ adſcribi & tribui. Quod & hodiernus Cancellariæ ſtylus obſervat. Hodie tamen Impp. in Capitulatione jurare tenētur, quod eos qui in poſſeſſione juris vicariatus ſunt, tueri velint & debeant, † *Capit. Ferdin. II. art.* 34. Ibi, 85
auch nicht nachgeben / daß die Vicariaten vnnd deren Jura von jemand diſputiret, oder beſtritten werden.

Alterum privilegium eſt, Quod Imperator poſſit coram Palatino Rheni conveniri, † *Aur. Bull. d. c.* 5. 86
§. fin. ibiq; Buxtorf. concl. 77. *cum alleg. Aruma. d. diſcurſ.*

3. *concl.*

3.*concl.* 45. Quod tamen Imperatoris Majeſtatem ut
87 Bodinus, † *lib.*2. *de Rep.c.*8.nugatur, haudquaquam
88 imminuit, † *arg. l. digna vox.*4.*C. de legib.l.*3.*C. de teſtam.§.fin.Inſt.quib.mod.teſt.infirm.* Palatinove minorē facit *l. receptum.* 14.*ff. de jurid.* Quoniam non modo
89 civili, † *l.Iulianus.*17.*ff.de Iudic l.qui Iuriſdictioni.* 10. *ff.de Iurisd.* ſed etiam naturali æquitati conveniens eſt,
90 ne quis in propria cauſa ſibi jus dicat. † *Acac. Enenckel.lib.*1.*de privil.c.*7.*num.*17.*Vinc.Hondeda.conſ.*105. *n.* 14. *lib.* 1. Neque hoc à moribus aliorum regnorum
91 planè alienum eſt, jure enim Gallico, † *teſte Gothofr. in l. un. C. ne quis in ſua cauſ.Iud.* Rex ſibi jus non dicit, ſed ipſi dicitur à Parlamento, & interdum cauſa cadit. Ita Rex Bohemiæ ratione Sileſiæ coram judicio Ura-
92 tislavienſe, † *Schrader. de feud. part.* 10. *ſect.* 1.*n.*13. ratione Ducatus Glogovienſis coram paribus curiæ
93 † *Ioch.Beuſt.in l.admonendi. num.*194.*ff. de jurejurand.* Electores Saxoniæ coram ſuprema ſua Electorali Li-
94 pſenſi curia. † Churfürſt. Sächſiſche Oberhoffgerichts Ordnung zu Leipzig/*rubr.* wer vor das Obergericht/Principes Pomeraniæ reſpectu civitatis Stral-
95 ſundenſis, coram Senatu Stralſundenſi, † *Beuſt. d. loc. de jurejur.* Principes Germaniæ vigore Auſtregarū coram ſuis conſiliariis, *Ord. Camer. part.* 2. *tit.* 4. *verſ.* zumachten. *Schrader. conſ.* 2. *num.* 9. *vol.*1. Archiduces
96 Auſtriæ à ſubditis coram Nobile quodam, † *teſte Cuſpiman. in Auſtria. Munſter. lib.* 3. *Coſmogr.c.*399.& Reges Hiſpaniæ in conventibus triennalibus quos vocant, coram ſuis ordinibus ſe conveniri patiuntur,
97 † *Steph. Iun. Brut. in vindic. contra tyran. in rep. ad quæſt.*
98 6. Sic in Arragonia juſtitia Arragonica. † *Camill. Borell. de præſtant. Reg. Cathol. c.* 46.*n.*54. in Anglia juſtitia
99 magna. † *Bodin. lib.*1. *de Repub.c.*8.*n.*4. in Dania uni-
100 verſus regni ſenatus, † *Arniſa. de jur. Majeſt. lib.*1.*c.* 6.*num.*11. ſi Reg. cum alio lis ſit judicare ſolent. Verùm
101 præjudicia in Imperio ſunt cariſſima, † & præter Adolphi, *de quo Aventin. lib.* 7. *Annal. Bojor.* & Alberti quem

quem Electores Eccleſiaſtici Anno 1300. coram Rudolpho Comite Palatino convenerunt, *H. Rebdorf. in Annal. Anno* 1300. *tom.* 1. nulla ſunt.

Tertius inter Politicos Electores eſt Dux Saxoniæ, Archi-Mareſchallus Imperii. Officium cujus eſt, quod ſit portitor Enſis. † Quemadmodum enim olim præ- 103
fectus prætorio, gladium Imperatori præferebat in ſignum meri Imperii, † *P. Fab.* 1. *ſemeſtr.* 3. Ita Saxo præ- 104
fert Imperatori nudum & ſtrictum enſem in ſignum juſtitiæ, † Privilegia Electorum Saxoniæ potiora ſunt 105
1. Quod vacante Imperio Vicarii Imperii ſint in illis locis, ubi jura Saxonica ſervantur, † *Aur. Bull. c.* 5 106
text. in ſpecul. Sax. lib. 3. *art.* 63. Et ubi tempore latæ Bullæ ſervata fuerunt, licet jam abrogata ſint, † *Buxtorf.* 107
ad Aur. Bull. c. 5. *concluſ.* 57. Quod autem † Leonhar- 108
dus Hutterus in irenico *c.* 29. *pag.* 135. ſcribit, Electorem Saxoniæ in Comitiis imperialibus in ſpiritualibus & religionis negotio Palatinum vero in temporalib. & Proteſtantium cauſis civilibus directorium habere niſi cum grano ſalis accipiatur, eſt contra praxin, ſtylum & veritatem. Nam in cauſis fidei Palatinum unà cum Saxone directoriũ habuiſſe, patet ex Receſſu Imperii *de An.* 1557. §. daß von wegen vnſer Alten / Ibi, daß von wegen der Augſpurgiſchen Confeſſion das Chur vnd Fürſtliche Hauß Pfaltz / ꝛc. Alterum privilegium eſt, quod habeant jus provocationis neſcium, † *Aur.* 109
Bull. tit. 11. *ibiq; Buxtorf* De quo *Knich. de Sax. non prov. iur per tot.* A Saxonica tamen quidam appellari poſſe putavere, non ut Electore, ſed ut Duce Saxoniæ. Ita Mansfelt / obtinuit citationem, periculo tamen partis, *Symphorem. tom.* 3. *rubr. Appellare quibus, fol.* 31. & *fol.* 274. *Lud.* Gilhauſen / *in arbor. iudic. part.* 3. *c.* 8. *n.* 24. *Scipio deciſ. rot. Spir.* 13. *lib.* 4.

Quartus inter politicos Electores eſt Marchio Brãdenburgenſis, cujus officium eſt, † quod ſit Archi 110
Camerius, cubiculi regii cuſtos, Fiſci præfectus. Unde illius inſigne † Sceptrum, (olim claves) quod in 111
argu-

argumentum, gubernationis Imperatori quando coronatur præfert.

Prætereà in celebratione curiæ Imperialis Comes
Palatinus cibum adfert, Marchio-Brandeburgenſis
aquam miniſtrat, & Dux Saxoniæ Mareſchalli officio
112 fungitur, † *ut extat. in c. 4. Aur. Bull. §. fin. & c. 25. per*
113 *tot.* Quorum officia irridet Bodinus, † *lib. 1. de Repub.*
c. 9. reprehenſus ob id à Frehero *libr. 1. de Orig. Palat. c.*
15. Notum enim eſt Bodinum Germanicæ laudis eſſe
114 perquam parcum, † *H. Kirchner. in Orat. Polit. 5.* ini-
115 quum Germanorum cenſorem, † *Knichen. c. 2. Ency-*
116 *clopad. n. 249.* Etiamſi aliâs vir ſit eruditiſſimus, † *Ant.*
Teſſaur. deciſ. 1. n. 2. multæ lectionis, *Sixtin. lib. 1. de Re-*
gal. c. 4. n. 8. & quem in Politicis primum omnium cor-
117 nicum oculos confodiſſe dictitant, † *Kirchner. Orat.*
polit. 15.

Habent quoque Electores ſuos vicarios & ſuboffi-
118 ciarios, † ut Rex Bohemiæ, **den Erbſchencken** de Lim-
purg. Palatinus, **den Erbtruchſes** de Walpurg. Saxo,
den Erbmarſchalck von Papenheim/Brandeburgicus;
den Erb-Cammerer/Comitem ab **hohen Zöllern.** Qui
& ipſi quandoque in ſolemnibus curiis in Coronatione
Regis vel Imp. Comitiis, & aliis hujuſmodi actibus
panegyricis conventibus vice Electoris ſuo quiſque
aſſignato officio defunguntur.

Principes.

Poſt Electores ſequuntur reliqui Principes, ut ſunt
Archi-Duces, Duces, Marchiones, Landgravii, Burg-
gravii, Comites, Barones. Nam licet Principis nomen
119 in jure tantum Imperatori, † *l. Princeps. ff. de legib. l. 1.*
ff. de conſtit. Princip. §. ſed & quod principi Inſt. de jur. nat.
G. & civ. aut qui ſuperiorem non recognoſcit, *Cra-*
vet. conſ. 982. num. 12. part. 6. & in Gallia regiæ proſapiæ
120 Principibus tribuatur, † *Thuan. lib 25. hiſtor. part. 2.*
in Germania tamen polyſimon eſt, & comprehendit
larga appellatione I. Imperatorem, ut patet ex
in-

inſcriptionibus, dem aller Durchleuchtigſten / Groſmechtigſten vnnd Vnvberwindligſten Fürſten vnnd Herren / Herren Ferdinando dem andern Römiſchen Kayſern. II. Regem, ut: dem Durchleuchtigſten / Groſmechtigſten / Fürſten vnd Herren / Herren Chriſtiano IV. König in Dennenmarck. Sic etiam in Apologo vetuſto, Vulpeculæ Reinike Fuchs / idiomate Saxonico cõſcripto, uſurpatum legitur, *lib 2.c.7.* Sehe Ohm / wenn ick jdeſeggen dörſte / de König iſt ein Eddel Förſte / Men he hefft leff dẽ / de em vele bringet / vnd Dantzet als he vorſinget / III. Duces Marchiones, † *Sixtin. lib. 1. de Regal. c. 4. n. 23. & ſeqq.* 121
IV. Lantgravios, † *Fichard. conſ. 77. n. 10. &* 122
ſeq. tom. 1. V. Comites, † *Sichard in l. ex imperfecto,* 123
n. 5. C. de teſtam. Nic. Everhard un. conſ. 41. n. 64. vol 1. Pruckman. conſ. 27. n. 142. vol. 1. cum alleg. & VI. Barones, † *Schrader. de feud. part. 10. ſect. 1. num. 28. &* 124
ſeqq. Surdus conſ. 453. n. 36. libr. 3. Pariſ. conſ. 141. n. 29. lib. 4. Hipp. Riminald. conſ. 215. n. 153. lib. 2. qui omnes ſub vocabulo Fürſtmeſſige comprehenduntur. Nec ſolùm Laici, ſed etiam Eccleſiaſtici, Epiſcopi appellatione Principis veniunt, † *Ant. Corſet ſingul. 14. verb.* 125
teſtis, 14. n. 3. per c. ſi quis, 2. de major. & obed. Principes appellantur, † *Steph. Gratian. tom. 3. diſcept. for. c. 590.* 126
num. 16. Et Ducibus æquiparantur, † *poſt Alex. Pere-* 127
grin. conſ. 1. n. 24. libr. 1. quia perinde, ut alii Principes Regalia & ſuperioritatis jura, (alle Gericht Obriſt vñ Nidriſt / ut tenor inveſtituræ habet,) quæ Duces Marchiones, Comites ab Imperio habent, poſſident, † 128
Frid. Hortleder. von Vrſachen des Teutſchen Kriegs / *lib. 1. cap. 37. Mod. Piſtor. conſ. 49. n. 3. vol. 2.* Unde etiam quibuſdam peculiares Ducatus & Comitatus conceſſi. † Quales ſunt Archi-Epiſcopus *Colonienſis*, qui in- 129
ſcribitur Dux Angariæ & Weſtphaliæ; *Argentinenſis*, Lantgravius Alſatiæ; *Würtzburgenſis*, Dux Franconię; *Virdenenſis*, Epiſcopus & Comes Virdinenſis; Epiſcopus *Cameracenſis*, Dux Cameracenſis, Epiſcopus *Con-*

K *ſtan-*

Digitized by Google

ſtantienſis, Baro der Reichenaw/ Epiſcopus *Leodienſis*, Dux Bullionæus, Epiſcopus *Genevenſis*, Eveſq; & Prince de Geneve, cujus tamen juriſdictio hodie cum Epiſcopatu evanuit, Epiſcopus *Sittenſis*, in Helvetia, Comes in Wallia, *Paurmeiſt. lib. 2. de jurisd. Imp. Rom. c. 9. n. 8.* Iſt alſo dahin kommen/ daß man den Biſchoff vñ Prelaten, auff dem Roß gar nicht kennen/ in der Kir-
130 chen aber ſelten finden kan/ † *Auctor. Autonomia part. 3. c. 32.* ut verendum ſit, ne cum Principe ipſe quoque Epiſcopus præceps eat, uti facetè admodum Archi-Epiſcopo olim Colon. bubulcus quidam reſpondiſſe fertur, *Fr. Duaren. de ſacr. Eccleſ. miniſtr. libr. 1. cap. 4.* Quamvis autem hi omnes Principes ſint, titulo tamen ſpeciali Principis non utuntur, qui ſolis Aſcaniæ ſive Anhaltinis Principibus, den Fürſten von Anhalt/ & reliquis Comitibus principificatis, utpote Principiâ
131 Schaumburg/ attribuitur. † Nam licet multi à cer-
132 ta regione & provincia Principes vocentur, † ut Elector Colonienſis, Fürſt zu Stabell/ Archi-Duces Auſtriæ, Fürſten zu Schwaben/ Marchiones Brandeburgenſes, Fürſten zu Rügen/ ſimpliciter tamẽ, & ſine adjuncto Principes non ſunt, ſed Marchiones, Archi-Duces, Archi-Epiſcopi.

Archi-Duces Auſtriæ.

Inter ſtatus & Principes Imperii præfulgent Archi-
133 Duces Auſtriæ, † qui ob id Ertz-Hertzoge appellantur, & majora habent privilegia, quàm cæteri Princi-
134 pes Imperii, † quæ ex parte enumerantur apud *Gylmann decis. 54 num 59. lib. 2.* Utpote, ſeind frey aller
135 Aufflagen der Kayſer in Ewigkeit/ † ſeind Imperatori kein Dienſt ſchuldig/ ſie wollen dañ exceptis 12. Mañ in Cæſaris Koſten in Ungern ein Monat hal-
136 ten. † Non in Comitiis coguntur comparere niſi
137 voluntariè, † was ſie in jhren Landen thun vnnd
138 aufſetzen/ daß ſol der Kayſer nicht hindern/ † poſſunt alienare omnes ſuas provincias, in quoſcunque volue-

voluerint, abſq; contradictione Imperii. † Nova ve- 139
ctigalia poſſunt inſtituere, † vber das ſollen ſie pri- 140
vilegia haben als andere Fürſten. † *Alia inſuper ha-* 141
bent privilegia, quæ Gylman. ibid. & Sebaſt. Mynſter. lib. 3.
Coſmogr. c. 399. enumerant. Sunt etiam magni Duces, † 142
ut: magnus Dux Florentiæ, magnus Dux Muſcoviæ &
Litaviæ, ſed tales in Germania non reperiuntur, er-
rant ergò † *Marin. Freccia de feud. lib. 2. de auctor. Ba-* 143
ron. tit. quis, dic. Dux. n. 4. Et Nic. Mozz. tr. feud. tit. de his,
qui feud. dar. poſſ. n. 16. qui in Germania Ducum primo-
genitos magnos Duces vocari exiſtimant.

Duces.

Sequuntur Duces Germaniæ, ut ſunt, † 1. Duces
Saxoniæ, qui dividuntur in quatuor lineas, 1. Sa- 144
xen Coburch/ 2. Iſenach/ 3. Wimar/ vnnd 4. Al-
tenburg/ 2. Brunſwicenſes, 3. Luneburgenſes, Har-
burgenſes, & Dannenbergenſes, 4. Pomeroniæ, 5.
Mechelburgici, 6. Wurtenburgici, 7. Lauenbur-
genſes, 8. Sabaudiæ, 9. Lotharingiæ, 10. Hol-
ſatiæ, quorum longè alia ratio eſt, quàm Ducum Ve-
netiarum, † quorum quidem perpetua eſt, ſed valdè 145
acciſa & truncata poteſtas, *Bodin. lib. 4. de Repub. c. 4. in*
fin. Non enim habent dominium, ſed quandam tan-
tùm præeminentiam in conſilio à populo exquiren-
do, † *Bald. in l. decernimus, C. de S. S. Eccleſ. Peregrin.* 146
Iannin. de citat. real. lib. 1. c. 1. n. 776. ita ut reverâ Duces
non ſint, ſed tantum capita in ejuſmodi politiis inter
alios præeminentia, † *Vultej. libr. 1. de feud. c. 4. n. 14.*
quemadmodum in Academiis Rectores univerſitatis, 147
quibus Ducem Venetorum comparant, *Beſold. libr. 1.*
pol. c. 7. n. 8. Iuſt. Lipſ. in Lovanio, libr. 3. c. 3. ſi parva licet
componere magnis. Nam Ducem Venetorum quod
attinet, † is in pompa tantum Princeps eſt, in curia
Senator, extra urbem reus, in urbe captivus, peregri- 148
nari enim ſine venia non poteſt. Errant autem † *Hot-*
tom. in Lex. verb. Duces, Chriſt. Lehman/ libr. 2. Chron. 149

 Spirenſ.

*Spirenſ.c.*16. qui circiter Caroli M. ætatem ſingulis Ducibus 12. Comites ſubfuiſſe aſſeverant. Ita ſcribit Ditlimarus *lib.* 2. *Chron. Hennenb.* Brunonem Saxoniæ Ducem cum 12. Comitibus, quos in ſuo Ducatu habuerint, in bello adverſus Danos occuiſſe; niſi Comites Codicis Juſtiniani, intelligant cum præter illos
150 tum temporis omnes ferè Comites liberi fuerint. †
Cujus rei mihi teſtes ſunt Comites in Waldeck / Do-
151 mini mei clementiſſimi, † qui ante & circiter tempora Caroli M. nullis Ducibus ſubjecti fuerunt, ſed ſoli Imperatori, & imperio militarunt, adeò, ut Carolus devictis Saxonibus, erectisque Epiſcopatibus, illis in Epiſcopatu Paderbornenſi jus advocatię cõceſſerit, *David Chytræ. lib.*12. *Chron. Sax. in fin.* Verum autem & notiſſimi juris, maximam hanc fuiſſe dignitatem,
152 ita ut Cujacius illam inter ſumma regalia referat, † *tit. de pac. tenend. in fin.* Sic Illuſtriſſimus Dux Brunſwicenſis eſt Advocatus Abbatiæ Corbejenſis, ſic Generoſiſſimi Comites Bentheimenſes Advocatiam habent in urbe Colonienſi, & hunc titulum uſurpant Erbvögt zu Cöln / quia jure hæreditario per Comites à Newenar / ad ipſos devenit.

COMITES PALATINI.

Qui nunc Principum ordini non adſcripti ſolum, ſed & Ducibus multis ſuperiores ſunt, atque ita Comites Palatini, Vulgò Pfaltzgraffen / olim palatii Cæſaris judices ſive præfecti erant, Richter des Kayſer
153 oder Königlichen Hoffs / † *Borcholt. de feud. c.* 5. *n.* 34. *Lagus in jur civil. & Sax. comp. lib.* 2. *c.* 8. Nunc Kammerer oder Hoffrichter / dici poſſent. Etenim Pfaltz / ſive ex vetuſtâ dialecto Pfallentz / idem quod pala-
154 tium vel curia regalis ſonat, † ſicque curia Argentinenſis, & hodie die Pfaltz / indigetatur. Et Goslaria nominata fuit ein Pfaltzſtatt / quod in ea Imperatorum curiæ ſolerent conſcribi, *Pomarius in Chron. Magdeburgenſ.* Eodemque intuitu Palatia, quæ ſunt ædes Im-

Digitized by Google

Imperatori conſecratæ, *l. un. C. de palat.* in civitatibus Regalibus adnumerantur, † *c. un quæ ſint Regal. 2.* 155
Feud. 56. Sixtin. lib. 2. de Regal. c. 17. n. 4. quaſi nemini liceat inhabitare regia palatia, *l. nulli, C. de off rect. prov.* præter ipſum Principem habentem regalia, *Menoch.*
conſ. 302. nu. 3. vol 4. Sunt autem Palatini Comites, † 156
præter Electorem, 1. Bipontinus, 2. Neoburgicus, 3. Simmerenſis, 4. Lautreccenſis, 5. Luzzelſteinenſis, & 6. Berkenfeldenſis. Sunt etiam ſacri Lateranenſis palatii (quod olim erat Romæ Imperatorum ædificatum, ut ex infinitis Juris Canonici locis patet)
Comites, † quibus ab Impp. indultum eſt privile- 157
gium nobilitandi, legitimandi Doctores, Poëtas, Nobiles creandi, ſed hi abuſivè & καταχρηστικῶς tales ſunt,
de quorum jure & privilegiis, vide † *Thomam. Sagittar. tom. 3. diſcurſ. Ienenſ. 3.* 158

Lantgravii.

Lantgravii ſeu Comites provinciales Landtgraven / Judices erant olim totius alicujus provinciæ, & judices erant mediterranei ad differentiam Marchio-
num, † die da Richter geweſt ſeind eines Landes 159
ſo zwiſchen des Reichs Land eligt / *Petr. de Andlo lib. 2. de Rom. Imp. c. 12. Vultej. lib. 1. de feud. c. 4. Conrad. Lagus*
in compend. jur. civ. & Sax lib. 2. c. 5. Tales ſunt, † 1. 160
Landtgravii Haſſiæ, lineæ Caſſellanæ, & Darmſtadinæ, 2. Leuchtenbergiæ, ſub circulo Bavarico, 3. Alſatiæ, qui hodie ſunt Archi Duces Auſtriæ, 4. Turingiæ, qui hodiè ſunt Electores & Duces Saxoniæ, 5. Suſenbergiæ, qui hodie ſunt Marchiones Badenſes, ſunt & alii Landtgravii, quorũ tamen munus in Prin-
cipatus honorem non abiit. † Horumq; Landtgra- 161
viorum, qui tantùm Barones, & Burgraviorum, qui tantum Nobiles erant, etiam fit mentio apud *Stumph. lib. 4.* der Schweitzeriſchen Chronic / *c. 29. fol. 290.* Ut Comites à Fürſtenberg / ſunt Landtgraffen zu Bare / Comites à Sultz / Landtgraffen in Kleggau / Erb-

 mar-

marſchalck Pappenheim / (olim Lupfii in Suevia Comites, quorum ſubditi Anno 1524. in bello ruſticano primi erant, qui propter onera ſe gravari nimium querebantur, *ut legitur apud Sleidan. libr. 4. comm. p.* 100.) Landtgraffen zu Stülingen / qui à glebis quibuſdam nobilibus titulotenus Landtgravii ſunt, reverà Comites, unde Receſſus Imperii non ut Principes, ſed ut
162 Comites ſubſcribunt, † *Subſcript. Receſſ. Imp. de Ann.* 1545 *& ſeq.* Ibi, Graffen perſönlich / N.N. Graff zu Fürſtenberg / Landtgraff in Bare / ꝛc.

Marchiones.

Marchiones Marckgraffen / finibus Imperii præ-
163 fecti, limitumq; judices erant, † Marckrichter oder Grentzfürſtē / die vber ein ſolch Landt Richter ſeind / das an den Grentzen des Teutſchen Reichs ligt / *Lagus d. lib. 2. c. 8. verſ.* der Marckgraff / *Paurmeiſt. lib. 2. de jurid. c.* 10. *Heigius part.* 1. *quaſt. n.* 57. *Menoch. conſ.* 302. *n.* 19. *tom.* 4. Marck namq; ſignificat fines, quaſi
164 Gemarck; † Veteres quidem Galli, ac etiam Germani noſtri equum militarem, March / vocitarunt. †
165 Inde ipſis erat, Marchfall / depoſitio de equo, Merworphin / ab equo dejectio, *Lindenbrog in gloſſar. verb. Marach.* Quin & nunc Weſtphali equum eine Mehre interpretantur, ſed tamen minimè placet, quod exinde nonnulli Marchionem Præfectum Equitum ſo-
166 nare ajunt, † *Alciat. in lib. de ſingul. certam. c.* 32. *& lib.* 1. *parerg. cap.* 27. *Cujac. in c. un. de his, qui feud. dar. poſſ.* quem uſitatè Comeſtablum (quod Comes ſive præfectus ſtabuli ſit) aut quoq; Mareſchalcum adpellamus,
167 † à Marach / vel Märe / Equo, & Schalck quod ſervum denotat, *Chriſt. Beſold. diſſert. de Comit. & Baron. n.* 10. vel potius ab Hebræo Schallit, quod Magiſtrum ſignificat, *Dn. Iuſt.* Ritter / *de origin. German. ling. verb.*
168 Marſchalck. Quemadmodum etiam Lyclama, † 5. *membranar. ecclog.* 9. hunc in ſenſum ſcribit, Marchiones cenſeam eſſe Comites, quorū nobilitas ſit Equeſtris,

Digitized by Google

ſtris, ſicque eoſdem Landtgraviis opponit, quorum nimirum nobilitatem pedeſtrem eſſe cenſet; Sed aliud planè eſt Marach / Måre / & equum denotat, aliud Marka Marck/limes. † Et inde etiam inter Marchio- 169
nem & Mareſchallum maxima differentia erit. Sunt autem conſtituti, † 1. Marchiones Brandenburgen- 170
ſes adverſus Henetos & Obotritos, 2. Stiriæ, Moraviæ, Luſatiæ (qui Marchionatus Bohemiæ hodie incorporati ſunt) contra Ungaros, Sarmatas & Polonos, 3. Badenſes & Hochbergenſes adverſus Gallos, & Zaſius *part. 5. feud. num* 11. inquit, Marchiones Badenſes habere cuſtodiam Rheni, 4. Miſniæ adverſus Bohemos, qui licet limitum & clauſtrorum Imperii, *ut vocat Tacitus*, defenſores hodie amplius non ſint, nomen tamen ipſis ex conſuetudine remanſit.

BURGGRAVII.

Burggravii olim erant, quibus arcis alicujus Imperii Reichsburg / cuſtodia commiſſa erat, † *Conrad.* 171
Lagus dict. loc. Hodie nulli amplius ſunt Burggravii, † 172
cum Cæſares in urbibus Imperii nulla caſtra propria habeant. Sunt autem, 1. Burggraviatus † Norin- 173
bergenſis, qui pertinet ad Electores & Marchiones Brandeburgenſes, quamvis nomine tantùm Burggravii ſint. Nam Fridericus Burggravius Norinbergenſis caſtrum ſuum in Nörinberg / à Sigiſmundo Imp. Marchio Brandenburgenſis creatus, civib. vendidit, quod ſtatim ab ipſis dirutum fuit, & in illius locum domus frumentaria extructa, *teſte Ioan. Cochla. in deſcript. Ger. c. 5.* 2. Magdeburgenſis, qui eſt Electorum Saxoniæ, 3. Gelnhuſani & Fridburgenſis certis Nobilium familiis deſtinatus, *Vultej. lib. 1 feud. c. 4. n.* 14. 4. Stromburgenſis (Stromburg / eſt caſtrum antiquiſſimum, auff dem Hundsrück / inter Simeram & Creutzenach, præfecturam maximam annexam habens, hodie eſt ditionis Palatinæ. Dictum fuit olim der Stall zu Stromburg / quod locum iſtum regalem fuiſſe indi-

 cat,

Digitized by Google

cat, 5. Rheineckenſis, qui in Archi Epiſcoporum Moguntinenſium & Comitum Hanovienſium, hodie ditione eſt, attamē Dominatum Rheineckenſem jure hæreditario Comitibus ab Jſenburg/ accreviſſe legitur, *apud Meichſner. tom. 1. deciſ. 2.*

Comites Graffen.

De Etymo hujus nominis multi multùm laborarunt, nec tam diligenter olim quæſitus Oſiris, ut
174 Poetæ verbis utamur. Alii † derivant à foſſis, quę nobis Graben/ à Belgis Graffen/ indigetantur, quaſi limitibus præpoſiti Comites ſient, *P. Heig. part. 1. quaſt.*
175 *2. n.* Alii † à Latino gravis, aut Gallico, homme grave,
176 *ut Lucklama 5. membr. eclog. 9.* Alii † à Gallico Grefier, quod notarium judicii, ſeu ſcribam, *Gallis denotat.* Alii à Germanico Grawen/ q. cani, ſeniores, hoc eſt, præ-
178 cipui, optimates, † *Beſold. diſſert. de Comit. & Bar. n. 3.*
179 Alii aliter, ita ut Iſaacus Pontanus, † *lib. 6. Orig. c. 14.* virum æſtimet eum, qui veram & certam notationem dederit.

Comitum varia in Imperio ſunt genera, 1. Quidam ſunt Comites principali dignitate fulgentes, Ge-
180 fürſtete Graffen. † Cujuſmodi ſunt Comites Habſpurgenſes, 2. Tirolenſes, (quos repræſentant Archi Duces Auſtriæ,) 3. Hennebergenſes, (quos repræſentant Duces Saxoniæ,) 4. Arnbergenſes ab Imp. Maximiliano II. inter Imperii Principes ſuſcepti, ſubſcript. *Receſſ. de A.* 1594. 5. Mompelgardici, (qui ſunt Duces Wü tenbergici, 6. Gorzenſes. R. A. *de An. 76.* §. Nach dem auch/ 28. 7. Schaumburgenſis, quem noviſſimè Ferdinandus II. Imp. Anno 1619. Francofurti poſt coronationem Principem juſſit. Sic Rudolphus Imp. Anno 1595. Carolum Comitem Manſfeldium & Carolum Baronem Auſtriacum à Lichtenſtein/ ob res præclarè geſtas Principes ſolenni actu habito declaravit, idem Rudolphus Anno ſequenti 96. Waiwodam Tranſſylvaniæ ob fœdus contra Turcam

cam cum ſua Majeſtate initum. Principem Tranſſylvanum pronunciavit. Tales etiam fuerunt olim Comites Würtenbergenſes, Arteſiæ, Burgundiæ, Hollandiæ, Namurci, Selandiæ in Belgio, *Sixtin. libr.* 1. *de Regal. c.* 4. *num.* 22. *Paurmeiſt. lib.* 2. *de jurid. c.* 10. Item Comites à Spanheim & Veldenz, quos repræſentant Comites Palatini ad Rhenum. Atque † hi comprehenduntur verbo Fürſtmeſſige/ in Receſſibus, & Ordinationibus Imperii. 181

II. Olim quatuor erant Comites, majores quidē in ſuo gradu, ſed inter Principes minores, & vocabantur die vier Graffen des Reichs † E quibus Comites Schwartzburgenſes † in Thuringia ſoli ſuperſunt, quos adhuc aliquam ſingularem præeminētiam habere, puta præcedendo alios, reſpondit *Hen. Göden. conſ.* 39. *num.* 7. Nam 2. † Comes Clivenſis à Sigiſmundo Caroli IV. filio Dux Clivenſis creatus fuit, & poſtea Ducatum Juliacenſem & Montenſem per matrem accepit, *Schleidan. lib.* 15. *comm. in pr.* Quorum tamen familia Anno 1609. 25. Mart. Duſſeldorpii in Johanne Wilhelmo extincta eſt. 3. Comitatus Ciliæ, † (quorum familia vetus Romana fuit, *Wolf. Lazius lib.* 6. *de migrat gent.*) Ulderico ultimo Comite Ciliæ à Ladislao Joh. Hunniadis Pro Regis filio obtruncato, Auſtriacis jure feudali accrevit *Æn. Sylv. in Bohem. c.* 6. *& ſeqq.* Ubi illud adnotandū quod dictus Ladislaus, punctim cæſo Ulderico, homicidii damnatus, & tribus ictibus à Spiculatore factis lethaliter nondū ſauciatus ſe pœnā ſuam ſuſtinuiſſe exclamaverit, nec quicquam ulterius in ſe juris gladio relictum eſſe contenderit. Sed fruſtrà. 4. Comes Sabaudiæ, † qui in concilio Conſtantienſi Ducali titulo eſt inſignitus à Sigiſmundo Imp. Anno 1414. *Peucer. lib.* 5. *Chron.* 182 183 184 185 186

III. Sunt Comites, † qui immediatè Imperio ſubjecti ſunt, & Comitatus ab Imperio in feudum recognoſcunt, horumq; magnus eſt numerus. 187

IV. Sunt Comites, qui immediatè imperio ſubſunt,

 & ſo-

188 & ſolum Cæſarem, vel cameram judices habent, † Comitatus tamen ab inferiore aliquo Principe in feudum tenent, Vaſalli Principis ſunt, & in cauſis feudali-
189 bus ipſius forum ſortiuntur, ut Comites, † à Schwartzburg Vaſalli ſunt Electoris Saxoniæ, Comites Wal-
190 decciæ, & Comites de Ridberg, † Vaſalli ſunt Principum Haſſiæ, perſonale tamen homagium præſtant
191 Imperatori & Imperio; ſic Rhingravii † reſpectu Comitatus Salmenſis ſunt Lantſaſſii, Lothringici, quamvis reſpectu feudorum Imperialiū ſint Wildæ, zu Dañ vnd Kirchberg/ Rheniquè zu Stein vnnd Virnberg/ Comites Imperio immediatè ſubjecti.

V. Sunt denique Comites municipales, (ut ita loquar) ſeu Landtſaſſii, qui quamvis in matricula Imperii reperiantur, ab aliis tamen Imperii Principibus exi-
192 muntur. † Ut ſub domo Auſtriaca, die Graffen zu
193 Hardeck. † Errat ergo Clutenius *in Syllog. rer. quot. concl.* 26. quando hujuſmodi & ſequentes Comites in matricula reperiri negat. † Comitum enim ab Har-
194 deck non ſolū mentio fit *in conſt Carol. V. de Anno* 1529. §. Graffen perſönlich / ſondern ſeind im Römerzug angeſchlagen vff 3. zu Roß / vnnd 11. zu Fuß / 2. Graffen zu Stanffen / 3. Herrn zu Loſenſtein / 4. Herrn zu Wolckenſtein / 5. Herrn zu Ropoltz Eck.
195 Sub domo Burgundica, † 1. die Graffen Naſſaw Bredà, 2. die Graffen von Brunckhorſt / 3. die Graffen von Manderſcheid Schleiden / 4. die Graven von Egmond vnnd Iſelſtein. Sub Electore Bran-
196 denburgenſe, † non ita pridem die Graffen von Hoſtein / vnd Schwed / Herrn zu Vierraden. Sub Ducibus
197 Pomeraniæ & Epiſcopo Caminenſi, † die Graffen von Neugard / Eberſtein vnnd Maſſau. Sub Duce Juliacenſe, Graffen von Manderſchied / Blancken-
120 heimb / Sub Archi Epiſcopo Colonienſe, † die Herrn von Riefferſchied / & ex quorundam opinione, ratione aliquot bonorum, die Graffen von Manderſchied /
191 Sub Duce Bavariæ, † particularium tamen bonorū ratio-

ratione, die Graſſen von Orttenburg. Et quis omnes
numeret?

BARONES.

Baronum appellationem generalem eſſe, ita ut cō-
prehendat Duces, Marchiones, Comites, tradunt. † 192
Matth. de Afflict. in c. 1. *in pr. num.* 1. *de his, qui feud. dar.*
poſſ. Schrader. de feud. part. 10. *ſect.* 1. *num.* 25. *Surdus conſ.*
453. *num.* 56. *lib.* 3. pro quibus fidem facit, quod in no-
bili illo Apologo politico Reinicke Fuchs latiſſimè
ponatur pro omnibus proceribus & conſiliariis auli-
cis, *c.* 3.

Höret tho gy Kleinen vn gy groten/
Min Baronen vn mine Huſgenoten.

Item part. 4. *c.* 11.

Ih wil ju ſetten boven an/
In minem Raht als einen Edlen Baron.

Strictiori verò ſignificatione Barones quaſi liberi
Domini dicuntur, vel à Germanico Bar/ † quod in 193
vetuſtiſſimis rhytmis Germanicis pro libero franco,
Frei/ledig/vnd Loß uſurpatur, *Beſold. de Comit. & Ba-*
ron. n. 17. & inde etiam quæ componuntur, ut, Sor-
genbar/Falſcheßbar/Leideßbar. Pariter quoq; Barē
à caſcis Germanis, pro gnatis ſumi comperimus, unde
Fürſtenbaren/ *Iſacius Pont. libr. 6. orig. Francicar. c. ult.*
Ubi ait: Barno Anglis & Danis adhuc hodie filium de-
notare. Hincq; in precatione quadā ad Chriſtum in-
venitur.

Ich bitte dich meiner Magde Baren.

Hocq; provenire videtur ex primigenia linguâ, He-
bræi n. nonnunquam, & uſitatiſſimè Chaldæi atq; Syri
Bar pro filio utuntur, indeque ſunt nomina quædam
propria in novo teſtamento, Simon Bar Jona. *Matth.*
c. 16. *verſ.* 17. pro quo habetur Johannis *c.* 1. *verſ.* 43.
Simon filius Jona Bartholomæus, filius Ptolomæi.
Idemque judicium eſto de Barnabas, Barſabas, Barra-
bas; vel Barones dicuntur ab Hiſpanico Varon, † 194
quod

quod Virum egregium ſignificat, *Norderman. de jure*
Principat. concl. 86. lit. b. Vel à Greco βαρεῖν, quod gra-
vitate dignitateque cæteros beneficiarios anteire de-
beant, *Alciat. lib. 5. παρεργ. c. 16.* vel ab Hebraico bara,
h.e. creavit vel à barah, elegit, ut dicatur Baro nova
creatura, vel electus. *Tholoſ. lib. 6. Syntagm. c. 10. n. 8.* vel
ꝙ liberum illis ſit Comitib. fieri, quandocunq; placet,
ſicuti Licenciatis Doctoribus, † *Vultei. lib. 1. feud. c. 4.*
195 *num.* 14. Appellantur autem variis nominibus, 1. Sim-
pliciter dicuntur, Freien. † Sic verbum Baronum in
196 Aurea Bulla redditum in pr. Fürſten/Graffen/Freien.
Et Reformatione Friderici III. Anno 42. in pr. Ord.
197 Regimenti Caroli V. de Anno 1521. 2. Freihern/ †
Sic appellãtur Truchſes/Freyherrn zu Walpurg/Kö-
nigs-Eck/Graffen-Eck/Pappenheim/in quorum nu-
merum Reimundus Fuggerus ob ſingularia in domũ
Auſtriacam collata merita nobili proſapia Comitum
Kirchbergiorum extincta cum fratre Antonio & here-
dibus à Carolo V. in Comitiis Auguſtæ Vindelicorum
habitis. Comitatibus Weiſſenhornâ & Kirchbergâ
iiſdem hereditario conceſſis aſſumptus eſt, *Reuſner.*
in ſuo auctario. cap. de ſtemmate Fuggarorum. 3. Sem-
198 perfreien/ † quo nomine κατ' ἐξοχὴν Barones vetuſtiſ-
ſimi indigetantur, ut ſunt die von Limburg vnd We-
ſterburg (quos Comites à Leuningen, qui ſunt anti-
quiſſimi Comites im Speirgaw. Chriſt. Lehman/
lib. 4. chron. Spir. c. 9. hodie repræſentant,) qui tamen di-
ſtinguendi ab illis, qui in Suevia domicilium habent,
& ſunt Vicepincernæ Imperii, vel Regis Bohemiæ,
Aur. Bull. Carol. IV. tit. 29. 4. Freiherrn deß Reichs/
199 † ut in Archi-Epiſcopatu Colonienſi der von Hölling-
hoven/Freyher des heiligen Reichs. Horum quidam
mediatè, quidam immediatè Imperio ſunt ſubjecti,
quidam de Baronatu ab Imperio inveſtiti, quidam ve-
rò non niſi à Principibus feuda vel allodialia poſſidẽt,
R. A. zu Augſpurg *de Anno* 1548. §. wie wol auch 66.
200 V. Simpliciter Herren/ † ut Barones Ruſſi, Herren zu
Plawen/

Digitized by Google

Plauen/Schlaitz/Graitz/Kranichfelt/Lobeſtein/vñ Gera/die Herrn zu Rappolſtein/Herrn von Hohenſax/ꝛc. VI. Edle Herꝛn. † Ut Comites Mansfeldenſes. 201
Edle Herꝛn zu Heldrungen/Comites Lippienſes/Edle Herꝛn zur Lippe vnd Spiegelberg/Graffen vnd Edle Herꝛen zu Diepholt/VII. Olim etiam multi Barones Nobilium tantum titulo appellati fuerunt. †
Idque vel ſimpliciter, ut: Edle von Querfurt/ unde 202
Comites Mansfeldenſes originem trahunt, vel adjecta demõſtratione der Edle/ut: die Edlen von Platho in Miſnia/die Edle von der Planitz. Unde Joachimi à Beuſt origo.

Denique nomine Herꝛen/non tantùm illi, qui ſola Baronatus dignitate inſigniti ſunt, ſed etiam qui Dynaſtias cum Ducum, Principum, & Comitum titulo conjunctas habent, continentur. † Quando enim
una qualitas adjicitur alteri, ipſa non immutatur nec 203
transfertur, ſed adjicitur, † *l. ſi. cum. ff. de Exercitor.* 204
act. l. ſenatores ff. de ſenat. l. quotiens. ff de O. & A. Peregrin. Iannin. de citat. real. lib. 1. c. 1. num. 884. & ſeqq. vel dignitas ſuperveniens ſubſtantiam rei non mutat. † 205
Ant. Fab. in Cod. lib. 1. t. t. 3. defin. 13. num. 7. Surdus de aliment. tit. 1 quaſt. 8. num. 10. Cothman. conſ. 4. n. 324. vol. 4. nec eſt novum, quod habens dignitatem illuſtrẽ habeat exercitium ſpectabilis dignitatis, & ab ipſa ſimiliter nominetur, † *ut in l. ſi quando. C. de appell. l. 1. ff.* 206
de off. proconſ. latè Signorol. de Homode. cõſ. 129. col. 7. part. 2. Ita Archi-Duces Auſtriæ ſunt † Herꝛn auf d Windiſchẽ Marck/zu Portenau/zu Salins/Duces Juliacenſes. † Herꝛen zu Ravenſtein/ Duces Megapolitani, † der Lande Roſtoc vnnd Stargard Herren/ Duces Wurtenbergici. † Herren zue Harburg vnnd Reichenweil. Marchiones Badenſes. † Herrn zu Röteln vnd Badeweiler/Anhaltini Principes, Herꝛn zu Zerbſt vnnd Bernburg/ Comites Schwartzburgẽſes. † Herrn zu Arnſtatt/Sonderßhauſen vnd Leutenberg/Comites Naſſovienſes † de Sarbrück/Herꝛn 207 208 209 210 211 212 213

zu

zu Wisbaden unnd Itzſtein. Sed quis farraginem cõplebit? Recurrendum ergo ad ſubſcriptiones Decretorum Imperii.

CIVITATES.

214 Gradum denique † nobilitatis faciunt Civitates. Nam & hæ Nobiles vocantur *in l. non tantum*. 17. §. 1. *ff. de Excuſ. tut. Novell.* 82. *c.* 1. §. 1. *& paſſim*. Et hoc no-
215 mine † imprimis ex communi reputatione Imperii nobilitantur, Nobilis Spira, & Nobile Francofurtum.

CAPUT IX.

SUMMARIA.

1. *Materia prælationis in jure publico verſatur.*
2. *Frequens & periculoſa eſt ſeſſionis concertatio.*
3. *Ius* προεδρίας *ſecundùm gradus prærogativam conceditur.*
4. *Dignioribus dignior locus debetur*, n. 5. & ſeqq.
7. *Conſuetudo ignobilem nobili præferens, nullius momenti cenſetur.*
8. *Etiamſi originis neſcia.*
9. *Ita ut nec pacto huic juri renunciari poßit.*
10. *Argumentum à conſuetudine ad pactum valet negativè*, & ſeq.
12. *Pontifex præcedit omnes ſeculares & eccleſiaſticos*, n. 14. & ſeqq.
13. Der Pabſt iſt der allergewaltigſte Pfaff.
16. *Præcedit Patriarcham Conſtantinopolitanum*, & ſeqq.
19. *Perſona Eccleſiaſtica dignior eſt ſeculari.*
20. *De Romæ laudibus*, & ſeq.
25. *Reſpub. figura antonomaſiæ de Romana intelligitur.*
27. *Pontifex errare non poteſt.*

28. Ro-

Digitized by Google

28. *Roma olim caput mundi fuit, hodie ejus cauda eſt.*

29. *Monarchia Romana ἀξίωμα non corruit, quod* Roma *Pontifici paret.*

30. *Vbi Imp. ibi Roma. Vbi Princeps, ibi curia*, n. 31. & ſeq.

33. *Reſpub. non eſt in parietibus, ſed in aris & focis conſiſtit*, & ſeq.

35. *Major orbis quàm urbis eſt authoritas.*

36. *Imperator antecedit omnes Reges*, & ſeq.

38. *Etiam Regem Francorum*, & ſeq.

40. *Caſar Imperii Germanici caput eſt.*

41. *Profunda & lepida allegoria de duobus magnis luminaribus*, & ſeq.

44. *Imperator quare omnes alios Reges pracedat*, & n. ſeqq.

49. *Species extracta de genere non facit perire genus.*

48. *An Imp. debeat eſſe confirmatus ad hoc, ut pracedat Regem Francorum*, & n. ſeq.

50. *Imp. habet pracedentiam etiam in aula Turcica.*

51. *Negat Bodinus mendaciter.*

52. *Imperatoris tanquam Archi-Ducis Auſtria*, & *Regis Francia Oratorum in Turcia de ſedis prioritate contentio.*

53. *Acinaces pra valvis templi ſuſpenſus.*

45. *Imperatoris Legatus apud Turcam ſedendo perorat.*

55. *Venetorum Legatus jure ſedendi, in conſilio Turcarum, uti prohibitus.*

56. *Inter Reges ſummum locum obtinet Rex Romanorum.*

57. *Qua ejus poteſtas.*

58. *Ab-*

58. *Abſente Imp. ſedem & locum Imperatoris occupat.*

59. *A Cæſare nihil differt, niſi ambitu minoris circuli, ſicut ſcapha differt à navi.*

60. *Si Cæſar αὐτοπρόσωπος adſit, quem locum habeat*, & ſeqq.

62. *An Regi Rom. nondum uncto, præferendus ſit Rex Galliæ inunctus*, & n. ſeq.

64. *Galliæ Rex in ordine ſequitur Imp. & Regem Rom.*

65. *Rex Francorum dicitur tanquam ſtella matutina in medio nebulæ ſuper omnes Reges.*

66. *Imp. & Rex Francorum in honore æquiparantur.*

67. *De latere ſimul indifferenter tranſeunt.*

68. *Exemplum litigioſæ cupiditatis.*

69. *An Rex Angliæ præcedat Regē Hiſpaniæ*, & ſeq.

72. *Pro Anglo pronunciavit Iulius Pontifex.*

73. *Pro Hiſpano Concilium Baſilienſe.*

74. *Inter Gallum & Hiſpanum de ſedis prioritate acris contentio.*

76. *Rex Hiſpaniæ orbis terrarum Monarchiam fato ſibi debere putat.*

79. *Rex Galliæ præcedit Hiſpanum* & ſeqq.

84. *Reges Angliæ legatos Francorum præferunt*, & ſeq.

86. *Submittens ſe alteri certo reſpectu dignitati ſuæ non præjudicat.*

87. *Hiſpaniæ Rex eſt Regum potentiſſimus.*

88. *A potentiæ magnitudine dignitatis prærogativa haud dependet.*

89. Gal-

89. *Gallus potentia vix cedit Hiſpano.*

90. Drey Franckreich machẽ ein Teutſchland.

91. *Scotia olim fuit feudum Angliæ*, & ſeq.

94. *Quare Reges Angliæ aſſumpſerint nomen Regis Britanniarum.*

95. *Error Henningi Arniſæi.*

96. *Reges Poloniæ & Galliæ quare coronam clauſam cæteri vero apertam portent.*

97. *Polonia olim Imperio ſubfuit*, n. 98. & ſeqq.

101. *Rex Poloniæ poſt Franciæ, Angliæ & Hiſpaniæ Reges præcedit alios, & quare.*

102. *Poloni legatos tempore priores habent, & audiunt priores.*

103. *Quando, & inter quos hæc prærogativa valeat*, & ſeq.

105. *Rex Daniæ & Sueciæ de dignitatis prærogativa certant.*

106. *Plus mali eſt in dedecore quam in dolore.*

107. *Quis eorum alteri præferendus*, & ſeq.

109. *Imperio ſervire ſumma libertas.*

110. *Rex Hungariæ præcedit Regem Bohemiæ.*

111. *Ex ordine titulorum perſonarum dignitas colligitur.*

112. *Rex Hungariæ Bohemum callidè circumvenit.*

113. *An capite nudo eſſe dicatur, qui habet lauream in capite.*

114. *Rex Bohemiæ in Electione Regis Rom. olim habebat noviſſimum locum.*

115. *Hodie non ſolum omnes Electores laicos, ſed etiã quemcumque alium Regem, imò Auguſtam præcedit.* n. 17. & ſeq.

116. *Rex eſt dignior Palatino Duce vel Marchione.*

119. *Hoſtienſis de regno Bohemiæ judicium.*

120. *Iura Majeſtatis non locorum ſpatiis definiũtur.*

121. *Regina Romanorum omnes Principes præcedit.*

122. *Regina Frãciæ omnes quoq; proceres regni Gallici.*

123. *Auguſta utitur prærogativa Imperatoris, Et quatenus*, n. 125.

126. *Locus Auguſtæ in ſolenni conventu.*

127. *Mater Imperatoris præcedit Auguſtam, ſi Imp. vidua ſit.*

128. *Non vero ſi ſit vidua Regis vel Ducis.*

129. *Vel vidua Cæſaris poſtea Regi vel Duci ſe nuptui det.*

130. *Electores ſecundum ab Imperatore locum obtinent.*

131. *Electorum dignitas regiæ æquiparatur*, & ſeq.

132. *Præcedunt Reges in actibus ad curiam ſpectantibus, non vero in actibus ad curiam non ſpectantibus*, n. 135. & 137.

133. *Major dignitas non facit quem præcedere, ſi non ſit ordinata ad actum præcedendi.*

134. *Major ratione loci vel tẽporis poſtponitur majori.*

139. *Electores Eccleſiaſtici antecedunt laicos, etiam Regem Bohem.*

140. *Archiepiſcopi præcedere debent ſeculares.*

142. *Inter Eccleſiaſticos primum locum habet Moguntinus.*

145. *Niſi Electores fortuitum ordinem ſervent.*

144. *Dextrum Imperatoris latus Moguntinenſi debetur.*

145. *Quomodo hoc intelligendum.*

146. Co-

Digitized by Google

146. *Colonienſis in ſuis provinciis Cæſari à dextris ſedet.*

147. *Epiſcopus in alterius Epiſcopatu pro privato habetur.*

148. *Major debet reverentiam minori in domo minoris,* & n.ſeq.

150. *Multo magis ſi æqualis ad æqualem venit.*

151. *Anomalam ſeſſionem habet Trevirẽſis, & quænam illa.*

152. *Cur Trevirenſis ad inſtar Collegarum in ſuo Cancellariatu ad dextram Imp. ſedere non poterit.*

153. *Arumæi divinatio improbatur,* n.154.& ſeq.

156. *Principum in quarto modo proprium eſt de gloria concertare.*

157. *Authoris opinio.*

158. *An Archi-Epiſcopus Colonienſis etiam in ſuis Epiſcopatibus à dextris ſedere poſſit?*

161. *Negat Arumeus.*

159. *Dictionis* Allein *Virtus,* & n.160.

162. *Author in dubium vocat quoad Epiſcopatum Leodienſem.*

163. *Taxativa dictio* Allein *nõ excludit provincias ſimiles.*

164. *Error Beutheri juris Saxonici textu refellitur,* n.165.

166. *Speculum Saxonicũ Aurea Bulla antiquius eſt.*

167. *Ordo ſedendi inter ſeculares in electione Regis Rom.*& n.168.

169. *Ordo ſedendi inter Electores in Comitiis Imperii* n.170.

171. *Bohemus non ſedet inter Electores in Comitiis.*

116. *Rex eſt dignior Palatino Duce vel Marchione.*

119. *Hoſtienſis de regno Bohemiæ judicium.*

120. *Iura Majeſtatis non locorum ſpatiis definiũtur.*

121. *Regina Romanorum omnes Principes præcedit.*

122. *Regina Frãciæ omnes quoq; proceres regni Gallici.*

123. *Auguſta utitur prærogativa Imperatoris, Et quatenus,* n. 125.

126. *Locus Auguſtæ in ſolenni conventu.*

127. *Mater Imperatoris præcedit Auguſtam, ſi Imp. vidua ſit.*

128. *Non vero ſi ſit vidua Regis vel Ducis.*

129. *Vel vidua Cæſaris poſtea Regi vel Duci ſe nuptui det.*

130. *Electores ſecundum ab Imperatore locum obtinent.*

131. *Electorum dignitas regiæ æquiparatur,* & ſeq.

132. *Præcedunt Reges in actibus ad curiam ſpectantibus, non vero in actibus ad curiam non ſpectantibus,* n. 135. & 137.

133. *Major dignitas non facit quem præcedere, ſi non ſit ordinata ad actum præcedendi.*

134. *Major ratione loci vel tẽporis poſtponitur majori.*

139. *Electores Eccleſiaſtici antecedunt laicos, etiam Regem Bohem.*

140. *Archiepiſcopi præcedere debent ſeculares.*

142. *Inter Eccleſiaſticos primum locum habet Moguntinus.*

143. *Niſi Electores fortuitum ordinem ſervent.*

144. *Dextrum Imperatoris latus Moguntinenſi debetur.*

145. *Quomodo hoc intelligendum.*

146. Co-

146. *Colonienſis in ſuis provinciis Cæſari à dextris ſedet.*

147. *Epiſcopus in alterius Epiſcopatu pro privato habetur.*

148. *Major debet reverentiam minori in domo minoris,* & n.ſeq.

150. *Multo magis ſi æqualis ad æqualem venit.*

151. *Anomalam ſeßionem habet Trevirẽſis, & quænam illa.*

152. *Cur Trevirenſis ad inſtar Collegarum in ſuo Cancellariatu ad dextram Imp. ſedere non poterit.*

153. *Arumæi divinatio improbatur,* n.154.& ſeq.

156. *Principum in quarto modo proprium eſt de gloria concertare.*

157. *Authoris opinio.*

158. *An Archi-Epiſcopus Colonienſis etiam in ſuis Epiſcopatibus à dextris ſedere poßit?*

161. *Negat Arumeus.*

159. *Dictionis* Allein *Virtus,* & n.160.

162. *Author in dubium vocat quoad Epiſcopatum Leodienſem.*

163. *Taxativa dictio* Allein *nõ excludit provincias ſimiles.*

164. *Error Beutheri juris Saxonici textu refellitur,* n.165.

166. *Speculum Saxonicũ Aurea Bulla antiquius eſt.*

167. *Ordo ſedendi inter ſeculares in electione Regis Rom.* & n.168.

169. *Ordo ſedendi inter Electores in Comitiis Imperii* n.170.

171. *Bohemus non ſedet inter Electores in Comitiis.*

172. *Ordo deambulandi inter Electores Imperii.*

173. *Archi-Duces Auſtriæ præcedunt omnes alios Duces.*

174. *Etiam Magnos Duces, ut ſunt Duces Florentiæ &c.*

175. *Proxime poſt Electores ſedent à dextris Cæſaris.*

176. *Archi Duces Auſtriæ ſeßionem habent inter Eccleſiaſticos.*

178. *Proverbium ſubditorum Ducis Moſcoviæ.*

179. *Duces Burgundiæ Archi Duces Auſtriæ ſeßionis prærogativa dignantur.*

180. *Duces Burgundiæ an præferendi Electoribus?*

182. *Ita obtentum in Concilio Baſilienſi, ſed malè.*

183. *Burgundus ſexies Dux, quindecies Comes fuit.*

184. *Ob pluralitatem dignitatum nemo præfertur, ſi nulla per ſe ſit ſufficiens ad præcedendum.*

185. *Burgundiæ Duces præcedunt Magnum Ducem Florentiæ.*

186. *Principes Eccleſiaſtici præcedũt laicos, & quare,* n. 188. & ſeqq.

187. *Gylmannus notatur.*

191. *Honor & reverentia in ſeßione & prioritate conſiſtit.*

192. Die Biſchoff haben den andern Hehrſchilt/ *de jure Saxonico.*

193. *Poſt Pontificem inter Eccleſiaſticos primas tenent Patriarchæ.*

194. *Præcedunt Cardinales & Archi-Epiſcopos.* & n. 195.

196. *Nominis Patriarchæ derivatio.*

197. *Patriarchæ propriè quinam ſint.*

198. Pa-

198. *Patriarcha Conſtantinopolitanus non recognoſcit ſuperioritatem Pontificis.*

199. *Cardinalatus dignitas eſt ſuprema poſt Pontificatum.*

200. *Cardinales quibus æquiparentur*, num. 201. & ſeq.

204. *Fratres dicuntur Pontificis.*

205. *Digniores ſunt Epiſcopis, Et quare*, n. 206.

207. *Cardinalis Epiſcopus anteſertur Cardinali non Epiſcopo.*

208. *An præferendi ſint Septemviris? Aſſirmat Barbatius*, n. 209.

201. *Negat author quoad actus imperiales*, 211. & ſeq.

213. *Primates præferuntur Archi-Epiſcopis & Epiſcopis.*

214. *Primas unde nomen habeat.*

215. *Primates enumerantur*, 216. & ſeqq.

222. *Archi-Epiſcopi ſunt majores Epiſcopis.*

223. *Archi-Epiſcopalis dignitas eſt eminentiſſima inter omnes dignitates.*

224. *Archi-Epiſcopi in Germania quot.*

225. *Magdeburgenſis & Bremenſis ſunt reformatæ religionis.*

226. *An hi duo ſeſſionem in imperii Senatu habeant.*

227. *Reviſiones quare in Imperio immobiles ſint & ſuſpenſa.*

228. *Magiſter Pruſſiæ inter Principes Eccleſiaſticos numeratur.*

229. *Proximum in Comitiis ab Archi-Epiſcopis locum habet.*

230. *Ludovicus Pius Epiſcopos conſtituit Principes imperii.*

231 Communicatio juriſdictionis profanæ cepit ſub Ottone.

232. Quod non uni ſat æquum fuiſſe teſtatur Chronicon Erphordienſe.

233. Salisburgenſis cum Magdeburgenſi de primatu certat, n. 234.

235. Salisburgenſem ſequitur Bambergenſis, Bambergenſem Wurtzburgenſis.

236. Bambergenſis nullum agnoſcit Metrapolitanum, ſed eſt veluti Archi-Epiſcopus in ſua ditione, & tenet bonam partem Carinthiæ.

237. Reformati ſtatus habent 13. Epiſcopatus.

238. Sunt etiam reformati Epiſcopatus, ſed illi liberam ex certis familiis habent electionem.

239. Quibus omnibus quæſtio ſtatus movetur.

240. Intellectus, §. vnnd nach dem ex R. A. de Anno 55. n. 242.

241. Clauſula des Geiſtlichen vorbehalts Saxonis manu ſubſcripta reperitur.

243. Seſſionem habent inter Principes, inſulati ſint nec ne.

245. In perſona eâdem quando diverſæ concurrunt qualitates, quid conſiderandum.

246. Præjudicia varia enumerantur.

247. Epiſcopi habent ſeſſionem licet à Cæſare inveſtiti nondum ſint.

248. In ſeſſionibus tempus ordinationis ipſorum obſervant.

249. Epiſcopi habentes palliũ omnes alios præcedunt.

250. Bambergenſis nõ tenetur redimere pallium, & ſupr. n. 235.

251. Caro-

251. *Carolus IV. Abbates opulentiores titulo Principum decoravit.*

152. *Cumprimis Cathedræ imperialis Abbates conſtituit.*

253. *Alii ante Caroli IV. tempora factum fuiſſe teſtantur.*

254. *Inter Abbates primum locum tenet Abbas Fuldenſis.*

255. *De Abbate Fuldenſe verberum dimicationes leguntur ſeſsionis cauſa,* n. 256. & ſeqq.

259. *Quæ ratio tam ſublimis olim conceſsi Abbatis conſeſſus.*

260. *Fuldenſis eſt Primas per Germaniam & Galliam omnium Abbatum.*

261. *Quo tempore ea dignitas impetrata.*

262. *Kirchnerus & Arumeus authori nimis ſunt divinatorii*, n. 263.

264. *Facetum Ferdinandi Cæſaris verbum de Abbate Fuldenſe.*

266. *Abbatem Fuldenſem ſequitur Hersfeldenſis Abbas.*

268. *Abbates ſunt Principes & habent Regalia.*

269. *Quibus annumerantur duo Præpoſiti.*

270. *Principes Imperii præcedunt exteros: & quare.*

271. *Ordo inter Principes imperii.*

272. *In duo ſubſellia diſtinguuntur*, n. 273. & ſeq.

275. *Principes plerumq; viciſsitudinariam & promiſcuam ſeſſuram occupant ſine cujusq; præjudicio*, n. 276.

277. *Primogenitus Regis ſemper debet ſedere à dextris.*

268. *In linea Electorali quis ordo ſedendi inter Agnatos.*

279. *Inter Principes ejuſdem familiæ ſenior primũ locum occupat.*

280. *Recenſentur præjudicia.*

281. *Filius primogeniti, ipſius dignitatem retinet.*

282. *Qualitates perſonaliſſimæ cum poſſeſſoribus expirant, nec in in ſucceſſores continuantur.*

283. *Filius primogeniti dicitur primogenitus per fictionem & impropriè.*

284. *Fictio nunquam trahitur retrò, quoad præjudicandum alteri.*

285. *An ſeniori præferri debeat, qui habet expectantiam de Electoratu.*

286. *Ius in ſpe & in habitu non præfertur juri effectualiter quæſito.*

287. *Effectus non poteſt eſſe ante cauſam.*

298. *Duo unam eandemq́ rem in ſolidum poſſidere nequeunt.*

299. *Ius Electorum uti perſonaliſſimum, non eſt communicativum.*

290. *Quæſtio multum famoſa in domo A. & W. Item in domo B. & P. N.*

291. *Repræſentatio non habet locum extra fratrum filios.*

292. *Ius primogenituræ habet locum in linea deſcendẽti, non inter transverſales, vel in diverſis lineis.*

293. *Noviter creatus Princeps ultimum locum occupat,* n. 294. & ſeq.

296. *Imp. non poteſt ita Principem creare, ut præcedat alium, cui jus jam eſt quæſitum,* n. 297. &. ſeqq.

300. *An*

300. *An jus ſedendi devolvetur ad Principes ipſo jure, apprehenſa ſc. poſſeſſione, an per inveſtituras Cæſareas.*

301. *Poſterius velle videtur Vultejus & alii* n. 303. *allegati.*

302. *Conſpirant in hoc ferè omnes Catholici.*

304. *Contrarium author ſtatuit* cum, n. 305.

306. *Cui accedit obſervantia imperii.*

307. *Exempti in imperii Comitiis ſeſſionem non habent.*

308. *Qui habet ſeſſionem ſtatus imperii eſt, Et contra.*

309. *Exempti in Comitiis extra ordinem ad ſedendum invitantur*, n310.

311. *Quod tibi non nocet, & alii prodeſt, teneris facere*, n. 312.

313. *An Hollandorum vel Venetorum Legati ſint præferendi Principibus*, n. 314. & ſeqq.

316. *Negat author.*

317. *Prælatorum nomine continentur omnes Eccleſiaſtici.*

318. *Prælati propriè qui nam ſint*, & n. 319.

320. *Poſtponuntur Principibus ſecularibus.*

321. *Præcedunt tamen Comites & Barones.*

322. *Prælati unius Principis vicem ſuſtinentes, unum tantùm ſuffragium habent in Comitiis.*

323. *Prælatorum appellatione continentur Abbatiſſa*, n. 324.

325. *Abbatiſſa Quedlinburgenſis reliquis eſt eminentior.*

326. *Comitibus cæteris præferuntur* die Gefürſtete Graffen.

Digitized by Google

327 *Comites lateris Suevici & Wedderavici quo loco & ordine ſedeant.*

328. *Quot vota in Comitiis habeant.*

329. *Explicatur Rutger Ruland.*

330. *Reliqui Comites promiſcuum ordinem ſervāt.*

331. *Seſſura imperii à circulari multùm diſcrepat.*

332. *Si circulariter cōveniunt Comites, ſenior habet directorium.*

333. *Germaniæ moribus Barones æquiparantur Comitibus.*

334. *Comes in ſedendo præfertur Baroni.*

335. *Barones ſunt ſtatus Imperii.*

336. *Illuſtres appellantur.*

337. *In Matricula & jure Auſtregarum Comitibus æquiparantur.*

338. *Ad dignitatem judicis ac Præſidum Cameræ vocantur.*

339. *Legati Principum ſuorum ſubſellia occupant.*

340. *Legatorum* κέφας *eſt nuncius Apoſtolicus.*

341. *Legati pro dignitate eorum, quorum vices gerūt honorantur,* n.342.

343. *Legati pro Principum ſuorum ſeſſione tanquā pro aris & focis diſputare debent.*

344. *Et fugere potius congreſſum, quam loco cedere.*

345. *Legati interdum Principum ſuorum loca non occupant,* n.346.& ſeq.

348. *Electorum legati præcedunt Principes, comparati autem cum Electoribus, qui in perſona adſunt, ſedent infra illos.*

349. *Quinam Electorum officia adminiſtrare debeant, Legati an Vicepincerna, Vice-Camerarius,* n.350. & ſeqq.

353. Civi-

353. *Civitates imperiales præcedunt municipales.*

354. *Civitates olim de prærogativa ſeſſionis altercaſſe legitur.* n.355.

356. *Civitates poſtponuntur Principibus & Comitibus,* n.357.

358. *Civitates imperii diſtinguũtur in duo ſubſellia.*

359. *Wormatia & Lubeca alternis vicibus præeminentia ſeſſionis utuntur.*

360. *De civitatib. Hanſaticis, & quod potentia uti neſciant,* n.361.

362. *Ignorantia Bodini.*

363. *Error Waremundi ab Erenberg.*

365. *Civitatum Hanſaticarum conditio.*

366. *Mittunt legatos, quamvis id neget Kirchnerus.*

364. *Quatuor civitates Hanſaticæ ſunt imperiales.*

367. *Harum legati in Comitiis extra ordinem ſedent.*

368. *Civitates municipales planè privatorum loco ſunt.*

369. *Metropolis provinciæ caput eſt, ac mater,* n.370.

371. *Metropolis primam ſedem, primumq; votum habet, Metrocomia vicorũ caput, reliquos pagos præcedit.*

372. *Nobiles etiam immediati non habent ſeſſionem in Comitiis.*

373. *An præferendi ſint civitatibus? Præferuntur municipalibus, non verò imperialibus,* n.374. & ſeqq.

377. *Doctor præfertur non Doctori.*

378. *Doctor natus ex Doctore præfertur cæteris.*

379. *Doctor promotus in Academia præfertur Bullato.*

380. Do-

380. *Doctor creatus ab Imp. præfertur creatis ab inferioribus.* Intellige, ut n. 381. & ſeqq.

384. *Doctor creatus cum rigore examinis cæteris præfertur.*

385. *Doctor V. I. præfertur in altero jurium graduato.*

386. *Etiam Canoniſtam.*

387. *Doctor juris Canoni præfertur Doctori legum. Et quatenus*, n. 388.

389. *Doctor Theologiæ præfertur Doctoribus juris.*

390. *An etiam Licentiatus Theologiæ.*

391. *Doctor genere nobilis præfertur Doctori ignobili. Limitatur*, n. 392. & ſeq.

394. *Doctor ſenior præfertur juniori.*

395. *Doctor & miles ſimul præfertur cæteris.*

396. *Doctor præfertur Nobilibus & militibus in actibus doctoreis.*

397. *Militibus etiam in actibus promiſcuis.*

398. *Non tamen in actibus bellicis.*

399. *Prius doctoratus præfertur junioribus. Limitatur*, ut n. 400. & ſeqq.

403. *Licentiatus quatenus Doctori ſit præferendus.*

404. *Doctor Iuris præferendus eſt Medicinæ Dd.*

405. *Inter Canditatos ille præfertur, qui tempore promotionis primus renunciatur. Limitatur*, ut n. 406.

407. *An Comes Palatinus præcedat Doctorem remiſſive.*

CAPUT

Caput IX.

De Nobilium Prærogativa, Seſſione & Præcedentia inter ſeſe.

FRequens admodum & periculoſa in jure publico,
in quo materia prælationis verſatur, † *Hipp. Rimi-* 1
nald. conſ. 368. num. 73. libr. 4. eſt Seſſionis & Ordinis
inter Principes univerſi orbis diſputatio. † Frequens 2
quidem utpote, quæ omnia ferè Comitia & Concilia univerſalia, aliquandiu ſuſpendit & diſtulit, aliquandiu planè diſſolvit, at periculoſa magis, magiſque audaciſſimè pugna, quam lite de jure diſertiſſimè diſceptando decernenda, tùm verò maximè ſi homo privatus de hac aliquid arbitretur vel ſtatuat. Ideoq; animus nõ eſt prætoriam quandam uſurpare diffamandi poteſtatem, ſed ſufficiat duntaxat nobis aliorum reſponſa propoſuiſſe, eorum diſcuſſionibus ad aliud forum remiſſis, quippe quæ integro vix poſſent definiri ſeculo.

In puncto ſeſſuræ vel præcedentiæ generalis hæc
præmittenda eſt Regula. † Quod ſc. ſecundum gra- 3
dus prærogativam jus προεδρίας concedatur. Quæ re-
gula præterquam, quod in utroque jure canonizata
ſit, ut dignioribus dignior locus tribuatur, † *c. illud,* 4
in fin. 8. quæſt. 1. l. fin. ff. de fid. inſtr. l. honores, 7. ff. de decur. l. potioris, 5. C. de off. rect. prov. Schrader. de feud. part. 10. *ſect. 9. n. 151. Olivar. Razzal. deciſ. 1445. n. 3. part. 2. Burſat. conſ. 343. n. 10. lib. 4.* Neq; enim heri aut hodie fieri incipit, inquit Thucydides, *lib. 1. hiſtor. de bello Peloponneſ. n. 51.* Sed ſemper accidit, ut infirmior potentiori
cedat, † *Duro di Paſcolo in aulic. polit. reg.* 160. confir- 5
matur in nobili illo Apologo Reinicke Fuchs/ † *part.* 7
2. c. 3. Ubi de Rege Leone ita legitur:

Vnd

Vnnd hies die Thier all ins gemein/
Schweigen/vnnd ſitzen in das Graß/
Jeden darnach er Edel waß.

In tantum autem hæc regula fundata eſt, ut etiam conſuetudo, quæ minorem majori, ignobilem nobili
7 præfert, nullius exiſtimetur ponderis, † *Decian. reſp. 21. num. 65. & ſeqq. vol. 1. Fed. Scotus reſp. 28. n. 5. & ſeqq. lib. 6 tom. 1. Bero conſ. 22. n. 20. & ſeqq. vol. 1.* etiamſi o-
8 riginis neſcia, † *Ruin. conſ. 155. n. 11. cum ſeqq. libr. 4.*
9 neque pacto huic juri validè renunciari poſſit, † *Decian. reſp. 19. n. 43. vol. 3.* argumento ducto à conſuetu-
10 dine ad pactum, quod valet ſaltem negativè, † *Fr. Vivius deciſ. 255. n. 7. lib. 2. Decian. reſp. 7. num. 73. vol. 3. Cravett. conſ. 814. n. 1. part. 5.* ut ſc. quod per conſuetudinem induci non poteſt, neque poſſit per pactum expreſsè, *ut not. in l. impoſſibile, 50. ff. de pact.* etiamſi juramento firmatum fuiſſet, † *c. ſi diligenti, de for. compet.*
11 *Ripa in L. 3. de donat. c. 6. nu. 8.* Et in terminis, *Decian. reſp. 19. n. 41. vol. 3.* cum talis renunciatio ſit juri contraria, veluti ſupra docuimus.

PONTIFEX ROMANUS.

Prærogativam τῆς προεδρίας tenet Romanus Pontifex, ſed ſine præjudicio veritatis, quemadmodum Bartolus alibi ait, ſe ſine præjudicio veritatis locum Papæ relinquere eum ipſum, quem ei Gregorius M. attribuerit, † non inter Eccleſiaſticos ſolum, quo-
12 rum culmen eſt & apex, *Seraphin. Olivar. deciſ. 606. n. 10. part. 1.* Vnnd wird genant der aller Gewaltigſte
13 Pfaff/ † *apud Frid. Hortleder.* von den Vrſachen des Teutſchen Kriegs/ *lib. 1. c. 47 f. 502.* ſed etiam ſecula-
14 res, † *Socin. Sen. conſ. 99. num. 18. vol. 3. Cravett. conſ. 982. n. 6. part. 6. Natta conſ. 637. num. 10. & ſeqq. tom. 3. per Novell. 131. c. 2.* Ubi Imperator Juſtinianus Pontificis προεδρίαν, ſed non ἱεραρχίαν, primatum ſeſſionis
15 & ordinis, non verò poteſtatis, † *ut benè explicat amicus noſter Joch. Cluten. in Syllog. concluſ. 7. in fin.* nec priorem

tem ſe habet, *Cavalcan. deciſ. 36. n.* 153. *part.* 2. Adeò, ut etiam Patriarcham Conſtantinopolitanum præcedat, † *d. Novell.* 132 *c.* 2. *Ibi, Archi Epiſcopus Conſtantinopolitanus ſecundum habeat locum*, nec præſcriptione 16
induci poſſit, ut hic Romanum Pontificem antevertat, † *poſt Felin. P. Gilken. ad Auth. Quas actiones, c.* 2. 17
num. 3. *C. de S. S. Eccl.* non ſolum religionis, honoris & reverentiæ intuitu, † *per tradita Peregr. conſ.* 84. *n.* 36. 18
libr. 1. perſona enim Eccleſiaſtica dignior eſt ſeculari, † *arg. l. non diſtinguemus,* 32. *§. ſacerdos,* 4. *ff. de recept. ar-* 19
bitr. Tholoſ. lib. 5. *Syntagm. c.* 1. *n.* 6. Sed etiam propter Romanæ urbis dignitatem. † Hæc enim caput mun- 20
di eſt, † § *fin. Inſt. de ſatiud.* Urbs æterna, † *l.* 1. *C. de* 21
ſuariis & ſuſceptor. communis totius orbis patria, † 22
l. Roma, 33. *ff. ad municip. l. ſi duas,* 6. *§. Roma.* 11. *ff. de Ex-* 23
cuſ. tut. l. fin. ff. de interd. & releg. l. eos qui, 9. *ff. de vacat. & Excuſ. l.* 3. *C. de conſul.* Mundi Epitome, & altera arca
Noæ, † *ut vocat Florimond. Raymond. lib.* 5. *de la naiſ-* 24
ſance de l' hereſie, c. 4. *n.* 2. Unde Reſpub. κατ᾽ ἐξοχὴν & figura antinomaſiæ de ſola Romana intelligitur. † *l.* 25
eum. qui, 16. *& l. ſeq ff. de V. S. t. t. C. de jure fiſci. Sichard. ad L.* 1. *n.* 3. *C. ex quib. cauſ. maj.* Roma verò Patrimonium Petri eſt & Chriſti Vicario, quem Papam nominant, ſubjecta, ſi verò inde etiam poteſtatis primatum
Pontifex metiri velit, næ ille Romanus Abbaddon, † 26
ut enim vocat Godfrid. Heidfeld. in Sphyng. Philoſoph. c. 5. *pag.* 9, per excellentiam der Welſche Pfaff / à viis Petri aberrat, turpiterque errat, tametſi alias errare non
poſſit, portatur enim quomodocunq; velit. † Nam 27
Roma olim fuit caput mundi, hodie ejus cauda eſt, † 28
ait Giovan. Boccatio nel ſuo decamerone, giornat. 5. *novell.* 3. *in pr.* Neque Romanæ Monarchiæ ἀξίωμα inde corruit, quod Roma Pontifici paret. † Ridiculum enim 29
eſt, à certo orbis angulo, velle metiri Romani Imperii
Majeſtatem, ubi enim Imperator eſt, ibi Roma eſt, † 30
Herodot. in Commod. Marc. Mantua ſingular. 9. *numer.* 1. Ibi urbs regia & ſacer Comitatus eſt, ubi opum Dominus

31 minus eſt, † *Cujac.ad L. 1. C. de Canon. largition.* Ibi
32 Imperatoris curia eſt, ubi Imperator eſt, † *Gylman.*
deciſ.Cam.45.n.39.lib.2. Nec Reſpub. eſt in parietibus,
ut Pompejus dicebat, † *Dio lib.41 Bodin.lib.1. de Re-*
33 *pub.c.6.f.78.* ſed in aris & focis, † *P.Heig.part.1.quaſt.*
34 *2.n.29.* majorque orbis, quàm urbis eſt authoritas, †
35 *Bald.ad l. 8.§.ſcribit, 9.ff. de Excuſ.tut.Nic.Bellon.conſ.*
86.num.8.

Imperator Romanus.

Pontificem immediatè ſequitur Imperator, cui et-
iamnum in hac extrema ferri & luti cõmixtione, pri-
mus inter omnes Reges locus ubique terrarum abſq;
36 controverſia conceditur, † *Henn.Arniſa.de jur. Ma-*
jeſt.lib.1.c.2.n.9.

——Nullum caput iſta ſuper ſe
Aſpicit, excepto cœlorum Rege poteſtas.

Ait Gunther.in Ligurin.lib.6. Quia Imp. honore, di-
gnitate & auctoritate cunctos alios Reges antecedit,
37 † *P.de Andlo lib.2 de Rom.Imper.c.8.G. Panciroll. conſ.*
38 *119.num.30.* Etiam Regem Francorum, † *Signorol.de*
Homode.conſ.129.col.8.part.2. Quod etiam Bodinus,
39 Monarchomachus, negare non habet, † *lib.1.de Re-*
pub.c.9.fol.227. ubi ait, quod omnes Chriſtiani Princi-
pes poſt Pontificem Max. Cæſari loco cedant, vel quia
Imperii Germanici caput eſt, † *per* Reichs Abſchied/
40 *de Anno* 1518. *in pr. & Anno* 1529. §. Und anfencklich/
& Anno 30. §. Nach dem/ Ibi. **Obriſt Haupt der Chri-**
ſtenheit/ vel quia diuturnâ poſſeſſione & tacito con-
ſenſu omnium Regum Chriſtianorum id conſecutus
videtur, Alphonſus Arragoniæ Rex ab aulicis aſſenta-
toribus admonitus, ne dimiſſius quam par eſſet, erga
Fridericum Imper. ſe gereret, reſpondiſſe fertur; Ve-
ſtrum non eſt de Regibus judicare, nos Reges omnes
debemus reverentiam Imperatori, *Ioh.Dauth.* im Be-
richt und Erklärung an den Raht zu Braunſchweig/
fol.25. Hinc lepida & profunda illa allegoria de duo-
bus

bus magnis luminaribus, † Sole & Luna, Pontifica- 41
lem dignitatem Soli, Imperialem verò Lunæ confe-
rens, *Innocent. in c. ſollicitæ extr. de major. & obed. P. Gil-
ken. in Auth. Quas actiones, c. 9. n. 8. C. de S. S. Eccleſ. Pere-
grin. conſ. 1. num. 24. lib. 1.* Quâ etiam Carolum V. Imp.
in literis ad Clementem Pontificem uſum fuiſſe legi-
mus, † *apud Sleidan. lib. 6. comm f. 142.* Quamvis hic 42
ſtylus, talia quoq; καυχήματα Apoſtolicæ gravitati, &
humilitati non conveniant, † *Rittershuſ. in Expoſit.* 43
Novell. part. 1. c. 7. n. 111. Neque enim ad hunc modum
ſcribere ſolebant Petrus & Paulus, de Magiſtratu po-
litico loquentes.

Præcedit autem Imperator alios Reges, non quia
coronabatur olim triplici corona, † *ut putant, Fr.* 44
*Marci deciſ. 1022. n. fin. tom. 1. Signorol. de Homode. conſ.
129. col. 5. & ſeqq. Peregrin. conſ. 84. n. 37. libr. 1.* cum iſta
ratio divinatoria ſit, quia n. Rex Hiſpaniæ toties co-
ronatur, quot poſſidet regna, idcircone Imperatorem
anteſtabit? Sed quia Romana Reſpub. omnem hono-
rem omnemque præeminentiam, quam ſuper omnes
Reges & populos habebat, lege Regia, unà cum Impe-
rio in Imperatorem tranſtulit, † *l. 1. ff. de conſtit. Prin-* 45
cip. facit. Modeſt. Piſtor. conſ. 51. n. 4. vol 1.

Nec relevat primò. Quod Rex Franciæ, Hiſpaniæ
& alii Reges amplius non ſubſint Imperio, † *uti do-* 46
cuimus ſupra c. 2. n. 49. & ſeqq. Per hoc enim Impera-
tor non deſinit univerſalis, quia ſpecies extracta de
genere non facit perire genus, † *Cardinal. Tuſch. de* 47
*jure ſtatuum, part. 2. memb. 1. n. 6. Ægid. Bellamera conſ.
39 n. 22. & conſ. 42. n. 8.*

Secundò non relevat confirmatus ſit Imperator à
Romano Pontifice, vel non ſit. † Ut obtinuerunt 48
Caroli V. Oratores Anno 1521. Caletis adverſus
Franciſci I. Galliæ Regis legatos ambitioſiſſimos,
*H. Kirchner. de legat. lib. 2. c. 5. n. 74. Pacian. de probat. lib.
2. c. 35. num. 38. Quetta conſ. 1. per tot.* Cum ſola electio
plenam ac liberam Imperii poteſtatem nomenq; Im-

M pera-

Digitized by Google

peratorium electo concedat, non Pontificia ulla con-
firmatio ac coronatio, quam non neceſſe habet is, qui
49 nolit impetrare, † *Sixtin. de Regul. libr.* 1. *c.* 4. *num.* 10.
Buxtorf. ad Aur. Bull. concl. 38. *per. tot. Georg. de Cabedo*
deciſ. 8. *num.* 4. *& ſeq. part.* 2. *Bero conſ.* 1. *n.* 4. *vol.* 1.

Quinimò Cæſar non inter Principes Chriſtianos
ſolum, ſed & in Turcica aula apud Turcam, **welcher
doch des Römiſchen Reichs Gehäſſigſter/ vñ Blut-
dürſtigſter Feind iſt/ Reichs Abſchied/** *de Anno* 1532.
Ratubon. §. **Derhalben/** 6. præcedentiam habet ante o-
mnes Reges & Principes, † *poſt Leuenclaj. in ſupplem.*
50 *Annal. Otthomanid. Thom. Lanſ. de lege regia concluſ.* 49.
quamvis ob privatos affectus ex morbo magis animi
51 id neget Bodinus, † *lib.* 1. *de Rep. c.* 9. *in fin.* Etſi enim
aliquando Regis Galliæ legatus apud portam Otto-
mannicam de Seſſione controverſiam moverit legato
Auſtriaco, quod non Imperatoris, ſed Ungariæ Regis
52 nomine adveniſſet, † *ut probat. Beſold. diſp. pol.* 2. *claſſ.*
1. *th.* 23. *ex Mich. Hebrereri ſervitut. Ægypt. libr.* 2. *c.* 15.
eamq; ob cauſam ſuperiorem in templo occupare lo-
cum vellet, Turca tamen contentione intellectâ, ſu-
ſpendi nudum acinacem ante fani valvas juſſit, addi-
tis per præconem minis, capitis pœnam luiturum, qui
vel unum verbum proferre de illa controverſia impo-
53 ſterum fuerit auſus, † *H. Kirchner. libr.* 2. *de legat. c.* 5.
num. 86. Ita cum David Ungnadius L. B. Auſtriacus le-
gatus Cæſareus Conſtantinopoli Sultano valedictu-
rus eſſet, & legatus Perſicus eâdem de cauſa ad Diva-
num (locus eſt audientiæ publicæ) ſe contuliſſet, ille
ſerius adveniens, & Perſam jam primum locum occu-
paſſe conſpicatus, inſalutato Sultano diſceſſurus erat,
niſi Machemetes Baſſa Vezirazemes Conſiliarius ſu-
premus, eâ re animadverſa Perſam licet Mahumeta-
num inferiore loco ſedere juſſit, *Ioh. Leuenclaj. in ſup-
plem. annal. Oſmanid.* Nec præcedentiam ſolùm habent
Impp. Romanorum legati, ſed inſuper ſedendo apud
54 Turcam perorare ſemper ſunt ſoliti. † Quod etſi Ve-

netorum

netorum legati imitari voluerint, interpellati tamen hanc ob cauſam, & prohibiti à barbaris fuerunt, † *Kirchn. de legat. d. lib. 2. c. 5. n. 62. poſt Warſewic. in Orat. de legat.* 55

Rex Romanorum.

Inter Reges ſummum locum obtinet Rex Romanorum, † *Goldaſt. tr. de Majorat. libr. 1. c. 16. num. 8.* Is 56
enim perpetuus Imperii Romani Vicarius eſt, omniaque poteſt, quæ poteſt Imp. poſt ſuſceptas inſulas Imperiales, † *ut ait Curt. Iun. conſ. 1. num. 27. part. 1.* ab- 57
ſenteque Imperatore in Comitiis ſedem & locum Imperatoris occupat. † Quod ex vulgata in Receſſibus 58
Imperii & Ordinatione Cameræ reitera formula, **wir oder in abweſen Römiſcher König an vnſer Stätt/** ſatis eluceſcit. Hinc unum & idem cum Imperatore habet tribunal & conſiſtorium, nihilq; differt ab Imp. niſi ambitu minoris circuli, ſicuti ſcapha differt à navi, † *ut ait Bald. in rubr. quæ ſint regal. Hen. Gödæn. conſ.* 59
2. num. 8. Quid verò ſi Cæſar in Comitiis αὐτοπροσώπως adſit? † Tum Regem Romanorum in eo, in quo 60
Trevirenſis aliâs ſeſſionem habet, ſubſellio, nimirum Cæſari è regione oppoſito collocari probat † 61
Bernh. Bertran. de Comitiis, memb. 5. num. 66 ex Cœleſtini hiſtor. Comitior. Anno 1530. p. 115. Sed quia in Aurea Bulla de hac deciſione altum ſilentium, fides ſit penes authorem.

Qv. An Regi Romanorum nondum uncto, præferendus ſit Rex Galliæ ab Archi-Epiſcopo Rhemenſi inunctus? Ita putat † *Chaſſanæ. in Catal glor. mund.* 62
part. 5. conſid. 29. Negat † *P. Gilken. in Auth. Quas actiones, c. 9. n. 27. & ſeqq. C. de S. S. Eccleſ.* ubi hanc ſen- 63
tentiam 15. rationibus illuſtrat, & ad Chaſſanæi argumenta reſpondet.

Rex Franciæ.

Galliæ Rex primus eſt Regum, & in ordine ſequitur Imperatorem & Regem Romanorum, † *Bodin.* 64

Digitized by Google

lib.1.de Rep.c.9.fol. 227. ubi ait, Regi Francorum poſt Imp. cæteros Principes cedere conſueviſſe, *Molina. art.95. de concil. Trident. non recip. Ant. Quetta conſ.1. per tot.* Qui tanquam ſtella matutina eminet in medio nebulæ meridionalis, ſuper omnes Reges, excepto
65 Imperatore, † *Bald in c.1.§.fin. in tit. de prohib. alien. per Frid. Curtius Sen. conſ.43.n.15. part* 1. Imò Impera-
66 torem & Regem Franciæ in honore æquiparari ait, † *Fr. Marci deciſ. Delph.* 1022. *num.* 8. *tom.* 1. & quod Imp. non præcedat Regem, ſed ſimul de latere indifferen-
67 ter tranſeant, tenet † *Guido Papa deciſ. Gratianop.* 239. *num.* 3. Dehinc cauſam belli inter Carolum V. Imp. & Franciſcum I. Regem Galliæ aptè definivit Franciſcus, quod ipſe cum Pompejo non poſſit ferre ſupe-
68 riorem, ille cum Julio Cæſare nullum parem, † *Ventura de Valent. in Parthen. Litig. lib.1.c.7.n.7. Bodin. lib. 6. de Rep.c.5.*

Rex Angliæ.

Regem Galliæ ſequitur Rex Angliæ, tametſi Anno 1545. Carolus V. Imp. Ultrajecti in conſeſſu Equitum Aurei Velleris, ſedem Henrico Regi Angliæ ad dextram, ſiniſtram verò ſedem Franciſco Regi Galliæ conceſſerit, *Sebaſt. Munſter. libr.* 3. *Coſmograph. c.* 209. quod ætatis & ordinis intuitu factum eſt juxta articulum 17. dicti ordinis. Nam & Delphinus Franciæ præcedit Regem Angliæ, qui etiam in Concilio Conſtan-
69 tienſi prælatus legitur. † Ac quamvis Ferdinandus V. Rex Hiſpaniæ ob jus prærogativæ inſtituerit con-
70 troverſiam cum Henrico VIII. Rege Angliæ, † allegans, etſi olim cum Hiſpania ſuis partibus disjuncta eſſet, primus locus poſt Regem Galliç, Anglo debebatur, nihilominus poſt tot regnorum alluvionem ſibi deberi. Attamen Julius Pontifex, quemadmodum
71 ſcribit Volaterranus, † *lib.3. comm. in fin.* cum utriuſque Oratores ad præſtandam obedientiam conveniſ-
72 ſent, prærogativam Anglo reſervavit, † *Caſpar. Enſ. in*

in theſaur.polit part.3. apoteleſm. 63. P. Matthias libr.7. hiſtor.Franc.de Henrico IV. narrat.1.num.12. Quamvis Concilium Baſilienſe poſtea aliter in favorem Regis Hiſpaniæ judicârit, † *Sim. Majol. tom. 4. dier.Canicul.colloq.5.fol.326.* Quapropter cum Anno 98. Legati Angliæ Reginæ, Hiſpaniarumque Regis, de pace tractare vellent, de hiſce ceremoniis non concordes, non huic negotio dare potuerunt initium, *Eman.à Metern.lib.13.hiſtor.bell. Belgic.* 73

Rex Hispaniæ.

Hiſpanus quamvis olim cum Rege Galliç de ſeſſione nunquam contenderit, hodie tamen ab Ann.1558. major inter illos, quam inter Corbem & Orſuam, *de qua Livius lib.28 hiſtor.Rom.cap.21.* eſt contentio, † 74
quam ille propterea ſibi vendicat, quod à circumferentia ad centrum Europæ Principum potentiſſimus ſit, † *Chaſſana.in Catal.glor. mund.part.5.conſid.37.* 75
Et orbis terrarum Monarchiam fatò ſibi deberi putet.
† Imò Imperii ſui centrum ubique, circumferentiam 76
nullibi eſſe, dicunt Hiſpani. Unde Hiſpanorum proverbium, † *Dios es poderoſo en el ciel y el Rey d' Eſpagne en la tierra.* Gott iſt mechtig im Himmel/ vnnd der 77
König von Hiſpanen iſt mechtig auff Erden / quod etiam † in Gallia jactabat Mendoza legatus Hiſpa- 78
nicus, *Hiſtori.de France de Henry I V. lib.6.narrat.5.n.1.*
Quamvis verò Hiſpanus † ſæpè tentarit Galliæ le- 79
gatos antevertere, Venetorum tamen SCto, & voce Pontificis Anno 1558. deturbatum fuiſſe, refert *Bod. lib.1.de Repub.c.9 fol.228.* Quod etiam Anno 1564. † 80
in Concilio Tridentino accidit, cum enim Gallorum legati, eò quod Mendozam Hiſpaniæ legatum non anteirent, collegio vellent recedere, Mendoza callido commento declaravit, ſe nolle quidem præcedere, interim nec cogi poſſe, ut ſequeretur. Ita ſeorſum ab ordine omnium legatorum locum nactus eſt, *videatur Natal.Comes in hiſtor.ſui temp.l.b.14.in fin.Sim. Majol.d.*

Digitized by Google

81 *tom.4.dier.canicul.colloq.5.fol.*328. Nec multò poſt, †
quamvis Hiſpanus ab Imp. contenderit, ut cum Gal-
lo eodem ordine & gradu conſiſteret, aut alternis die-
bus aut anteiret, aut ſequeretur, tamen Buſchetus
Gallus utrumque recuſavit, *Bodin.d.c.9.de Repub. Ant.*
*à Gama deciſ.Luſit.*1.*n.*3. Quapropter Ferdinandus, †
82 ne vel Francis, vel Hiſpanis favere videretur, utroſq;
legatos à concionibus & conſeſſu publico arcebat, ac
83 quamvis poſtea † à Pontifice pronunciatum fuerit,
quod Gallus Hiſpanum præcedere, prioremque vel
Principem ſecundum Cæſaris Oratorem in ſeſſione
locum obtinere deberet, *Matt.* Whener.*in Metamorph.*
*Rerumpub.c.*7.*fol.*89.*Thuan.lib.*35 *hiſtor.ſub An.* 1564.
Hiſpanus tamen apud Maximilianum II. Imp. con-
ſanguinitatis & affinitatis vinculo ſibi conjunctum
effecit, ut Caroli IX. legatis, Principis loci prærogati-
va in aula Cæſarea denegaretur, quam inſignem in-
juriam, ad bellum Hiſpano movendum ſufficere, ope-
roſè Regi Galliæ perſuadere conatus fuit Caſparus
Colinius, *Thuan.lib.*49.*hiſtor.ſui temp ſub Anno* 1572.
84 Ita quoq; Reges Angliæ † legatos Francorum ſem-
per prætulerunt, & in conſeſſu equitum aureę periſce-
85 lidis † ſedem Regi Francorum ad dextram, proximè
Principem Walliæ reſervarunt, ſiniſtram verò Regi
Hiſpano poſt Imperatoris ſedem conceſſerunt, *Petr.*
*Matth.libr.*1.*hiſtor.Franc.narrat.*2.*num.*8.*Bodin.d.c.*9.
86 *de Rep f.* 229. Ubi illud obiter adnotandum, † quod
ratione confœderationis Princeps unus, vel par, vel
ſuperior, ſe obliget ad obedientiam in quibuſdam ex
pacto, citra tamen præjudicium dignitatis ſuæ, *per L.*
non dubito §.1.*ff.de captiv.& poſtlim.rev.Mod. Piſt.conſ.*
51.*n.*32.*vol.* 1.

Nec obſtat, quod nullus ferè Monarcha Hiſpania-
87 rum Regi, † quo ad terrarum ſpatium & hominum
multitudinem æquiparari poſſit, *Horat. Magaluzz.*
88 *part.2.theſaur.polit.* à potentiæ enim magnitudine †
non ſemper dignitatis prærogativa dependet, *Menoch.*
conſ.

conſ.36.num.51.vol. 1. ubi ait, quod bona conſequentia non ſit, eſt potentior, ergo dignior. Quinimò potentia Hiſpani † vix ſuperat Regem Galliæ, quoniam Galliæ partes, arctè & quidem circulariter ſunt continuatæ, linguaque & moribus unitæ, *Monſieur de la Noue diſcurſ.20. Beſold lib.1.pol.c.12 n.75.* tametſi Gallia ne dimidiam circiter Germaniam ſui amplitudine adæquet, ut ipſi dicunt Germani, † **Drey Italien machen ein Franckreich / vnnd drey Franckreich machen ein Teutſchlandt /** *Parthen. Litigioſ. lib.1.c.16.nu.7.* Hiſpaniæ verò Rex toto ſuo Imperio uti nō poteſt, quodlibet enim regnum indiget ſemet ipſo, & alteri ſuccurrendo ſemet debilitat, ſicq̃ue ad mutua auxilia ferenda, non ita promptè, ſicut res poſtulat, concurrere poteſt, & mole ſua laborare videtur, unde lenta ſunt Regis Hiſp. auxilia. 89 90

REX SCOTIÆ.

Olim cum Scotia adhuc Angliæ feudum, & Rex Scotiæ Angliæ Regis Vaſallus eſſet, † ſive ratione aliquot regionum, *Arniſa. lib. 1. de jur. Majeſt. c. 5. num. 4. Barclaj. lib. 3. contra Monarch. c. ult. in fin.* ſive † ratione ipſius regni, ut nimis audacter ſcribunt *Matth. Steph. de jurid lib. 2. p. 1. c. 1 memb. 2. n* 20. *Vultej. de feud. libr. 1. c. 4. n.* 10. Anglus ſummum Orcheſtræ locum tenebat, donec † poſt mortem Balioli Anglorum obſequium Scoti ejurarent, vaſalloſq; ſe profiteri recuſarent, *Bodin. lib. 1. de Rep. c. 9. Knichen. de veſtitur. pact. part. 2. c. 5. n. 121. & ſeq.* Hodie licet ſtatus iſtorum regnorum indiſſolubili vinculo unitus ſit, Angli tamen præ Scotis nihil ſuperioritatis vel præeminentiæ jactare poſſunt. Quare Jacobus I. aſſumpſit † nomen Regis Britanniarum, quia Scoti tolerare nō poſſunt, quod nomen Angliterrę prępon atur Scotiæ, *P. Matt. hiſtoir. de France du regne de Henry. I V. lib. 7. narrat. 4. n. 8.* 91 92 93 94

REX POLONIÆ.

Regem Franciæ, Angliæ & Hiſpaniæ ſequitur Rex

 Polo-

Poloniæ, non propterea quod is Imperio nunquam
95 ſubfuerit, ut putat † *Hen. Arniſæ. lib. 1. de jun. Majeſt. c. 2 n, 6. in fin.* Et in hæc verba ſcribit *Florimond. Raymond. lib. 4. de la naiſſance de l' hereſie c. 8. n. 1.* Le Rey de
96 Polongne † avec les Roys de France & de Navarre, ont privilege de porter couronne cloſſe, ſans reconnoiſtre ſuperiorité quelconque Car les Roys de Dennemarc, Suede, Norvege, Boheme, Hongrie, Naples, Sicile, Angleterre la portent ouverte, pource qu'ils font redevance à quelque ſuperieur. Polonia
97 enim ſuberat † Imperio, cum Carolus M. victrices inferret Aquilas, & in extremam uſq; Scytiam faſces propagaret, *Bodin lib. 1. de Repub. c. 9.* Cum Otto III.
98 Imper. † Boleslaum Regis titulo augeret. *Charion in*
99 *Chron. lib.* 5. qui autem ſceptra † de manu alterius accipit, hoc ipſo eum pro ſuperiore recognoſcit, *Bod.*
100 *d. lib. 1. de Rep. c. 9 f.* 203. poſtea cum Lãkoldus † relicto Ludovico Imper. à Papa Johanne coronam poſceret, *Cromer. lib. 3. hiſtor. Polon. Cranz in Vandalia lib. 8. c. 2.* tacitè Imperio repudium miſit, *Otto Friſing. lib. 1. de reb geſt. Frid. c. 17. Petr. Royz. deciſ. Lithuan. 3. nu. 3.* Sed
101 propterea præfertur, † quod poſt Chriſtianiſſimum, Catholicum & defenſorem fidei, Reges, potentiſſimus ſit, & ſeſſionis præeminentiam, præeminentiæ verò poſſeſſionem, non apud Chriſtianos Reges ſolùm, ſed etiam apud Turcarum Imperatorem nactus ſit, Reges
102 verò Polonorum, † nec alios Reges eſſe aliis anteferendos, nec vicibus alternis honores communicandos, ſed de ipſorum legatis in univerſum ſtatuerunt, uti quiſque prior Poloniæ fines ingreſſus eſſet, ita dicendi ordine priorem futurum, *Bodin. lib. 1. de Rep. c. 9.*
103 *f. 229. Warſewic. in orat. de legat.* Verũm temporis illa prærogativa † tum tandem locum ſuum invenire poterit inter eos, qui ejuſdem ordinis ac dignitatis habentur, pariſque conditionis ſunt, docente Ulpiano, *in l. 1. ff de alb ſcrib. H. Kirchner. de legat. libr. 2. c. 5. n. 84. Ant. à Gama deciſ. Luſit. 1. n. 14.* Ex quo nobis hac

ratione

ratione optima relinquitur, † etſi inter Regum lega- 104
tos Polonicum ſtatutum veluti inter pares dignitate
commodè valere poſſit, Majeſtatis tamen Imperato-
riæ, quæ omni Regum purpura ſublimior, oratoribus
præſcribere & præjudicare hac in re nihil omninò poſ-
ſit, nihil debeat.

REX DANIÆ, SUECIÆ.

Reges Daniæ & Sueciæ, † quantumvis κατὰ νόμον 105
æquali poteſtate præditi ſint, dignitate tamen externa
quadantenus impares eſſe volunt, ita ut cauſæ ſuę po-
tius periculum creari ſinant, quam digitum latum al-
terius dignitati cedant. Plus enim in dedecore, quàm
dolore mali eſſe putant, † *Cicero lib.* 4. *Tuſcul. quæſt.* 106
ſicuti de Franciſco I. Rege Galliæ dicit, *Bellaj. lib.* 4. *hi-
ſtor. Fr. in pr.* Le Roy ſe reſſentoit bien du dommage,
plus encores du meſprus. Putant alii † Regem Da- 107
niæ in Imperio anteſtare Regem Sueciæ, propterea
quod membrum Imperii ſit, R. A. *de Anno* 1542. §.
Dieweil aber. Alii † enim propterea poſtponi debe- 108
re ſtatuunt, prætor ita interloquitur, IMPERIO † 109
SERVIRE SUMMA LIBERTAS EST. *Petr. Ant. de
Petra de jur. quæſit. non toll. c.* 15. *n.* 9.

REX HUNGARIÆ.

Rex Hungariæ præcedit Regem Bohemiæ, † ut 110
videre eſt in inſcriptionibus & titulis Cæſarum, wier
N. von Gottes Gnaden erwehlter Römiſcher Kay-
ſer / zu allen zeiten Mehrer des Reichs / in Germa-
nien / zu Hungern / Boheimb / ꝛc. Ordo verò titulorum,
† perſonarum dignitatem & præeminentiam indicat, 111
Menoch. conſ. 51. *n.* 35. *lib.* 1. *Fichard conſ.* 77. *n.* 12. *tom.* 1.
Ita legimus olim in Dubravio, † *in hiſtor. Bohem. cu-* 112
jus loci liber non occurrit. Cum Rex Hungariæ & Bohe-
miæ conveniſſent pacem facturi, Hungariæ Regem
capiti ſuo lauream impoſuiſſe, ne forte ſi Bohemus
caput ſuum aperiret, & ipſe pileum detrahere cogere-

tur, interim tamen præeminentiam & Majeſtatem callidè demonſtraret. Hinc quæritur. † An capite nudo
113 ille eſſe dicatur, qui habet funem ſeu filum in capite ligatum? Negant *poſt gloſſ. in c. cleros, 21. diſt. Ludov. Roman. ſingul. 660. num. 1. Capell. Tholoſ. deciſ. 228. n. 5.*

Rex Bohemiæ.

Rex Bohemiæ, quamvis in electione Regis Romanorum, & in actibus ad Imperialem curiam pertinen-
114 tibus olim noviſſimum † locum teneret, *Crantz. lib.*
115 *4. Saxon. cap. 28.* Hodie tamen † non ſolum omnes
116 laicos Electores, *Aur. Bulla c. 4. §. 3.* Quia Rex eſt † dignior Palatino, Duce vel Marchione, *Sixt in. libr. 1. de Regal c. 4. n. 15. & ſeqq.* Sed etiam quemcumque alium
117 Regem præcedit, † *Aur. Bull. c. 6. ibiq. Buxtorf. & Arumæ. diſcurſ. 4. concl. 1.* Ibi, daß ein König von Böheimb andern Königen / mit welcherley Würdigkeit der fürtreffent oder fürſcheinēt were / von welcherley geſchicht oder Sach die darzu kommen / denen ſol er ohnwandelbarlich fürgehen. In tantū, ut etiam ipſam
118 Auguſtam † præcedat, *Sim Majol. tom. 5. dier. canicul. colloq 1 fol. 86. Au. Bull. c. 24. in fin.* Ibi, ein Kayſerin oder Römiſche Königin / ſol gehen nach einem Römiſchen Kayſer vnd auch nach einem König von Böheimb / der einem Kayſer ohne mittell folgen ſoll. Nec obſtat, quod de Bohemiæ regno ſcriptum reliquerūt,
119 † *Hoſtienſ. in c. conſtitutus de teſtib. Baptiſt. Caſtellan. in c. ſcitote. 6. q. 3.* finium & provinciarum anguſtiam, o-
120 mnem Majeſtatis purpuram excludere, non enim † jura Majeſtatis locorum ſpatiis, aut regionum amplitudine, ſed dignitate definiuntur, *Bodin. libr. 1. de Rep. c. 9. fol. 224. & f. 227.* nec Majeſtas eſt quantitatis, ſed qualitatis prædicamentum.

Augusta, Vidua Imperatoris.

Imperatorem & Regem Bohemiæ immediatè competentis ſpatii intervallo ſubſequitur Imperatrix vel
121 Regina Rom. quæ † omnes omninò Principes Imperii

perii præcedit. *Aur. Bull. c. 24. in fin.* quemadmodum in Gallia † Regina Franciæ quoſcunq; regni Gallici proceres poſt Regem præcedere ſolet, *Chaſſana. in catal. glor. mund. part. 5. conſid. 39.* Auguſta enim † utitur eadem prærogativa, qua Imp. *l. bene à Zenone. in fin. C. de quadr. præſcript. l. fiſcus. 6. in fin. cum. l. ſeq. ff. de jur. fiſci.* Auguſta † nō activè ſolùm, ſed & paſſivè cum Imperatore participat. *Gratian. tom. 1. diſcept. for. c. 106. n. 28.* & coruſcat radiis Imperialibus, in iis tamē, † quę ſibi conveniunt ut fœminæ, *ut declarat poſt. gloſſ. in l. Princeps ff. de legib. Ioh. Piccard. conſ. 52. num. 113. inter conſil. Menoch. vol. 1.* In ſolemni quoque conventu † Imperatrix proxima infra Cæſarem menſa, tribus tamē pedibus depreſſiore accubat. *Aur Bull. c. 28. §. 2. Herm. Kirchner. in Morviller. lib. 1. c. 3. num. 62.* 122 123 124 125 126

Quid verò ſi mater Imperatoris adſit? † Et quidę ſi Imperatoris vidua ſit, in priſtinæ dignitatis memoriam, prior ipſi locus debebitur, quia privilegia Imperatoris retinet, *l. fœminæ. 8. ff. de ſenator. Pacian. conſ. 4. num. 86. & ſeqq. Petr. Cal all. conſ. 172. num. 29. & ſeq. vol. 1.* eodem modo quo Reginas Franciæ durante viduitate omnia privilegia, quib. Rex gaudebat, retinere ſcribunt, *Bapt. Aſin in proceſſ. Execut. §. 1. c. 52. n. 23. Tiraquell. tr. ceſſante cauſa p. 1. num. 107. Capyc. deciſ. 129 num. 8.* Quod ſi verò † Regis vel Ducis Vidua ſit, præcedere Imperatrix propter mariti dignitatem debet, *Arumæ. ad Aur. Bull. diſcurſ. 6. t. 39.* Idem obtinet, ſi vidua † poſt obitum Imperatoris Regi vel Duci ſe nuptui det, quia tum omnem claritatem & præeminentiam deponit *per l. cum te. 10. C. de nupt. ibiq; Lud. SchWartzmaj.* quam poſtea in viduali ſtatu jure etiam poſtliminei recuperare nequit. 127 128 129

Electores In Genere.

Proximum ab Imperatore in Imperio gradum obtinent Electores S. R. Imperii. † *Frid. Pruckman. conſ. 11. num. 1. vol. 1. Reſtaur. Caſtald. de Imp. quæſt. 8.* 130

num.

num. 21. quorum dignitas ſumma eſt, & regiæ æqui-
paratur. † *Dan. Moll. lib. 1. ſemeſtr. c. 40. num. 1. P. Heig.*
131 *part. 1. quæſt. 4. num. 51. Warem. ab. Erenberg. de fœder.*
lib. 1. c. 2. n. 147. Ita ut quod de Lydorum Rege Crœſo
132 Juſtinus ait, † Eum ſi non regiam, regiæ tamen di-
gnitati proximam egiſſe vitam, in illos appoſitè qua-
133 drare arbitremur. Præcedunt autem † in omnibus
ad ipſam curiam ſpectantibus omnes Reges & Princi-
pes, cujusque ſtatus, dignitatis & conditionis illi ſint
per. Aur. Bull. c. 6. Ibi, daß kein ander Fürſt welcherley
weſen/ Würdigkeitt oder Ehren der were / ihnen mit
nichten ſol fürgeſetzet werden. Neque obſtat, quod
Reges in majori actuali dignitate ſint, Major enim di-
gnitas † non facit quem præcedere, ſi non ſit ordi-
134 nata ad illum actum, pro quo tractatur de præcedēdo,
Purpurat. in l. 1. num. 195. ff. de off. ejus. Gratian. tom. 2.
diſcept. forens c. 298. num. 1. in fin. Neque novum vel ab-
ſurdum eſt, † in majori dignitate conſtitutum, ratio-
135 ne loci vel temporis poſtponi minori. *Nic. Boer. de ord.*
grad. utriusq; fori part. 2. num. 45. Iacobat. de concil. lib. 1.
136 *art. 1. num.* 114. Atque ita Electores † Anno 1471. in
Comitiis Ratisbonenſib. contra Superbi Caroli Bur-
gundiæ Ducis Legatos contendiſſe, è corpore Cæſaris
cum eſſent, ne Regibus quidem ſi adeſſent, cedere o-
portere, legimus *apud. Camp. tom. 2. Freher. & Heimſ-*
137 *feld. à Goldaſt. tom. 1. conſt. Imper.* Et Caroli V. † co-
ronationi Pontificius & Anglicus Legatus propterea
intereſſe noluerunt, ne poſt Principes Electores ordi-
narentur, *Hart. Maut. de coron. Carol. V. Sleidan. lib. 2.*
comm. in fin.

138 In aliis verò † actibus ad curiam non pertinenti-
bus, utpote in conciliis, & Principum Chriſtiano-
rum conventibus, quamvis Reges ſeſſionis prærog a-
tiva dignentur, aliis tamen Principibus ne latum un-
139 guem cedunt. † *Caſtald. de Imper. quæſt. 8. numer. 7. &*
quæſt. 10. num. 6. in fin. Barbat. de Cardin. præſtant. part. 1.
quæſt. 1. num. 4.

De Electoribus In Specie.

Electores Eccleſiaſtici antecedunt Electores Laicos, etiam Regem Bohemiæ, † *per Aur. Bull. c. 4. §. 1.* 140
quia Archi-Epiſcopi præcedere debent ſeculares. † 141
Aug. Bero conſ. 163. num. 26. vol. 2. quam præeminentiam Electores ſeculares Archi-Epiſcopis libenter ceſſiſſe, religionis & Eccleſiæ reverentia ait. † *Marquard.* 142
Freher. de Orig. Palat. c. 15.

Inter Eccleſiaſticos autem regulariter primum locum habet Moguntinus, † *per Aur. Bull. c. 4. in pr.* 143
Niſi quando fortuitum ordinem ſervant. † *Nicol.* 144
Serrar. lib. 1. rer. Mogunt. c. 15. iisque locus à dextro latere Imperatoris, vel Regis Romanorum ipſi conceditur, 4 *per d. c. 4. §. 1. Aur. Bull.*

Dixi *regulariter*. Quia Moguntinenſis † in ſuis tantum 145
dioceſibus & provincia, & extra eam in Cancellariatu ſuo Germanico à dextris Imp. ſedet: Colonienſis enim qui dextrum Imp. latus ſibi deberi olim contendebat, *uti patet ex M. Alb. Argentinenſ fol. 116. tom. 2. Vrſtiſ. Cuſpin. in Henrico VII. Aventin. lib. 7. Annal. Boj.* in ſuis provinciis, † Biſthumb vnd Landen / vnnd 146
auſſer denſelben in gantz Italien vnnd Gallien / dextrum latus Imperatoris occupare poterit, *per Aur. Bull. c. 3. §. 2. Crantz. in Saxon. lib. 9. c. 29.* Et rectè, quia Epiſcopus † in alterius Epiſcopatu pro privato ha- 147
betur, & reſpectu illius privatus eſt, *Gratian. tom. 2. diſcept. for. c. 298. num. 90. Ruin. conſ. 155. n. 7. lib. 4.* Et ſi major † reverentiam minori debet, quando eſt in 148
domo minoris, *Chaſſan. in Catal. glor. mund. part. 11. Conſid. 13.* quia Rex † quilibet eſt in domo ſua, *Lud.* 149
Molina. de Hiſp. primog. lib. 1. c. 2. n. 24. Hen. Göden. conſ. 11. n. 6. utique † multo magis cum æqualis ad æ- 150
qualem venit. Anomalam ſeſſionem † habet Trevi- 151
renſis archiantiſtes, non enim in ordine Electorum ſedet, ſed ex lineari directione verſus Imperatoris faciẽ, Gerichts gegen eines Keyſſers Angeſicht vber / *d. c. 3. Aur. Bull. §. 2.* Cur verò † in Gallia ad inſtar Colle- 152

garum

garum ad dextram ſedere non poſſit, cum tamen per totam ferè Galliam, & regnum Arelatenſe ArchiCancellarius ſit, non ſine cauſa quæritur, Arumæus † *diſ-*
153 *curſ. 3. ad Aur. Bull. th. 2 in fin quem ſequitur Bertram de Comitiis memb. 5. n. 66.* putat, Trevirenſem de jure ſuo aliquid Colonienſi ceſſiſſe, cui in recompenſationem id datum exiſtimare licet, quod etiam extra Cancellariatum ſuum & provinciam, ſtabilem, eundem ſedendi locum ſemper teneat. At mera † hæc eſt divinatio
154 in jure improbata *per l. ſi. putator.. 31. in fin. ff. ad L. Aquil. l apud. 4. §. illa 23. ff de dol. & mal. except.* Quia neque Apoſtolus Paulus divinare ſecreta potuit, *c. beatus. 22. q. 2. Rom. conſ. 395. in fin.* Tum etiam † valde ſom-
155 nolenta eſt iſta divinatio, quid enim ex eâ colliges? Nimirum Trevirenſem de jure ſuo aliquid Colonienſi remiſiſſe, ne ipſe primum locum, vel dextrum Imperatoris latus occupet, atqui † jactatio honoris præ-
156 ſertim inter Magnates Imperii non præſumitur, quorum proprium † in quarto modo eſt de gloria & ho-
157 nore concertare, *Marzarius conſ. 26. n.* 4 Quid ergo reſpondendum? Bartolus in arduis quæſtionibus monere auditores ſolebat, ut cogitarent! Niſi dicas ob id quod Cæſari ita placuerit legis rigorem habere, juramus cum Pomponio: Non liquere.

Cum verò Ubiorum Pontifex non ſolùm Archi-Epiſcopus ſit, ſed etiam ampliſſimos Epiſcopatus te-
158 neat, dubitari ſolet, an etiam † in iſtis Epiſcopatibus vel provinciis à dextris ſedere poſſit? Et quia textus A. B. hanc ſeſſionis prærogativam ad Colonienſem provinciam duntaxat reſtringit, Ibi **Allein des von**
159 **Cöln Provintz außgenommen** / Quæ dictio † negationem ad omnes alios caſus continet, *Munnoz de Eſcobar de ratiocin. admin. c. 7. num. 44. Surdus deciſ. 291.*
160 *n. 19.* omnemque † extenſionem prohibet, & omnia præter expreſſa excludit, *Meichſner. deciſ. Cam. 9. n. 7. lib. 1. Hipp. Riminald. conſ. 287. n. 33. lib. 3.* Ideò putat
161 Arumeus † *d. diſcurſ. 3. th. 3. ad aur. bull.* quod in re hac

hac tam clara ad dubitationes non ſit confugiendum. De quo tamen nos, † quod Epiſcopatum Leodienſem attinet, valdè dubitamus *per d. c. 3. Aur. Bull.* Ibi, auſſerhalb dero Provincen in gantzen Welſchen Landen/ Italien vnnd Gallien/ Jam verò Leodienſes vulgò die Luttiger walen ſunt pars dero Walenen oder Welſchen/ tum etiam dictio allein/ † non eſt ita taxativa, & reſtrictiva ut excludat provincias & caſus ſimiles, *Pariſ. conſ.* 85. *n.* 14. *lib.* 2. *Flam. de Rube. conſ.* 15. *n.* 78. *vol.* 2. quia ratio, † quæ viget in Archi-Epiſcopatu Colonienſi habet etiam locum in provinciis unitis & incorporatis, per vulgaram theoricam. Quod unita diſponantur uniformiter, *Trentacinqu. var. reſol.* 1. *de Conſuet. n.* 9. *in fin. l.* 1. *P. Caball. conſ.* 21. *n.* 10. *vol.* 2. 162 163 164

Inter Electores † laicos primum obtinuiſſe locum Marchionem Brandenburgenſem 2. Saxonem 3. Palatinum exiſtimant † *Mich. Beuter in animadv. hiſtor. c.* 13. *n.* 37. *& ibi Ioan. Mich. Beut. filius, in addit. n.* 24. Quos juris Saxonici textu refellunt † *Gerlac. Buxtorf. ad Aur. Bull. c.* 4. *concl.* 41. *& Arumæ. diſcurſ.* 3. *ib. th.* 13. Cujus textus verba hæc ſunt, vnter dē Leyenfürſten iſt der erſt ď Pfaltzgraff bey Rhein/ der ander der Churfürſt von Saxen/ der dritt der Churfürſt von Brandenb. *art.* 57. *lib.* 3. *ſpecul. Sax.* At ſpeculū † Saxonicū Aurea Bull. antiquius eſt, *P. Heig. part.* 1. *q.* 3. *n.* 62. Tum etiam illud cōfirmant *ex Aventino lib.* 7. *Annal. Boi. & ex Gold. t.* 3. *conſtit. Imp. ſub tit. de off. comit. Palat.* 165 166 167 168

Quicquid ſit, Ordo † inter ſeculares ſedendi hodie talis eſt, ut poſt illum, quem ex Archi-Epiſcopis Moguntino vel Colonienſe pro qualitate locorum, & varietate provinciarum in dextro vel ſiniſtro Imp. latere aſſidere continget, in dextro Rex Bohemiæ primum, Elector Palatinus ſecundum, In ſiniſtro autem Dux Saxoniæ primum, & Brandenburgenſis alterum locum obtineat, *Aur. Bull. c.* 4. *c.* 1. 169

Qui ordo † inter Electores etiam obſervari ſolet, quoties Imperialis menſa aptatur, *ut legitur in d. Aur.* 170

Bull.

Bull.c. 28. tres enim menſæ ad dextram pro Moguntino Bohemiæ Rege & Palatino, ad ſiniſtram ibidem totidem pro Electore Colonienſi, Saxoniæ & Brandeburgico ponuntur, medio vero loco è regione ſcil. menſæ regiæ, menſa pro Electore Trevirenſi poni ſolet, ita tamen, ut alterationis & viciſſitudinis inter Moguntinenſem & Colonienſem (de qua ſuprà mentionem habuimus) ratio habeatur.

171 Atque hic eſt ordo ſedendi inter Electores in electione Romani Regis: alius † enim obſervatur in Comitiis Imperii, in quibus Moguntinus primam ſeſ-
172 ſionem occupat, ad cujus ſiniſtram ſedet Trevirenſis prima, Colonienſis altera die. Hi enim duo † non adeò ſtrictè, & ſuperſtitiosè ordinis rationem habent ſed alternatione inter ſe amicè utuntur, *Marquard. Freher. de tutel. Electoral. c.* 12. *n.* 16. quamvis Trevirenſis ſemper primum votum habeat, ad dextram Moguntini ſedet Elector Palatinus, poſt Trevirenſem & Colonienſem ſedent Dux Saxoniæ, & Marchio Brandenburgenſis in ſiniſtro latere, *Chriſt.* Lehman/ *lib.* 7. *Chron. Spirenſ. c.* 124. wie es heütiges Tages auff Reichßverſamelung gehalten wirdt/ *rubr.* Churfürstē Raht. Bohemus † verò in Comitiis inter Electores ſeſſionem non habet, nec ad Comitia vocatur, quia in Circulis Imperii non comprehenditur, nec quidquam commune habent res Bohemiæ cum rebus Imperii. Quando tamen milites, vel pecunia aliis ordinibus imperantur, tanquam Imperii ſtatus & membrū 400. Equites & 600. Pedites ad ſingulos menſes mittere tenetur. Etſi à retrò temporibus propter belli Hungarici molem ſe à præſtatione eorum ſe immunes arbitretur.

Hactenus de ordine ſedendi, ſequitur ordo eundi, quotieſcunque ergo † congregatio Imperatoris &
173 PP. Electorum prædictorum fit, Imperatore deambulante, Archi-Epiſcopus Trevirenſis in directa diametrali linea ante Imper. tranſibit, illiq; ſoli medii inter eos ambulent, Mog. & Col. quos Imperialia contigerit,

in hujus vel illius hæretici doctrinam juret ac compromittat; & tamen hæretici iſtius ſibi Nomen attribui nolit.

Supereſt Definitio imperfecta deſcriptio.

CAPUT XXXIV.

1. DEfinitio imperfecta eſt, quę ex aliis quibuſvis argumentis rem deſcribit. *Unde &* DESCRIPTIO *appellatur.*

[*Definitio perfecta rem definit ex ſolis cauſis eſſentiam conſtituentibus. At Deſcriptio latiùs ſe extendit. Non enim ex cauſis eſſentialibus ſaltem, ſed aliis quibuſvis argumentis, utpote diſſentaneis, comparatis, conjugatis, partibus, effectis, ſubjectis & potiſſimùm accidentibus, (unde Philippe* accidentalis Definitio *appellatur) rei naturam explicat. Ubi tamen eſſentialia non in ſolidum excluduntur, ſed nonnunquam expreſsè adjiciuntur, nonnunquam omittuntur, nonnunquam genus, quod ſymbolum eſt eſſentiale, expreſsè ponitur, nonnunquam ſubintelligitur, Dicitur autem Definitio imperfecta non abſolutè, ſed comparatè; reſpectu definitionis perfectæ.*]

2. Eſtq; vel ſuccincta (*brevis, conciſa;*) vel explicata (*copioſa, prolixa.*)

3. Succincta eſt, quæ ex uno atq; altero argumento deſumitur, ut: *Ira furor brevis eſt. Quæ deſcriptio eſt* è comparatis.

4. Explicata eſt, quæ ex pluribus argumentis variè deſumitur. *Talis eſt deſcriptio famæ ex ſubjectis, adjunctis, effectis, comparatis, &c.* Æneid. 4.

Exemplo Lybiæ magnas it fama per urbes,
Fama malum, quo non aliud velocius ullum,
Mobilitate viget, vireſq; acquirit eundo.
Parva metu primo, mox ſeſe attollit in auras,
Ingrediturq; ſolo, & caput inter nubila condit, &c.

Exempla inventionis promiſcua.

Digitized by Google

Res deſcripta		Deſcriptio.	
Homo	eſt	*Animal mortale, capax diſciplinæ.*	ex adjunct.
Ebrietas	eſt	*vitium arcana recludens ſpes jubens eſſe ratas, ad prælia trudens inermes.*	ex effect.
Somnus		*eſt gelida mortis imago.*	ex comp.
Virtus		*eſt vitium fugere, & ſapientia prima.*	ex diſſentan.
Argumentum		*eſt quod ad aliquid arguendum affectum eſt.*	ex conjug.
Mundus		*eſt compages è cœlo terraq; conſtans & iis naturis, quæ his comprehenduntur.*	

Alia Exemp. *Hiſtoria eſt teſtis temporum, lux veritatis, vita memoriæ, magiſtra vitæ, nuncia vetuſtatis*, Exod. 34. *Iehova Deus eſt miſericors, ad iram tardus, ad clementiam & auxilium propenſus, qui clementiâ in mille uſq; ætates utitur, vitia & peccata condonans, in pœna irroganda parentum culpam in natos & nepotes in tertiam & quartam ſtirpem proſequitur*, Eſa. 56. *Domus mea domus orationis vocabitur cunctis populis. Non ſpelunca latronum*, Tit. 3. *Baptiſmus eſt lavacrum regenerationis & renovationis in Spiritu ſancto.*

Similiter diſputantur quæſtiones dubiæ argumento tertio à Deſcriptione. *Ebrietas eſt fugienda. Quia eſt vitium arcana recludens, ſpes jubens eſſe ratas, ad prælia trudens inermes, &c. Gloria eſt amplectenda. Quia eſt ſolida quædam res & expreſſa, non adumbrata, & conſentiens laus bonorum, incorrupta vox bene judicantium de excellenti virtute. Hiſtoriæ ſtudium eſt magnifaciendum. Eſt enim teſtis temporum, lux veritatis, &c.*

[*Huc ergo pertinent* Proſopographiæ *perſonarum*; Topographiæ *locorum*; Chorographiæ *nationum*; Geographiæ, *terrarum*; Hydrographiæ, *aquarum*; Anemographiæ, *ventorum*; Dendrographiæ, *arborum*; Chronographiæ,

graphiæ, *temporum*, *itemq́ montium*, *plantarum*, *animalium*, *&c. deſcriptiones: Similiter Poëtarum & Oratorum* periphraſes, hypotyposes, hypographę, paraphraſes, typi, alluſiones, adumbrationes, allegoriæ, *plenaq́ deſcriptiones alia.*]

Deſcriptionis eſt hic generalis CANON.

Cui tribuitur vel adimitur deſcriptio, eidem etiam tribuitur vel adimitur deſcriptum: *& contrà*, ut: *Hortenſius dicendo animos audientium & docet & delectat & permovet. Ergò eſt optimus Orator*, viciſſim: *Balbus non eſt optimus Orator. Ergò dicendo animos audientium non & docet & delectat & permovet.*

ELENCHUS.

Deſcriptionis committitur, cùm deſcriptio falſa, ridicula, ſophiſtica, frivola, frigida, &c. ponitur pro vera, ut: *Eloquentia eſt fucus impoſtorius & inutilis ornatus, foris accerſitus; Ergo eſt fugienda. Homo eſt animal gradiens, bipes, auritum, quadricubitum, &c.*

Hactenus de argumento Artificiali, ejusq; ſpeciebus: ſupereſt Inartificiale, quod eſt Teſtimonium.

CAPUT XXXV.

1. TEſtimonium eſt argumentum inartificiale, quod non ſua natura, ſed aſſumpta artificialis alicujus argumenti vi arguit.

Dicitur alias Autoritas: *Ejus verò correlatum* Res teſtata *ſive* Teſtatum.

[Inartificiale *dicitur, quia quicquid arguendi facultatis & virtutis habet, idipſum non ex ſe, ſed ex alio aliquo argumento artificiali aſſumit. Vnde etiam* aſſumptum & externum *ſive* extrinſecum, *appellatur, quia tota ejus arguendi vis non eſt propria & inſita, ſed aſſumptitia & extra ipſum adſcita, nimirum ex argumentis artificialibus. Quantam ergo vim probandi & declarandi habent hæc, tantam etiam habet illud, ut: Plato dixit tum demum beatas fore Reſpubl. in quibus homines ſapientes regerent, aut qui rege-*

rent, omne ſtudium in ſapientia ponerent. *Hoc teſtimonium Platonis argumentum inartificiale eſt, arguit enim non propriâ & inſitâ vi, ſed alienâ, vi ſcilicet argumentorum artificialium deſumptorum ex cauſis, adjunctis, effectu conſequentibus: quia non tantùm ſapientiæ ſtudium ſapientes efficit, ſed ipſa etiam experientia idem ſufficienter comprobavit. Ideóque verum hoc eſt, non quia Plato dixit, ſed quia id quod dixit ob certas rationes & demonſtrationes veritati conſentaneum eſt. Huc ergo ſpectant generales* CANONES. I. Omne Teſtimonium argumentis ſcientificis & demonſtratione fultum firmum eſt, & tantam vim probandi habet, quantam ex demonſtrativis defert: acceſſu verò ſui evidentiorem veritatem reddit. II. Autoritas, quæ veris & certis rationibus ac demonſtrationibus non fulcitur, nulla eſt. *Obiter hic* obſerva. Inartificiale certâ ratione etiam eſſe Artificiale, 1. *ratione participationis.* 2. *quia ab artifice invenitur.* 3. *quia non minus artis ad illud inveſtigãdum requiritur quàm ad argumentum artificiale.* 4. *quia in arte de eodem præcipitur, pari ratione, qua de definitione imperfecta, ſyllogiſmis imperfectis, &c.*

2. Eſtq; duplex, divinum & humanum.

[*Non eſt hæc per formas oppoſitas diſtributio, ſed exemplorum tantùm ex cauſis efficientibus diſtinctio. Quia hæ naturæ ſolæ de rebus teſtantur.*

3. Teſtimonium divinum eſt, quod Deum autorem habet.

4. Eſtq; vel immediatum, vel mediatum.

5. Immediatum eſt, quod nullo mediante Deum autorem habet (*à Deo profertur*) ut: *Vox patris de cælo clamat; Hic eſt filius meus dilectus, in quo complacuit mihi, hunc audite,* Matth. 3.17.

6. Mediatum eſt, quod mediantibus aliis Deum autorem habet, *ſeu:* ad quod perhibendum Deus aliorum miniſterio uſus eſt, ut: *Multis modis Deus olim loquens patribus, noviſſimè nobis locutus eſt per filium,* Hebr. 1. *Paulus dicit nos juſtificari fide non operibus,* Rom. 3.

[*Mediatè à Deo inſtructi ſunt vel angeli, vel homines: & hi vel*

Digitized by Google

hi vel generatim, ut eſt Eccleſia ſanctorum: vel ſigillatim, ut Patriarchæ, Prophetæ, Apoſtoli, Diſcipuli & ſancti alii, quorum miniſterio Deus in revelandâ & perficiendâ ſuâ voluntate uſus eſt.

Exempla inventionis.

Teſtimonium	Res teſtata.
Deus Pater.	*Hic eſt filius meus dilectus, &c.*
Chriſtus.	*Mortui reſurgent.*
Eſaias.	*Meſſias naſcendus è virgine.*
Moſes.	*Adulteres capite plectendos.*
Moſes.	*Mundus in principio creatus eſt.*

Hæc enunciantur è teſtimonio & teſtato axiomaticè hoc modo: *Ipſe Deus cœleſtis pater de cœlo clamavit. Hic eſt meus filius dilectus, &c. Chriſtus ipſe teſtatur mortuos reſurrecturos eſſe. Eſaias vaticinatus eſt, Meſſiam ex virgine naſciturum eſſe. Moſes adulteros capite plectendos eſſe ſancivit. Idem mundum in principio à Deo creatum eſſe aſſerit.*

Eadem Syllogiſticè diſputantur argumento tertio ducto à Teſtimonio divino, *Chriſtus eſt filius Dei unicè dilectus. Quia pater ipſe eum filium ſuum de cœlo proclamavit. Mortui reſurgent. Quia ipſe Chriſtus dixit. Meſſias è virgine naſci debuit. Quia id Eſaias vaticinatus eſt. Mundus ab æterno non eſt, ſed in tempore factus. Quia Moſes illud aſſerit.*

Huc referenda ſunt omnia exempla, oracula, miracula & teſtimonia divina, *quæ è ſacrâ Scripturâ Canonica proferuntur, quibus vel fidei dogmata comprobantur, vel vitæ Chriſtianæ Regulæ informantur. Logici hic addunt Oracula Deaſtrorum gentilium, utpote, Apollinis, Iovis Dodonæi, &c. quæ quidem Diabolica vaticinia eatenus, quatenus Logicæ uſum oſtendunt, admitti poſſunt: non quòd verè divina ſint, ſed quòd ab Ethnicis pro divinis habita fuerint.*]

Teſtimonii Divini ſunt hi

CANONES.

I. Autoritas divina eſt infallibiliter & irrefragibiliter vera & loco principii immoti. *Et:*

Sola Teſtimonia divina non fallunt. *Et:*

Quod Deus fatur & teſtatur verum eſſe neceſſe eſt.

[*Eſt enim ipſa veritas: mentiri neſcit, eſt immortalis, omnipotens, omniſcius, ideoq; & ſummè authenticus: & Deo teſtanti ſimpliciter credendum, & mandanti abſq; haſitatione obediendum. Hîc enim valet,* αὐτὸς ἔφα.]

Itaq;

II. Ab auctoritate vel teſtimonio divino ducuntur argumenta affirmativè & negativè.

Ut, *Chriſtus dixit non moriturum quenquam, qui in ipſum credit. Ergò indubitatò illud verum eſt. Sacra Scriptura aſſerit Chriſtum pro omnibus hominibus mortuum eſſe. Ergò verum eſt. Paulus dicit nos juſtificari fide. Ergò non juſtificamur operibus. Sacra Scriptura nuſquam dicit, Sanctos eſſe invocandos. Ergò invocandi non ſunt.*

III. Quicquid Sacra Scriptura Canonica teſtatur, id indubitata fide amplectendum & pro principio Theologico habendum.

Per ſcripturas *enim* Deus nobis loquitur: & teſtimonium hodie divinum nullum eſt præter ſcripturas Canonicas.

Itaq;

Quicquid è ſcripturis Canonicis non habet autoritatem, eadem facilitate rejicitur, qua aſſeritur.

[*Ergò è libris non Canonicis ſive Apocryphis nullum fidei dogma probari poteſt: multò minùs ex oraculis Sibyllinis & ſimilibus. Etſi enim veri quid habent, nō tamen ideò valet, quia in illis libris proponitur, ſed quia ex alio principio dependet. Ergo nec Evangelium Petri, Andreæ, & aliorum ſcripta apocrypha, imò & Angelorum teſtimonia cum ſcriptura Canonica pugnantia rejiciendo. Si enim vel angelus è cœlo aliud Evangelium prædicaverit, Anathema ſit*, Gal. 1. *De Scripturæ verò autoritate, perfectione, perſpicuitate & interpretatione plura tradunt Theologi.*

IV. Autoritas Prophetarum, Apoſtolorum, aliorumq; Doctorum Canonicorum, per quos Spiritus S. locutus eſt, infallibilis & authentica eſt.

Auctoritas verò Synodorum & Doctorum Eccleſiæ certa eſt & infallibilis, quatenus cum norma Scripturæ

Cano-

Digitized by Google

Canonicæ conſentit: Sin minùs, erronea, & rejicienda eſt, ut: *V. C. λόγον ſemper eſſe & manere in aſſumpta carne S. Scriptura, Concilia, Patres & orthodoxa antiquitas conſtanter aſſerunt. E. indubitanter verum eſt, & viciſſim contra, λόγον eſſe EXTRA ſuam aſſumptam carnem, neq; S. Scriptura, neq; Concilia neque Patres, neque orthodoxa antiquitas, vel directè vel indirectè aſſerunt. E. & indubitanter falſum eſt, Sic non V. C. Synodus Conſtantienſis decrevit communionem ſub una ſpecie. Ergo vera eſt. Hieronymus approbavit cœlibatum. Ergò eſt licitus.*

ELENCHUS.

Teſtimonii divini committitur I. Cùm autoritas divina falſa ponitur pro verâ, ut: *Cùm vel ex ſpectrorum apparitionibus, vel Enthuſiaſticis ſomniantium viſionibus, vel incantatorum ſimulachris, falſa fidei dogmata probantur & explicantur.*

II. Cùm teſtimonium non bona fide citatur, *ut cum producitur illud ex Moſe.* Agnus eſt Phaſe.

[Hæc enim verba apud Moſen non extant, ſed ex Zwinglii ſomnio profecta. Nec obſtat quod Exod. 2.11. dicitur, *tranſitus eſt Iehova.* Verba enim hæc non ad agnum ipſum paſchalem, ſed ad totam feſtivitatem & ſolemnitatem referuntur, quod conſtat collatione, v. 26. 27.

III. Cùm Teſtimonium impertinens, quod nihil ad rhombum facit, extra ſcopum adducitur, ut: *cùm* 1. Cor. 3. *dicitur, Vniuſcujuſq; opus probabit ignis. Inde concluditur. Ergò erit ignis purgatorius.*

[Loquitur enim de igne tribulationis.]

IV. Cùm Teſtimonium truncatè & mutilatè citatur. *Ita Diabolus citans illud Pſal.* 91. *Angelis ſuis mandavit de te, &c. omiſit illas voces.* In viis tuis: *qua nervum argumenti Diabolici prorſus incidebant.*

V. Cùm teſtimonium malitioſè corrumpitur & interpretando pervertitur: *ut cùm quis ex verbis Chriſti Marc.* 9. *Si te manus aut pes offenderit, abſcinde illa, &c. colligeret. E. Origenes rectè facit, quòd ſe caſtravit propter regnum cœlorum.*

[Chriſtus enim non de mutilando corpore, ſed re[pri]mendis malis affectibus & mortificando vetere Adamo [i]ſtic concionatur.

VI. Cum teſtimonia Conciliorum, Patrum, & Doctorum Eccleſiæ vel ſophiſticè & truncatè citantur, vel in alienum ſenſum torquentur, *ut: Cyprianus teſtatur lib. 3. Epiſt. 8. in Concilio 66. Epiſcoporum definitum, infantes eſſe baptiſandos. E pædobaptiſmus non ſcriptura, ſed Conciliorum authoritate definitus eſt.*

[Loquitur enim Cyprianus de baptiſmo infantum non ſimpliciter, ſed de circumſtantia octavi diei. Definitum eſt, ſcribit, baptiſmum ex analogia circumciſionis NON *in octavum diem* differendum, ſed recens natis ſine dilatione adminiſtrandum adeoq; neminem à baptiſmo prohibendum. Sic multi, ut paſſivam loci, Act. 2. verſionem. *Quem oportet cœlo CAPI*, ſtabiliant, proferunt auctoritatem Nazianzeni ex orat. 2. περὶ λόγυ. At verba quæ proferunt, non ſunt Nazianzeni, ſed recitat ibi objectionem Arianorum, quæ ordine ſecunda eſt, quam ipſam verò in ſeqq. pleniſſimè refutat. Pari candore allegant dictum Lutheri in præfat. operum ejus: *Ante omnia oro pium lectorem & oro propter Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, ut ISTA legat cum judicio, imò multa cum commiſeratione, & ſciat me fuiſſe aliquando monachum, &c.* Hæc Lutherum affirmant de ſuis ſcriptis dixiſſe. Atqui non indefinitè de ſcriptis ſuis omnibus dixit, ſed de *iſtis* ſuis libris, quos ante annum Chriſti, 1521. contra Pontificios, de re præcipuè indulgentiaria, ediderat, ſicut ipſe expreſſis verbis declarat ea ipſa extrema præfatione, &c.

VII. Cùm denique in genere contra Canones Teſtimonii Divini peccatur.

Reſtat Teſtimonium Humanum.

CAPUT

CAPUT XXXVI.

1. TEſtimonium humanum eſt, quod hominem autorem habet.

2. Eſtq; vel commune (*publicum*) vel proprium.

3. Commune eſt, quod plurium eſt, deq; pluribus teſtatur.

Ad hoc Teſtimonium commune referuntur, 1. Leges non ſcriptæ, *quales ſunt leges naturæ, & conſuetudines.* 2. Leges ſcriptæ, *utpote jus civile, leges Romanæ, juris allegationes.* 3. Reſcripta, placita, Senatuſconſulta, plebiſcita, reſponſa, edicta, intimationes, conſtitutiones, &c. 4. Illuſtres ſententiæ, proverbia, adagia, dicta ſapientum, ut: *Noſce teipſum: Pares paribus congregantur, &c.* 5. Senſus communis, cum experientia, & notitia rei geſtæ facta, rumor item communis, &c.

4. Proprium eſt, quod certi alicujus hominis ſingulare eſt, inq; una aliqua re teſtificanda occupatur.

Ad hoc pertinent. 1. Singulorum autorum peculiares *γνῶμαι, quales ſunt Ciceronis, Menandri, Senecæ, Ariſtotelis, Platonis, &c.* 2. Teſtimonia certarum perſonarum ſive præſentium ſive abſentium; ſive mortuorum, ſive vivorum. 3. Cōfeſſiones: eæq; vel liberæ, vel vi expreſſæ, vel aſtu elicitæ. 4. Obligationes, ſponſiones & ſtipulationes. 5. Juramenta. 6. Pignora, monumenta, libelli, vades, arrhę, præſides, obſides, *& quæcunq; aliquam indicii vim habent, qualia ſunt*, arma, cruentatio cadaverum, mutatio vultus & affectuum, variatio pulſus, immutatio coloris, excitatio ſudoris, *& innumera alia.*

Exempla inventionis.

Res teſtata	Teſtimonium commune.
Cuiq; ſua defenſio permiſſa eſt. ——	*Lex naturæ.*
Licita cædes furis. ——————	*Lex XII. tabularum.*
Superbia inviſum vitium. ———	*Noſce teipſum.*

Res teſtata, Teſtimonium proprium.
Rempub. contineri præmio & pœna —— *Solon dixit.*
Iuſtitiam colendam —————— *Virgilius.*
Artium radices amaras, fructus verò dulces —— *Ariſtoteles.*
Præſtare damnum ———— *Obligatio, &c.*
Rem ita eſſe vel non ———— *Confeſſio, juramentum, &c.*

Hinc axiomata: *Lex naturæ defenſionem ſui permittit. Lege XII. tabularum nocturnum furem quoquo modo interficere impune permittitur. Proverbium*, Noſce teipſum, *ſuperbiam inviſum vitium eſſe monet. Rempublicam contineri præmio & pœnâ rectè Solon aſſeruit. Virgilius juſtitiam colendam eſſe monuit. Artium radices amaras, fructus verò dulces rectè Ariſtoteles cenſuit. Ille mecum de damno præſtando pactus eſt Confeſſus eſt liberè ſe furtum commiſiſſe. Iuravit ſe hoc non feciſſe, &c.*

Ex iiſdem diſputantur etiam quæſtiones dubiæ argumento tertio à Teſtimonio humano ducto. *Non omnis cædes eſt nefaria. Quia lex non ſcripta ad ſui defenſionem latronem, lex ſcripta verò furem nocturnum occidere permittit. Non ſuperciliosè alii deſpiciendi. Quia ſapientes olim, ut quiſquis ſeipſum noſcat, monuerunt. Reſpublica continetur præmia & pœna. Quia Solon dixit. Artium radices amaræ, fructus dulces. Quia Ariſtoteles affirmavit, &c.*

[Obſerva *reciprocationem à re teſtata ad teſtem eſſe obſcuriorem & infirmiorem. Nam qui verax eſt, is quidem verum teſtimonium dicit: Sed non qui verum teſtimonium fortè dixit, is etiam omninò verax eſt. Non enim valet. Qui verum teſtimonium dixit, verax eſt. Ille dixit verum teſtimonium. Ergò eſt verax. Propoſitio enim eſt* contingens, *quia mendaces, imò ipſe Diabolus, quandoque verum dicunt. Quòd ſi ita informarem. Qui verax eſt, teſtimonium verum dicit, ratione quidem veracitatis connexionem neceſſitatis haberet; ſed quia homo mutabilis, etiam* contingens *eſt, certior tamen ſuperiori.*]

Teſtimonii humani ſunt hi CANONES.

I. Autoritati humanæ credendum eſt, quatenus firmis nititur rationibus & demonſtrationibus,

In Teſtimoniis *enim* humanis non videndum, quis dixerit, ſed quid & quàm verè dixerit.

[*Hic namque valet illud:* Amicus Plato, amicus Socrates ſed magis amica veritas; *non verò τὸ ἀυτὸς ἔφα. Omnibus ſiquidem auctoritatibus antiquior habenda veritas*, 1. Ethic. cap. 6.] Itaq;

II. Ab autoritate humana ducuntur tantùm argumenta affirmativa (*quatenus aſſenſio legitima ratione probatur.*) non verò negativa.

Non ergo valet; Ariſtoteles non dixit mundũ eſſe corruptibilem. Ergo non eſt corruptibilis. Galenus nihil ſcripſit de morbo Venereo. Ergo morbus Venereus non eſt.

[Neq; enim Ariſtoteles, neq; Galenus omnia voluêre aut potuêre definire & conſcribere.]

III. Autoritas & conſuetudo humana cedunt rationi & naturæ. Hæc verò cedunt autoritati divinæ. Lex *enim* inferior cedit ſuperiori.

IV. Teſtimonium prudentis, gravis, conſtantis, cordati, rerum periti, in dignitate conſtituti, amantis pietatis & veritatis, ſobrii & integris ſenſibus præditi, præferendum eſt teſtimonio imprudentis, leviculi, imperiti, proſtituti, obſcuri, ebrii, ſenſu & ratione deſtituti, &c. *Et:* Artifici de artis ſuæ operibus *ſobriè, ſeriò, & attentè* teſtanti credendum eſt. *Et:* Oculati teſtes potiores ſunt auritis.

V. Teſtimonium humanum certos habet gradus, ideoque alterum habetur altero firmius.

[Sicut *enim* homo varius eſt, ita & teſtimonii humani fides variat. *Eſt enim Theologus, ICtus, Medicus, Philoſophus, Politicus, Oeconomicus, Mechanicus, &c. eſt perſona publica, privata; eſt peritus, imperitus; moribus probatus, vitioſus; illuſtris, obſcurus; Seriò loquitur cùm prudentia & conſtantia, vel joco, obiter aut minus attentè. Eſt teſtis oculatus, auritus, &c. D. Libav.*]

VI. Quæ per communem experientiam & notoriam famam ab omnibus promiſcuè comprobantur, anteferenda ſunt iis, quæ ab uno atque altero privato proferuntur.

[Intel-

[*Intellige, ſi principiis divinis,* demonſtrationibus artium & expreſſæ veritati non adverſentur.]

Huc pertinet & hic Canon: Quod major pars definit, prævalet.

[*Si nimirum* cætera ſunt paria. *Si enim teſtimonium unius fultum ſit firmioribus rationibus, præferendum erit plurium teſtimonio fundamentis carioſis innitenti: Ita ſolus Paphnutius Patres concilii Nicani ſacerdotibus conjugium interdicentes autoritate Pauli convicit. Hîc enim valet trita regula.* Multitudo errantium errori non parit patrocinium.]

VII. Decreta Imperii, Reſcripta Principum, Senatus conſulta, aliaque è magiſtratu propoſita valent, ſi nil contra pietatem, leges univerſales, obligationesq; reciprocas præcipiant.

VIII. Teſtimonia Academica, & publica alia, itemq; opificum in qualibet tribu ſigillis & ſubſcriptionibus confirmata, ac legitimè impetrata firma ſunt.

ELENCHUS.

Teſtimonii Humani committitur eodem modo, quo in Divino, ut cum I. Teſtimonium falſum ponitur pro vero.

II. Cùm impertinenter allegatur.

III. Cùm truncatè citatur.

IV. Cùm malitioſè corrumpitur & interpretando invertitur, ut: *cùm ex verbis Catechiſmi Lutheri:* verbum PRO VOBIS requirit omninò corda credentia: *Item* QUI FIDEM *habet* his verbis, &c. *quidam inferunt. Ergò tantùm fide corpus Chriſti manducatur.*

[Lutherus enim quod loquitur de fine & ſalutari fructu cœnæ, iſti ad ſubſtantiam referunt.]

V. Cùm teſtimonia humana adducuntur ad deſtruendum Divinum, ut: *cùm auctoritates patrum præferuntur autoritati Canonicæ.*

VI. Cùm ex vulgi rumore inconſtanti certiſſimum eſſe aliquid aſſerimus. *Talis enim rumor fallaciſſimus.*

VII. Cùm teſtimonium profertur ab hoſte alicujus, ut:

Digitized by Google

ut: *cùm Pontificii probant ex Cochleo, Lutherum ſubitaneâ morte interiiſſe & cadaver ejus ante ſepulturam intolerabilem fœtorem ſpiraſſe: vel ex Surio, Calvinum in confirmationem ſuæ doctrinæ virum quendam, qui fucatâ ſpecie ſe mortuum ſimulaſſet, à mortuis excitare voluiſſe, qui præter omnem expectationem in pheretro mortuus inventus, fraudem ejus omnibus conſpiciendam dederit.* Cochleus enim & Surius jurati eorundem hoſtes fuerunt.

VIII. Cùm deniq; contrà enumeratos Canones quoquo modo delinquitur.

Sic fuit liber I. de Inventione: Sequitur II. de Judicio ſive Diſpoſitione.

Tabel-

Digitized by Google

Tabella Axiomatum.

In axiomate conſideranda.

- 1. *Partes*
  - *Subjectum.*
  - *Co-pu-la.*
  - *Prædicatum.*
- 2. *Diviſio, quæ fit ſecundùm*
  - 1. *Qualitatem, cujus reſpectu eſt*
    - 1.
      - *Affirmatum.*
      - *Negatum.*
      - *utrumque*
        - *Purum.*
        - *Modale.*
    - 2.
      - *Verum*
      - *Falſum.*
        - *Neceſſarium*
        - *Contingens*
          - 1. *κατὰ παντὸς.*
          - 2. *καθ' αὑτὸ.*
          - 3. *καθόλου πρῶτον.*
  - 2. *Quantitatem, cujus reſpectu eſt.*
    - *Vniverſale.*
    - *Speciale.*
      - *Particulare.*
      - *Proprium.*
  - 3. *Species.*
    - *Simplex*
    - *Compoſitum*
      - *Congregativum.*
        - *Copulatum.*
        - *Connexum.*
      - *Segregativum.*
        - *Diſcretum.*
        - *Disjunctum.*
- 3. *Affectio, quæ eſt vel in*
  - *Conſenſu*
    - *Æquipollentia.*
    - *Converſio.*
      - *ſimplex.*
      - *per accidens.*
      - *per contrapoſitionem.*
  - *Diſſenſu*
  - *Oppoſitio*
    - *Contraria.*
    - *Contradictoria.*

DIALECTICÆ
LIBER SECUNDUS,
CRITICE.

CAPUT I.

Iudicii & Axiomatis Definitio.

I. IUDICIUM eſt altera Dialecticæ pars de diſponendis argumentis ad benè judicandum: *Vnde &* DISPOSITIO *dicitur.*

[*Definitio hac conſtat genere & forma.* Genus *eſt altera Dialectica pars.* Forma *ſubjecto occupante & fine explicatur. Occupata enim tota hac pars eſt in diſponendis argumentis, idque eum in finem, ut rectum de rebus diſpoſitis judicium feratur. In quem finem promiſcuè à Ramo modò* Judicium, *modò* Diſpoſitio *appellatur.* Diſpoſitio *quidem à formâ: unde &* Compoſitio, Poſitio Collocatio, θέσις διάθεσις, τάξις, σύνταξις, *ab ordinando, conjungendo, collocando, diſponendo dicitur, quia res inventas componit, collocat, diſponit.* Res *autem* inventæ & diſponendæ ſunt argumenta, *ſive conceptus & notiones ſimplices, è quibus per compoſitionem fiunt propoſitiones, enunciationes, ſive axiomata legitimè ſecundùm nativam argumentorum inter ſeſe affectionem diſpoſita: ex axiomatibus verò Syllogiſmi, &c.* Judicium *verò dicitur* à fine, *quia omnia, qua diſponuntur, eum in finem diſponuntur, ut rectum de illis feratur judicium, veráne ſint, an falſa, &c. Alias* κρίσις, κριτική Critice, pars Critica, pars judicatrix, *nominatur Iudicium: Idq; per Metonym effecti ex ſententiâ Rameorum: Quia judicium ex diſpoſitione exiſtit; ſeu, quia diſpoſitio eſt judicii cauſa. Ex Ariſtotele hac pars*

Digitized by Google

pars etiam dicitur Analytica , *quaſi orationum & ſententiarum reſolutoria in ſyllogiſmos , axiomata , & terminos nomines. Ex iſtis enim confecta eſt Oratio Logica.* Obſerva duo. I ordine naturæ inventio præcedit Diſpoſitionem. *Eſt enim ſimplicior , quia ſimplices terminos tradit. Simpliciora autem ſunt natura priora compoſitis. Ars verò naturam imitatur. At Diſpoſitio agit de enunciationibus , quæ ex ſimplicibus terminis fiunt , & methodo deinceps diſponuntur.* II. Judicium *etiam* in parte inventrice locum habet , *ſed ſaltem ratione* πράξεως *ſive uſus, non ratione præceptorum & eſſentiæ. Adde ex Libav.* III. Judicium non habere locum in Inventione, *niſi quatenus ex axiomatibus eſt conſtituta, quorum eſt judicium.*

2. Judicium duplex eſt , Axiomaticum & Dianoëticum.

[*Diſpoſitionem ſive Iudicium alii tribus partibus dividendum pugnant ; nempe* terminis , axiomatibus , & diſcurſu, *ſub quo Syllogiſmum & Mehodum comprehendunt ſed malè: Quia doctrina Terminorum pertinet ad Topicam , neq; tautologicè aut otiosè hic reiteranda.*]

3. Judicium axiomaticum eſt legitima axiomatum diſpoſitio & dijudicatio. *Dicitur alias* judicium propoſitionum, & doctrina prædicationum.

4. AXIOMA eſt diſpoſitio argumenti cum argumento, quâ eſſe aliquid aut non eſſe judicatur.

Dicitur alias Ariſtotelicis Propoſitio, enunciatio, prædicatio , interpretatio , pronunciatio , pronunciatum, effatum, enunciatum, oratio enunciativa ; proloquium , ſententia, &c.

[Axioma *derivant alii ab* ἄξιος ; *id eſt* ; dignus, *quòd ſit pronunciatum honorarium , cui propter manifeſtam rerum veritatem fides meritò ſit habenda. Ariſtoteli eſt principium demonſtrationis in ſcientiis , ut ſit idem quod axioma neceſſariæ veritatis , ſeu* theorema , *quod Cicero* præceptum ſcientificum *interpretatur.* Propoſitio *verò Ariſtoteli in ſpecie dicitur* contingens enunciatio ; *Libav. fol.* 484. *Alii axioma derivant* ἀπὸ τοῦ ἀξιοῦν ; *quod ſignificat* ſentire

An autem ſeniori † præferri debet is, qui habet 285
Expectantiam vulgò Anwartung de hoc vel illo Electoratu in eum caſum, quo linea Electoralis finiatur? Id ſalvâ juriſprudentia aſſerere non poſſumus, quia jus in ſpe, † & in habitu, non præfertur juri medio 286
tempore effectualiter & plenè quæſito, *tex. in c. quãvis & c. ſi pro te. de reſcript in 6. Iaſon. conſ. 192. num. 20. vol 2.* Effectus enim † non poteſt eſſe ante cauſam, nec 287
eam præcedere, cùm cauſæ arguant & indicent effectum, ipſæ viciſſim ab eo arguantur; *Ioh. Gœdde. ad L. Princeps. 21. n. 9. verſ. Quæ enim ff de V. S.* facit, quod duo † unam eandemque rem in ſolidum poſſidere 288
non poſſint, *l. ſi ut certo. §. fin. ff. commodat. l. 3. § ex contrario. ff. de acquir. vel amitt. poſſ.* neque duo civiliter, neque duo naturaliter, neq; alter civiliter, alter naturaliter, *d. §. ex contrario, Borchol. de acquir. poſſ. c. 6 n. 11. & ſeqq. Thoming. deciſ. Lipſ. 11. n. 28. & 34.* non tantùm in poſſeſſione vera rerum corporalium, ſed & in abuſiva, ſive q. poſſeſſione rerum incorporalium. *Cephal. conſ. 49. n. 9. vol. 1. Alex. de Nevo conſ. 77. n. 3.* At negari nequit dignitatem, † honorem, præeminentiam & 289
prærogativam omnem, quæ ex Electoratu eſt, penes Electorem in ſolidum reſidere, & incommunicativam eſſe. Ex quo conſequitur, eum qui expectantiã habeat, inde aliquam præeminentiam ſibi aſſerere & vendicare non poſſe, niſi voti captandæ mortis ſuſpectum ſe reddere vellet. *Vide Cothman. conſ. 25. n. 19. & ſeqq. ad fin. vol. 5.* Ubi attingenda venit ardua & perplexa quæſtio, etiamnum inter domum Aldenburgenſem, & Wimarienſem maximè famoſa & controverſa; Si diverſæ lineę † ejuſdem tamen ſtirpis duorum fratrum filii ex- 290
tent, utpote Electore mortuo abſque heredibus, an minoris fratris filius ratione ſuæ ætatis major, præferendus ſit minori ex fratre majore nato. Aldenburgenſes enim deſcendentes ex fratre natu majore licet ætate minores negarunt, propterea quod tot promaneant protogenię, quot filios aliquis relinquit, ex qui-

bus prior linea, donec durat, ſuccedat, eaque ab- pta, vocetur ſecunda ac ita reliqua deinceps, *Beſo- pol. c. 6. n. 32. Covarruv. pract. quaſt. 38. n. 9.* Atq; Academia Heidelbergenſis non pro ætatis, ſed ſtirpis & lineæ prærogativa Electoralem dignit- deferri reſpondit. Quibus valdè favet *tex. in c. 24. cæteros. Aur. Bull.* Simili ratione utitur Marchio B- deburgenſis deſcendens ex primogenita, in ſucc- ne Ducatus Juliacenſis & Cliviæ. E cõtra Wimari- ſenior ex linea poſtgenita originem ducens, ſecũ- ætatis & gradus prærogativam, omnia dijudic- eſſe contendit, pro ut etiam in ſucceſſione Julia- Palatinus Neoburgicus, pro quo reſpondit Tho- Merckelbach quondam Cameræ Imp. Aſſeſſor d- Quemadmodum ſeniorem ex conſobrinis vel agnatis juniori, quamvis à primogenito orig- ducenti, in primogenitura præferri docuerunt *Al- Velaſco de jur. Emphyt. quaſt. 50. n. 13. Lud. Molina tr. Majorat. diſp. 630. n. 2. Bodinus lib. 6. de Rep. c. 5. pag.* ubi refert in curia Pariſiorum Anno 1563. 17. Jul. dicatum fuiſſe: Quod inter ſobrinos vel conſobr- in Regnis, Ducatibus, Comitatibus, aut aliis fe- individuis, ſenior juniori anteferri debeat, etiamſi

291 nior ſtirpem à primogenito duxerit, tum quia † præſentatio non habet locum extra fratrum fili-

292 *Novell. 118. c. 3. & Nov. 127. c. 1.* tum quia † prim- genitura & ejus jus ſolum dicitur convenire inter d- ſcendentes, *Beroſ. conſ. 71. n. 23. vol. 1. Tiraquell. de pri- mog. quaſt. 41. n. 4.* nec ambulat per ſaltus, nec in tra- verſales, *Hipp. Riminald. conſ. 544. n. 4. lib. 5. P. Pariſ. conſ. 72. n. 113. vol. 4.* ſicq; non datur in diverſis lineis, quia unus frater non germinat alium, *Ioh. le Cirier. de pri- mog. lib. 2. quaſt. 4. art. 6. Menoch. conſ. 106. n. 353. lib.* Et hanc ſententiam diſputando defendit, *Ant. C- ſ. inaug. de jure Imp. Germ. concl. 54. per tot.* Pro utraque opinione authores citat *Gerl. Buxtorf. ad Aur. Bull. concluſ. 85. lit. f.* verùm in ejuſmodi arduis & pericul- ſe cum

ſe cum Ulpiano & Celſo ſubſiſtere velle ait. Ego quoq; *cum Matth. de Afflict. lib. 3. conſt. Neap. tit. 24 n. 32. in fin.* dico, Non eſſe meum impræſentiarum determinare, ubi tanti patres ſunt in diſcordia, ſed determinet Rex, qui poteſtatem habet determinandi, dubia occurrentia Juriſtis.

Quod de juniore diximus, idem in eo locum habet, qui noviter in Principem Imperii cooptatur, quia is, † in quem velit locum ante alios ſe ingerere non po- 293
teſt, ſed tenetur occupare locum vacuum, & ſic ultimum, *Fichard. conſ. 77. n. 16. tom. 1. Knichen de Sax. non prov. jure. verb. Ducum. c. 2. n.* 134. Cenſetur enim † 294
locus permiſſus, ne aliis præjudicium concilietur, *Schrader. conſ. 4. n. 167. vol.* 1. quod regulare eſt † in 295
gratiæ & prærogativæ indultu, *l. ſi cui 9 ff. de ſerv. l. prætor. §. ſi quis ff. ne quid in loc. publ. Wameſ. conſ.* 10. *n* 4.
Nec † Imperator alium ita creare Principem poteſt, 296
ut præcedat alium Principem, cui jus jam eſt quæſitū, *per tradita Peregrin. conſ. 3. n. 35. & ſeq. lib.* 2. cum privilegium † Principis intelligatur conceſſum, ſine præ- 297
judicio juris alterius, *Georg. de Cabedo. deciſ. 65. num. 6. part. 1. Decius conſ. 520. n. 3.* aliorumque honores, aliis damno rum occaſio fieri non debet, *tex. in l. præmia. C. de ſtat. & imag.* adeò ut indulta † hæc honoraria in 298
præjudicium honoris & juris tertii præſumantur obreptitia, *l. 2. C. de off. magiſtr.* Ibi, *nemo ordinem militiæ pervertat. etiamſi noſtri numinis detulerit indultum.* Ita ſancitum † in ſtatibus nullam dum in Imperii Comi- 299
tiis ſeſſionem ſortitis, ut, Cæſar citra Imperii alteriuſve prejudicium, de loco commodo proſpiciat, *Denaiſ. in jur. Camer. tit. 287. §. 4. per R. A. de Anno* 1570. § nach dem auch/ Ibi, damit dann denſelben/ (ſc. ſo noch zur zeit zu keiner Seßion kommen /) jhr gebürliche Seßion im Reichstag eingegeben werde / ſeind wir erbietig/ mit denſelben billiche Verordenung / doch in dem des Reichs vnnd anderer Intereſſenten Notdorfft auch zubedencken / fürnemen zulaſſen.

Digitized by Google

300 Sed quomodo † devolvetur ad Principes jus ſe-
dendi in Comitiis? ſtatimne apprehenſa poſſeſſione
ipſo jure, an verò per inveſtituram Cæſaream? Et ſanè
301 † ſi omnes principatus ſub Imperio non jure Electio-
nis vel ſucceſſionis, ſed jure inveſtiturarum Cæſarearũ
deferuntur, *ut apertè ſcribit H. Vultei conſ. 36. n. 105. vol.
3. Marp.* ante petitam inveſtituram Principes princi-
patus legitimi poſſeſſores non ſunt. Quæ ratio eſt, †
302 quare Anno 1608. in Ratisbonenſ. Comitiis Ferdi-
nandus Archidux Auſtriæ (Imp. glorioſiſſ.) tum tem-
poris Commiſſarius Cæſareus, quidamque alii ſtatus
Catholici prætenderint Joanni Friderico nullam in
Comitiis ſeſſionem, etiam apprehenſa Ducatus poſ-
ſeſſione competere, priuſquam à Cæſarea Majeſtate
ejus Celſitudo inveſtita ſit. Cujus etiam opinionis
303 ſunt, † *Compilator prajud. Cam. Imp. verb. ſtatus Imp.
fol. 325. Chriſt. Wintzler de Collectis. obſ. 2. n. 7.* Nobis
304 tamen † contrarium omnibus modis ſtatuendum
videtur; Cohærentia enim cenſentur ſicut ea, quibus
cohærent, *tex. in l. qua religioſis. 43. ff. de rei vind. Mart.
Vran. conſ. 80. n. 3. tom. 2.* Connexorumque idem eſt
judicium, *Ant. de Amatu deciſ. 89. n. 5. & ſeqq. Natta*
305 *conſ. 286. n. 4. tom. 2.* Ipſi autem Principatus, † qui-
bus hoc jus ſedendi incorporatum eſt, ſpectant (quo
ad utile dominium) ad heredes ſtatim poſt apprehen-
ſam poſſeſſionem, etiam ante petitam inveſtituram,
Schrader. de feud. part. 10. ſect. 3. n. 147. Ergo etiam co-
306 hærens. Accedit obſervantia † Imperii. Nam Anno
1586. Chriſtianus I. Elector Saxoniæ, Anno 94. Fride-
ricus Dux Wurtenberg. Anno 98. Joachimus Frideri-
cus Marchio Brandeburgenſis, & Fridericus IV. Ele-
ctor Palatinus ratione Simmern/ Anno 603. Carolus
Dux Megapol quamvis nondum inveſtiti vel in perſo-
na, vel per procuratores Comitiis & dictis interfue-
runt, tamq; ſedendi, quàm ſuffragandi jus exercuerũt,
*ſicuti hac exempla ex ſcripto, quod Proteſtantes in dictis Co-
mitiis Cæſareo Commiſſario exhibuerunt, notat Gerlac.
Buxtorf. ad Aur. Bull. concluſ. 85. in fin.* Ex-

EXEMPTI.

De Exemptis opportunè hic quæritur, quo loco in Imperii Comitiis ſedere debeant; Ac quamvis † in 307
illis regulariter ſeſſionem nō habeant, R. A. zu Augſpurg *de Anno* 1548. §. wann auch ein außgezogener 56.
quia non ſunt ſtatus Imperii, qui autem † tales non 308
ſunt, ſeſſionem quoq; nō habent in Imperii Comitiis, & contrà, *Gylman. deciſ. Cam.* 46. *n.* 41. *lib.* 1. *Meichſner. deciſ. Cam.* 6. *n.* 27. *tom.* 3. ſi tamen περὶ τῶν κοινῶν pro communi Chriſtianorum ſalute, vel ut fœderati, in
Comitiis adſint, extra ordinem † peculiaris ipſis lo- 309
cus aſſignandus eſt, illa enim via eſt eligenda, quæ magis tuta eſt, *c. ad audientiam. c. pen. de homicid.* item quæ minus præjudicialis eſt, *Socin. Iun. conſ.* 3. *in fin. l.* 2. Rurſus illa via eſt eligenda, quæ pacem & concordiam adferre poteſt, *l. fil. ff. ut in poſſ. leg. Menoch. conſ* 51. *n* 46. *l.* 1.
Socin. Iun. conſ. 33. *n.* 2 *lib.* 1. At in hoc caſu † aſſignare 310
Exemptis ſingularem ſedem erit magis tutum, quia rumor & ſcandali periculum ceſſabit, minus præjudiciale, quia nec Principes Imperii ſuis locis movebuntur, ad concordiam tandem & pacem omnia reducentur, quia hic locus Principibus non nocet, & Exemptis prodeſt, unde illi quieſcent, & hi quieſcere debe-
bunt, per Regulam: Quod tibi † non nocet & alii 311
prodeſt, teneris facere, *arg. l.* 2. *in pr. ff.* 50 *l. matr. Surdus deciſ.* 335. *n.* 10. *lib.* 2. *Portius conſ.* 7. *n.* 49. *vol.* 1. *Cravett.*
conſ. 748. *n.* 19. Imò compelleris, † *Roman. ſingul.* 559. 312
n. 2. *per tex. in l.* 2 §. *item ff. de aqu. & pluv. arc.* Et in terminis præcedentiæ, *Menoch. conſ.* 51. *n.* 45. *lib.* 1.

Quid verò ſi extra † Comitia concurrant Princi- 313
pes Imperii, & vel Hollandorum, vel Venetorum, vel Helvetiorum Legati, num hi propterea, quod de facto ſuperiorem non recognoſcant, præferendi ſunt Principibus? Ita in ſimilibus † ferè terminis concludunt,
Natta. conſ. 637. *n.* 23. *tom.* 3. *Cravetta conſ* 892. *n.* 19. 314
tom. 6. cum ejuſmodi † Reſpub. libera dicatur habere 315
jura Principis, & æquiparetur Principi, *Modeſt. Piſtor. conſ.* 51.

316 *conſ.51.n.33.vol.1.Peregrin.conſ.2.n.17.lib.1.* Attamen †
licet jura Principis habeant paſſivè ſcil. & materialiter, Principes tamen non ſunt formaliter ſc. & activè, quæ duo δὶς διὰ πασῶν inter ſe differunt: Principes v. Imperii, cum nõ ſolum jura Principis & κυρίαν πάντων obtineant, ſed revera etiã Principes, & potentia Reges vel Imperatores ſint, quia omnes in electionem venire poſſunt, ideoq; quia qualitas qualitate cumulatur, meritiſſimo jure præferuntur.

Prælati.

317 Sub Prælatorum nomine † continentur omnes Eccleſiaſtici, quamvis dignitate diſtinguantur, *Caſp. Ziegler.pract concluſ.§. auſtrega.concl.1.num.11.* Prælati
318 hîc † intelliguntur, Abt zu Weingarten / Abt zu Renſſersheim / Abt zu Salmenßweiler / & reliqui
319 omnes. Quibus annumeratur † Teutſches Ordens Land-Commenthur der Baley / Elſaß vñ Bur-
320 gunden / qui licet † Principes Eccleſiaſtici ſunt, poſtponuntur tamen Principibus ſecularibus, niſi quod
321 † Comites & Barones præcedant, ut ex omnibus Imperii Receſſuum annexis Catalogis, ſtatuum ſatis
322 apparet. Cæterùm omnes † Prælati ſeſſionem habent in diœtis vel Comitiis Imperii, ſi tamen Principum vota colliguntur, unius tantum Principis votum ſuſtinent, unuinq; ſimul ſuffragium habent, *Sixtin.de Regal.lib.1.c.4.n.136.*

Abbatiſſæ.

323 Prælatorum appellatione † continentur Abbatiſſæ, die Gefürſtete Abtiſſin / quę ſtatus Imperii ſunt, G. Schönborn / *lib.5.pol.c.6. Paurmeiſt. libr.2. de jurid.*
324 *c.10.num.10.& ſeq.* & dignitatem † & titulum principalem habent, tametſi à Principibus ſeparentur, & inter Prælatos poſt Principes ponantur, *Sixtin. de Reg. c.4.n.141. libr.1.* Inter has præcipua eſt, reliquis emi-
325 nentior, Abbatiſſa † Quedlinburgenſis, *Bernh. Bertram.*

Digitized by Google

tram. de Comit. memb. 3. *th.* 35. Quam ſequuntur, Eſſen/ Hervorde/ Buchaw am Föderſee/ Andlaw/ Gerenrode/ Ganderßheim/ꝛc. Kauffingen/ eximiret Heſſen. E quibus reformatæ religionis ſunt Abbatiſſæ, Quedlinburgenſis, Herffordenſis, & Weringerodenſis.

Comites, Barones.

Inter Comites † maximam dignitatem habent, 326
Comites principificati, *ut loquitur Fichard. conſ.* 77. *n.* 13. *tom.* 1. Die Gefürſtete Graffen. Hi enim in Receſſibus Comitiorum Principibus ſubſcribunt. Secundò præ reliquis Comitibus † ad Comitia vocantur, ſeſ-
ſionemque habent Comites, der Wetterawiſchen vnd 327
Schwabiſchen Graffſchafften/ qui ſenatus Principum inter ſunt, at in ſubſelliis extraordinariis vulgò der adjuncten Banck/ abſque ordinis diſcrimine ſedent alternatis vicibus, tametſi duo ſaltem † vota 328
habeant, unum nomine Comitum Wedderavenſium, quorum nomine Naſſovienſes, vel eorum legati præſident alterum, nomine Comitum in Suevia, Bericht/ wie es heutiges Tages auff Reichßverſammlung gehalten wirdt/ *rubr.* vom Fürſten Raht. Quod tamen aliter atque aliter abhinc 70. annis fuiſſe obſervatum ex Catalago ſubſcriptionum conſtitutionum Imperii notat *Meichſner. deciſ.* 6. *num.* 27. *tom.* 3. & per ſe ex illo intelligi poteſt, *adde Ruland. de Commiſſar. part.* 2. *lib.* 5. *c.* 4. *num.* 27. ubi ait, † Comites vocàri ad Comitia,
ita tamen, ut duo nomine omnium jus ſeſſuræ obti- 329
neant, atque ita votatum eſſe in cauſa Fiſcal/ contra Manderſchied. Quod intelligendum de unâ eâdemq; familia & parte corporis, non verò de corpore toto. Tertiò: Comites reliqui † promiſcuum ſervant or- 330
dinem, quod ſi tamen circulariter conveniant (à qui-
bus conventibus † Imperii ſeſſura diſcrepat, *Knich.* 331
de Sax. non prov. jure, verb. Ducum. c. 2. *n.* 133.) tum ſe-
niori † ejuſdem circuli & conventus directorium 332
attribuitur.

Sed quid de Baronib. ſentiendum? num illi Comitibus inferiores, vel æquiparandi ſunt? Germaniæ
333 moribus † Comiti Baro prorſus æquiparatur, nullumque eſt inter eos vel dignitatis, vel præeminentiæ diſcrimen, niſi quod de Comitatu non ſit inveſtitus Baro, *Frid. Schenck. L. B. à Tautenberg. ad c. un. quis dic. Dux circa med. Vultej. lib. 1 feud. c. 4. num. 14. Zaſ. part. 5. feud. num. 29 Schrader. de feud. part. 10. ſect. 1. num. 22. & ſeqq. Et conſ. 13. n. 170 & ſeq. vol. 1. Pruckman. conſ. 27.*
334 *num. 17. vol. 1.* Ac quamvis Comes † in ſedendo honorem habeat, *Mar. Frecc. in com feud. lib. 1. tit. de Orig. Baron. n. 14. & lib. 2. tit. quis dic. Comes.* in rebus tamen omnibus ſuſcipiendis, honoribusque adminiſtrandis haudquaquam Comite cenſentur inferiores. Quare
335 Barones † non minus quam Comites ſunt ſtatus Imperii, *Beſold. in diſſertat de Comit. & Baron. nu. 20. in fin.*
336 *Gaill. 1. obſ. 27. num. 2.* Illuſtres, † Hoch vnd Wohlgeborne appellantur, *Schrader. conſ. 13. n. 172. vol. 1. Ia-*
338 *ſon. conſ. 114. num. 6. vol. 1.* in Matricula Imperii, † in privilegio primarum inſtantiarum, vel jure Auſtregarum æquiparantur, *Ordin. Camer. part. 2. tit. 3. & ſeqq.*
338 In dignitate † & munere Judicis, ac præſidum Cameræ Imperialis comparantur, *Ord. Cam. part. 1. tit. 1. in pr.* Ibi, das Cammergericht ſoll jederzeit mit einem Redtlichen/verſtendigen Camerrichter/ der ein Fürſt Geyſtlich vnnd Weltlich / oder auffs wenigſt ein Graff oder Freyher: ſey. In Collegiis deniq; Eccleſiaſticis, ut Coloniæ Agrippinæ non minus quam Comites ad apicem Epiſcopatus aſſumuntur.

Legati.

339 Qui regulariter jure † quodam repræſentationis ſuorum Principum loca & ſubſellia occupant, *Ant. Hering de fidejuſſor. cap. 7. num. 559.* quorum κίφας vel
340 κιφάλαιον † eſt in Germania Nuncius Apoſtolicus
341 Coloniæ Agrippinæ reſidens, referunt enim legati † imaginem & vicem Principis à quo mittuntur, *Natta conſ.*

conſ.638.n.1.tom.3.per l.oſſa.§.fin ff. de relig. & ſumpt. fun. ac honore † & exiſtimatione eâdem reputantur, *Schrader. de feud. part.* 10 *ſect.*4.*num.*21. itaq; pari Zelo ſi ipſis de loco moveatur quæſtio, † pro Principum ſuorum ſeſſione tanquam pro aris & focis diſputare debent, *Ruland. de Commiſſar. lib.*7.*c.*2.*num.*11.*part.*1. Et hoc ut faciant legati, monet *Carol. Paſchal. de legat. cap.* 69.*per tot.* in tantum ut fugere † debeant potius congreſſum alterius legati, quam illi unquam loco cedant, *Simon. Majol. tom.*2.*dier. canicul. colloq.*6.*fol.*358. quia tanti ponderis eſt dignitatis prærogativa, ut nihil in eo genere ab illis fieri debeat, niſi quod in mandatis habent, ut reſcribebat Henricus II. Rex Galliæ ad ſuum legatum, *Bodin lib.*1.*de Repub.c.*9.*p.*228. Diximus ſupra, regulariter, quia dantur caſus, in quibus dicta regula officium ſuum perdit. Nam primò, † ſi in Electione Regis Romani Electorum aliquis abfuerit, etſi legatus ejuſdem ad mandatum ab ipſo officium admittatur, ejusq; perſonam repræſentet, in menſa tamen Electori deputata ſedere non poterit, quantacunque dignitate præfulgeat, *Aur. Bull. c.*28.§.6. *Ibiq; Aruma. diſcurſ.*6.*th.*44. Et ideò cum Rex Bohemiæ in Coronatione Caroli V. abeſſet, & legatum miſiſſet, menſa ejuſdem vacua edulio manſit; *Hartm. Maurus de Coronat. Carol. V.* Et in noviſſima coronatione Ferdinandi II. cum omnes Electores ſeculares abeſſent, ex Chryſobullæ præſcripto nihil ferculorum in eas, quæ Electoribus abſentibus ſtratæ erant, appoſitum fuit. 342 343 344 345

Secundò † in Comitiis Imperii ſi Electores Palatinus & Brandeburgicus nõ adſint, tum quidem ipſorum legati ſeſſionem debitam occupant, quia extrema loca ille à dextris, alter à ſiniſtris tenent, at ſi Electorum medius aliquis abſens, cæteri verò præſentes ſint, tum Electores præſentes abſentium ſubſellia & loca media ingrediuntur, horum verò legatis ſemper extrema relinquuntur, *Chriſt. Lehman / lib.*7. *Chron. Spir. c.* 346

124. Wie es auff Reichs Verſamblung gehalten werde/*rubr.* Churfürſten Raht. Quia non eſt par ratio Electoris & legati, cum potentius ſit jus quod quis habet jure proprio, quàm alieno *l. ſi filius, 33. §. erit. ff. de fidei comm. lib. l. quod Principi, 56. cum l. ſeq. ff. de leg. 2.* Et cum Elector fulgeat propriæ dignitatis lumine, debet magis honorari, quàm gerens vices illius, tanquam aliena luce coruſcans, *Purpur. in l. 1. n. 632. ff. de off. ejus. Gratian. tom. 1. diſcept. for. cap.* 106. *numer.* 20. *& ſeqq.*

Quæ ſanctio † non inter Electores modo, ſed &
347 cæteros ordines cuſtoditè ſervatur. Nam Anno 1520. 21. Octob. in auguratione Caroli V. legatis Electoris Saxoniæ (ipſe enim Elector ob invaletudinem Coloniæ ſubſtitit) cum Duce Johanne Clivenſi multa fuit contentio, utri præcederent, ita quidem ut pompam iſtam, qua Germania non viderat illuſtriorem nox interpellaret, *teſte Sleidano lib. 2. comm. p. 46.* Ita An. 1542. in Comitiis Norinbergenſ. ipſius etiam Cæſaris Caroli V. legati, Ferdinando fratri poſtpoſiti fuerunt, ceu ex ſcripto quodam Johannis Friderici Electoris Sax. & Philippi Lantgravii Haſſiæ oſtendit *Ant. Coler. de jure Imperii Germ. ſect.* 68. Donec tandem † pecu-
348 liari tranſactione Anno 66. cautum fuerit, Electorum legatos in generali curiâ, communique βουλευτηρίῳ, adeoq; in actuum publicorum celebratione præcedere Principes, comparatos autem cum Electoribus, qui in propria perſona adſunt, ſedere infra illos, *Bernh. Bertram. de Comitiis, memb. 5. th. 67.* Quod tamen generaliter obtinere, & Principem, legato Principis præcedentis, præferendum eſſe conſuluit *Ioan. Baptiſt. Coſta conſ. 44. per tot. ferè.*

Hujus loci eſt quæſtio in coronatione Caroli V. primùm mota, ſi in Electione † Romani Regis ali-
349 quem Electorem abeſſe contingat, quiſnam illius officia adminiſtrare debeat, legatus an Vicepincerna,
350 Vice-Camerarius? Georgius Sabinus † *in deſcript. Elect.*

Elect. Carol. V. in fin. ait, Aquiſgrani in coronatione
Caroli V. Regis Bohemiæ legatum Pincernæ mune-
re functum eſſe. E contrà Sabino apertè contradicit
Hart. Maurus † *in d. deſcript. coron. Carol. V.* & pro 351
Vice-Pincerna deciſum fuiſſe ſcribit, cujus relatio ob
inſequutam obſervantiam fidem Sabino præripuit.
Ita cum Anno † 1566. in inveſtitura Electoris Saxo- 352
niæ eadem quæſtio inter legatos Brandeburgicos, &
Vice-Camerarium Comitem à Zollern mota eſſet, ita
deciſa fuit, legatos in conſiliis & conſultationibus, at
Vice-Camerarium extra conſilium in aliis ſolennita-
tibus curiæ abſentis Electoris vices ſupplere debere,
Chriſt. **Lehman/** *in Chron. Spir. lib. 7. c. 124. tit. 6.*

Civitates.

Civitates Imperiales, (quæ ſine † dubio munici-
pales præcedunt,) olim Comitia ob prærogativę alter- 353
cationem, † rarò frequentaſſe referunt *Ludov. Gremp.*
& Hieron. **zum Lamb** / *in Conſil. de ſeſſione & voto libe-* 354
rar. civitat. Imper. §. **Gleicher Geſtalt hindert nicht.**
Quemadmodum Anno 1495. in Wormatienſib. Co-
mitiis Colonienſium & Aquiſgranenſium legatos de
primatu altercaſſe, **da die von Aach nicht niderſitzen
wöllen/ vnnd fürgewendet / daß die von Cöln ſich zu
Obriſt hätten geſetzt/ da jhnen gebürt zu ſitzen/ dage-
gen die von Cöln von denen zu Aach zu wiſſen begeh-
ret/ wie ſie ſich achten/ für eine Frey / oder für ein
Reichſtatt/** ſcribit *Chriſt.* **Lehman/** *lib. 4. chron. Spirenſ.*
c. 5. Ita † legati Senenſium & Genuenſium, cum Ca- 355
rolus V. Bononiæ coronaretur, de primatu diſputa-
runt, verum juſſu Cæſaris templo expulſi ſunt, *Paul.*
Iovius lib. 27. hiſtor. tom. 2. Flam. de Rubeis conſ. 65. n. 32.
vol. 1. Hodie liberæ Imperii Civitates omnes unius
corporis membra ac ſacri Romani imperii ſtatus ſunt,
dumq; Comitia peraguntur, poſt Principes † ſeſſio- 356
nem ſibi vendicant, *Paurmeiſt. lib. 2. de jurisd. c. ult. n. 25.*
Lud. Gremp. & Hier. **zum Lamb** / *in d. reſp. per tot.* Non
enim

enim civitates præcedunt Duces, Marchiones aut Co-
357 mites, † *inquit Decian.reſp* 19.*num*.28.*vol*.3. Et quod civitates non ſint ſuperiores ratione præcedentiæ Comitibus, tenet *Matth.Coler.conſ*.33.*num*.54. Civitates
358 unum conſtituentes corpus in duo ſubſellia † diſtinguuntur in die Reiniſche vnnd Schwäbiſche Banck; in Rhenano primum locum occupat Civitas Colonienſis. Ipſa enim Civitas vocatur Edler fundiret, Cölniſche *ſtatuta, fol.6.* Et cives Colonienſes vocantur liberi. Freye Burger zu Cöln in der Huldigung dem Kayſer vnd Ertzbiſchoffe / *ibid.fol.5.&* 8. in Suevico
359 primum ſedet Civitas Ratiſbonenſis, & in † hoc ſcamno Wormatia & Lubeca alternis vicibus præeminentia ſeſſionis utuntur. Poſt civitates Imperiales caput inter nubila condunt Civitates, quas vulgò Han-
360 ſaticas, † die An vnd Seeſtett appellant, quod maxima earum pars ad Balthicum fretum collocata ſit, qua etſi ſuperioribus ſeculis omnibus vicinis Principibus & Regibus ζηλωτοὶ fuerint *teſte Chytræo libr.*23. *Saxon.* Et ipſummet etiam Carolum V. robur illarum civitatum reformidaſſe tradit, *Lud. de Avila in*
361 *comm. belli Germ.* benè tamen eſt, † quod domeſticis inſidiis, & privato commodo faſcinati neſciant ingenti potentia uti, cum homines alant aliis Regibus & Principibus obligatos & addictos & concionatores ad quælibet volgus incitantes, *ut ait* Warem. *ab* E*renb.lib.1.de fœder.c.2.num.*45. Die Hanſenſtett ſeind Mechtig / noch weren ſie viel Mechtiger / wo fern ſie ſich nicht von jhren Geyſtlichen meyſtern lieſſen.

Prædictæ civitates Hanſaticæ, (quæ non omnes ſunt Imperiales & liberæ, ut Bodinus † falſò autu-
362 mavit, *Bodin.libr.1.de Repub.c.6.* neq; ex illis una dun-
363 taxat, ut Waremundus † ſcripſit *War.ab Erenberg.de*
364 *fœder.d.c.2.num.*45. Sed quatuor † Civitates liberæ eodem Anſæ corpore hodie etiam continentur, *H. Kirchner in Morviller.lib.1.c.4.num.*121.) quâ Hanſa-
365 ticæ, † cum rebus Imperii nihil habent negotii, unde

deneq; in Comitiis, neq; in circularibus conventibus ſeſſionem habent, neq; matricula ſunt comprehenſæ, neque contributionem Cæſari, Reichs Abſchied/ *de An.* 1542 zu Speyr / §. Demnach haben wir/ ſed Principibus ſolvunt. Si tamen ſuos † legatos mittunt 366 (conſuetudine enim recepta harum nuncii legati ſive Bottſchafften vnnd Geſanten vocantur, quamvis id neget *H Kirchner. de legat. lib.* 1. *c.* 3. *num.* 56.) illi veluti aliorum Principum legati audiuntur, & pro cauſæ qualitate, & gravitate ad ſedendum extra ordinem † 367 invitantur.

A tergo relictæ ſunt Civitates municipales, ſive municipia provincilia, quæ planè † privatorum loco 368 habentur, *l eum qui*, 16. *ff. de R. I. Gaill.* 2 *obſ.* 57. *n.* 8. Inter quas Metropolis, quia provinciæ † caput eſt, *l.* 369 *un. C. de Metrop. Ioh. Bertachin. tr. de Epiſcop. in prælud. num* 6. *verſ dicitur autem Flam. de Rube. conſ.* 65. *nu.* 86. *vol.* 2. aliarumq; civitatum mater, † *Alciat libr.* 2. *diſpunct. c.* 23. *Fr. Marci deciſ. Delph.* 366. *nu.* 17. *lib.* 1. tan- 370 quam civitatum Princeps præ aliis civitatibus & primam ſedem & votum habere debet, † *per d. l. un. C.* 371 *de Metrop. Flam. de Rub. d. conſ.* 65. *num.* 81. *& ſeqq. vol.* 2. Sicut & Metrapolitam aliarum inferiorum civitatum Epiſcopos ſub ſe habent, tanquam ſubminiſtros, *c cleros.* 21. *diſt. P. Greg. Tholoſ. de Repub. lib.* 1. *c.* 1. *num.* 9. *& ſeq.* Quemadmodum autem Metropolis reliquas civitates præcedit, ita Metrocomia quæ mater & caput vicorum eſt, reliquos ſolet præcedere, quod enim eſt Metropolis inter civitates, hoc Metrocomia eſt inter vicos, *Gothofred. ad rubr. C. non licere habitat. Metroc.*

NOBILES.

Nobiles, licet immediati ſint, die Freyen vom Adell im Landt zu Schwaben / Francken vnnd am Rhein/ nullam ſeſſionem † habent in Comitiis Imperii, *Sixt.* 372 *de Regal. lib.* 1. *c.* 4. *num.* 94. *Caſpar. Ziegler. in prax. aur. §. Landſaſſii concluſ.* 1. *in limit. num.* 44. *& ſeq.* quia ſtatus

Im-

Digitized by Google

Imperii non ſunt, *Gylman. in Symphor. tom. 1. part. 1, tit. 3. vot. 7. n. 6.*

373 An autẽ † in aliis Principum conventibus Nobiles civitatibus præferendi ſunt? Quod civitates munici-

374 pales, auff den Landtagen † attinet, illis Ordo Equeſtris, die Ritterſchafft deſſelben Landes/ ſine omni indignatione præfertur, at in Principum conventu,

375 auff den Fürſtentagen/ † ubi Civitates Imperiales, & Nobiles immediati ſimul comparent, Civitates Nobilibus circa jus προεδρίας præferuntur. Quapropter

376 tametſi Anno † 1619. menſ. Octob. in conventu Correſpondentium Norico, Ordo Equeſtris Franconiæ ſeſſionem ante civitates Imperiales liberas peteret, legati tamen civitatum imperialium ipſis cedere noluerunt, & obtinuerunt.

Doctores, Licentiati, Milites.

Qui infimum gradum nobilitatis conſtituunt, de quibus ſequentes aphoriſmi notandi ſunt.

377 I. Doctor præfertur non Doctori, † non ſolum in beneficiis, *Garſ. Maſtrill. deciſ. 2. num. 13. & 15. Rota Roman. deciſ. 895. nu. 1. part. 3. libr. 3. in noviſſ.* & officiis publicis, *Menoch. conſ. 345. n. 27. tom. 4.* ſed etiam in jure ſeſſionis & præcedentiæ.

378 II. Doctor natus † ex Doctore, Doctori ex cive non Doctore nato præfertur, *per l. 3. verſ. filios, C. de advoc. div. jud. Mart. Laudenſ. tr. de dignit. q. 17. Iacob. Aleman. conſult. 7. pag. 362. Decian. reſp. 7. n. 43. vol. 3. Cephal. conſ. 615. n. 51. lib. 5. Cravett. conſ. 982. n. 7. p. 6.*

379 III. Doctor promotus † in Academia præferendus eſt Bullato, is enim dignior eſt, qui dignitatem accepit non ſolùm à digniori, *Iaſon. in l. ſi quis, n. 31. C. de tranſact. Menoch. conſ. 51. num. 29. lib. 1. & conſ. 257. num. 11. tom. 3. per tex. in l. 6. in fin. ubi gl. C. de advoc. div. jud.* ſed etiam coram nobilioribus & in loco nobiliori, *Decian. reſp. 84. n. 25. vol. 5. Alexand. conſ. 203. num. 4. vol. 2.*

IV. Doctor creatus † per Imp. præfertur Docto- 380
ri ab inferioribus creato *per Dd.ſupra c.2.n.alleg.* dum-
modo † cum rigore examinis lauream fuerit ade- 381
ptus, ſecus ſi ſimplici verbo, *Caſſan.in Catal glor.mund. part.*10.*conſid.*37.*Gratian.tom.*1.*diſcep.c.* 186.*num.*77.
vel niſi † ab inferioribus creatus qualitates dignio- 382
res habeat, *poſt Ioh.de Platea, Menoch.conſ.*126.*n.*34.*l.*
3.nam quod Doctor † conſecutus à Principe gradũ 383
præſumatur indoctus, & ideò ſit poſtponendus exa-
minato, tenent *Alviſ.de Albert ſing.*121.*& Sim.Piſtor. conſ.*18.*n.*9.*vol.*1.*conſil.Mod.Piſtor.*

V. Doctor creatus † cum rigore examinis ob 384
ſcientiam & merita dignior eſt, & præferendus eo, qui
nullo vel levi examine creatus fuit, *Felin. in c. per tuas n.*3.*de maj.& ob.Rota.Rom.deciſ.*845.*n.*1.*part.*3.*lib.*3.*in noviſſ.Decian.reſp.*7.*n.*64.*vol.*3.*Menoch.conſ.*126.*n.*18.
*tom.*2.

VI. Doctor utriuſque juris † præfertur in altero 385
jurium etiam prius graduato, *Iaſon. in l. re conjuncti* 87.*num.*19 *ff. de leg.* 3.*Caſſan. in Catal.glor.mund.p.*10.
*conſid.*33.*Natta.conſ.*638.*n.* 19.*tom.*3.*Decius conſ.*161.
*n.*2.*Decian.reſp.*7.*nu.*52.*vol.*3. *Cephal.conſ.* 566.*n.*36.
lib. 4.*H. Riminald.conſ.*740.*n.* 31.*lib.* 7.*Cravett.conſ.*
489.*n.*9.*p.*3.*Menoch.conſ.*126.*n.*11.*tom.* 2.imò etiam † 386
merum Canoniſtam præcedat, *Felin.in rubr.de major. & obed.n.*3.*Menoch.conſ.* 902 *n.*66.*cum alleg.lib.*11.

VI. Doctor juris Canonici † præfertur Doctori 387
legum civilium. *Hier.de Cavallos pract.quaſt.*676.*n.*36.
*Cephal.conſ.*615.*n.*45.*lib.*5.*Peregrin.conſ.*84.*n.*36.*lib.*1.
quod tamen † verum in terris Eccleſiæ non Imperii, 388
*Menoch.de A.I.Q.caſ.*425 *n.*29.*& ſeqq.* ubi n.29.allegat
illud Romani *Sing.*660.*n.* 2. Legiſta ſenza capitoli val
poco, ma canoniſta ſenza leggi val niente.

VII. Doctor Theologiæ † tum ſubjecti, tum ve- 389
ritatis, tum & finis ratione pręfertur Doctoribus juris,
*Schneid.de feud.part.*3.*n.*5.*Mod.Piſt.conſ.*51.*n.*40.*vol.*1.
*Pereg.conſ.*84.*n.*36.*lib.*1. An etiã Licentiatus † Theo-
logiæ? putamus, ſi graduatus ſit.

IIX.

Digitized by Google

391 IIX. Doctor ex nobilibus † præfertur Doctori genere ignobili, *Bon. de Curtili. tr. nobil. part. 3. n. 31. 40. & 118. Caſſan. d. Catal. p. 8. conſid. 27. & p. 10. conſid. 35. Decian. reſp. 84. num. 35. vol. 5.* Niſi Doctor † ex igno-
392 bilibus, doctorem nobilem doctrina præcedat, *ut limitat. Menoch. conſ. 126. n. 19. tom. 2.* Fallit etiam † in
393 Collegiis Doctorum, ubi ſolet eſſe ordo in ſedendo, reſpectu temporis ingreſſus, Ibi enim Doctor poſt aggregatus, quamvis nobilis ſit, non præit aut ſedet ſupra anteriores, *poſt pl & Abb. Cephal. conſ. 615. num. 45. Decian. reſp. 29. n. 3. vol. 3. Peregrin. conſ. 3. n. 31. lib. 2.*

394 IX. Si non conſtet, † quis inter Doctores ſit ordine antiquior, præferendus eſt major ætate, *poſt Bart. Vinc. de Franch. deciſ. Neap. 144. n. 3. part. 1.*

395 X. Doctor & miles † ſimul præfertur tantum Doctori aut militi, *Tiraquell. de Nobil. c. 5. n. 8. Caſſana. in d. Catal. part. 8. conſid. 27. Decian. reſp. 21. n. 50. vol. 1. Menoch. conſ. 126. n. 12. lib. 2.*

396 X. Doctor juris † præferendus eſt Nobilibus & Militibus, non ſolum in actibus doctoreis, *arg. l. 1. C. de off. vicar. Lupus tr. de don. inter. vir & ux §. 37. n. 20. Mart. Laudens. tr. de dignit. quaſt. 17. Signorol. de Homod. tr. de præced. Doct. & Mil. n. 71. ibiq; Bolognin. in addit. Gail. 2. Obſ. 118. n. 16. Gomez. ad leg. Tauri leg. 83. nu. 18.*
397 *Peregrin. conſ. 84. n. 32. lib.* 1. ſed his militibus † etiam in actibus promiſcuis & indifferẽtibus, *Lauterbach. tr. de liter. & arm. n. 58. Lanfranchin. de privil. Doctor. n. 61. & ſeqq. Matth. Bran. de ceſſ. bonor. q. 10. nu. 16.* ubi limitat in Doctorellis, *Gratian. libr. 1. diſcept. c. 111. num. 84. & ſeq. Farinac. conſ. crim. 94. n. 4. lib. 1. Burſat. conſ. 343. num. 31. lib. 4.* Diſſentit *Acac. Enenckel. de privil. mil. lib. 1. c. 10. num. 7. & ſeq.* Vide in utramq; partem, *Signorol. de Homode conſ. 23. per tot. part.* 1. non tamen † in acti-
398 bus ut plurimum vel merè bellicis, *d. l. 1. C. de off. vicar. Caſſan. in Catal. glor. mund. p. 9. conſid. 1. Bon. de Curtil. tr. Nobil. part. 3. n. 55. & ſeq. Cœpoll. de Imp. mil. delig. c. fin. n. 18. & ſeq. Cravett. conſ. 855. n. 1. part. 5.*

XI.

XI. Prius doctoratus † præfertur iis, qui poſt 399
ipſum doctorati ſunt, *Azevedo ad conſt. Hiſp. lib. 6. tit. 2. in rubr. num. 114. Cavalcan. deciſ. 20. n. 26. part. 2. Iaſon. conſ. 192. n. 2. & 15. vol. 2. Cephal. conſ. 615. num. 27. & 142. lib. 5. Natta conſ. 658. n. 17. tom. 3. Menoch. conſ. 257. n. 13. tom. 3.* Niſi † junior Doctor ſeniorem doctrinâ 400
præcellat, *Fr. Vivim deciſ. 162 num. 1 lib. 1. Portius conſ. 167. num. 51. vol. 4. Natta conſ. 637. n. 38.* vel niſi † ju- 401
nior habeat gradum utriuſque juris, *Natta d. conſ. 637. nu. 18. tom. 3.* vel niſi † junior ſit Doctor actu legens, 402
Iaſon conſ. 192. n. 16. vol. 2.

XII. Licentiatus prius graduatus, † præfertur 403
Doctori, quando ipſe Licentiatus ex poſtfacto laurea Doctoris fuerit inſignitus, *Cavallos in aur. ſpecul. quaſt. 606. n. 33. & ſeqq. Ant. Gabriel. lib. 6. com. opin. tit. de major. & obed. concl. 1. Iaſon. conſ. 192. num. 2. vol. 2. Cephal. conſ. 591. n. 18. lib. 4. Socin. Sen. conſ. 70. per tot. vol. 4. per l. 1. & 2. C. de off. prat.* Diſſentiunt multi, quos allegat *Gabriel. d. concl. 1. n. 2.*

XIII. Doctor Juris † præferendus eſt Doctori-
bus Medicinæ, *vid ſupr. c. 5. n. Dd. alleg. quibus adde Mo-* 404
deſt. Piſtor. conſ. 51. num. 40. vol. 1. ubi ait, hanc ſententiam uſum omnium univerſitatum approbaſſe, non habita ratione, neq; ætatis neque prioris promotionis. Imò hoc eſſe tam clarũ, ut hiſtriones dare ſciant judicium ait *Ioan. Nevizan. in Sylv. nupt. libr. 5. nu. 87.* Sed an JCtus non Profeſſor pręferendus Medico Profeſſori? Hæc controverſia † cum Roſtochii de facto 405
mota, & in domeſticas rixas abitura eſſet, utraq; parte rationibus cauſam ſuam tuente, Ulricus Dux Megapolenſis iſtius Academiæ fundator & Cancellarius Anno 1599. 14. Martii, totum negotium ita tranſegit, ut quidem Doctores Juris non Profeſſores in ſolennibus proceſſionibus, auditorium ineundo & exeundo ſtatim JCtos Profeſſores ſequerentur, ſicq; Medicos & Philoſophos haberent pediſſequas. In ipſo autem auditorio, dextrum latus ſoli Profeſſores ſerie non in-

terrupta occuparent, & cæteri Doctores non Profeſſores è regione ſederent, & hoc pacto, neq; hi illos, neq; illi hos impedirent, *ut refert Erneſt. Cothman. reſp. Academ.* 45. *n.* 12. *&* 13.

406 XIV. Deniq; inter Candidatos, † qui tempore promotionis renunciatur primus, prærogativam habet in ſedendo, incedendo, ſubſcribendo, *arg. l.* 2. *de praef. prat. l.* 1. *C. de prapoſ. ſacr. ſcrin. l.* 1. *C. de conſul. Kirch. de legat. lib.* 2. *c.* 5. *n.* 84. *Burſat. conſ.* 343. *n.* 5. *& ſeq. lib.* 4.
407 Sint † niſi ſorte locati.

408 Qv. An Comes Palatinus † præcedat Doctorem? Affirmat *Peregrin. conſ.* 48. *per tot. lib.* 1. quem vide.

Rectores Academiæ.

409 Qui in † omnibus ſolennibus proceſſionibus præcedunt omnes omninò Doctores, etiam Cancellarium Academiæ, *vide Beſold. lib.* 1. *polit. c.* 12. *n.* 47. Imò Nobiles, Barones, Comites, Principes. Ita legitur de
410 Ludovico XII. Gallorum Rege, † quod cum ſubactâ Genuâ de Liguribus triumphaſſet, quinq; Cardinalibus & centum proceribus ſubſellia implentibus, Academiam Ticinenſem honoris cauſa adiverit; Et ferunt Regem, cum ad Collegium perventum eſſet, Jaſoni ſiniſtrum adequitaſſe, cum his verbis: Nunc Jason Incipit Regnum tuum, *Mich. Piccard. Obſerv. Hiſtor polit. decad.* 7. *c.* 1. Definiebat † eâ
411 lectione Jaſon, Equeſtrem dignitatem ob ſpectatum in acie facinus de manu Regis traditam accendendæ virtutis ergo ad poſteros manare, *Paul. Iovius in Elog. doctor. viror.* Ita ajunt & Imp. Carolum † V. cum for-
412 tè Lovanii eſſet, loco ceſſiſſe, & latus Rectori ceſſiſſe, ut ſcribit *Iuſt. Lipſius in Lovanio lib.* 3. *c.* 3. ubi præterea benè ſubjungit: Rectoris etſi nomen magnum, tamen potentia ferè ut Venetorum Ducem eſſe, & à ſenatu
413 ſuo pendere. Ita Rector univerſitatis Pariſienſis † in omnibus actibus publicis prçcedit Nuncium Apoſtolicum, Cardinales, Pares Franciæ, & legatos omnium Principum, & in nuptiis Regum occupat locum Delphini,

phini, & in honore repræſentat primogenitum Franciæ, *ut teſtatur Pierre Bonfonſ. tr. des antiquitez de Paris. livr. 2. c. 1. fol.* 110. Quia maximus literarum favor dignitatem hanc Rectoratus fecit ampliſſimam & honoratiſſimam, in tantum, ut Rector † jus ſceptrorum habeat, ut ſingulare honoris inſigne. Sed cave ſis 414
ſceptrum hîc interpreteris de inſigni regiæ ſummæq; poteſtatis, quam qui in Rectore quæſierit, aut adulator aut ſtultus eſt, *Steno Bielke in comm. de Academ. lit. K. p.* 54. Memorabile eſt in hanc rem Ferdinandi Hiſpaniarum Regis avi Imp. Caroli V. factum. Venit † 415
is Complutum in Ildephonſe collegium, Ximenio latus claudente. Sed Rectore cum Patrib. Academiæ collegio in Regis occurſum progrediente, cum miniſtri regii, qui & ipſi ſceptra gerebant, præeuntes ejus ſceptrigeros conſpicarentur & voce intentiori, ut illi ſceptra Academica ſubmitterent aut deponerent, inclamarent: tunc verò Rex, nihil ea re majeſtatem ſuã imminui ſentiens, Academicos ſolito more procedere jubet Muſarum, inquiens, illas ædes eſſe, in quibus fas poſcebat, ut Muſarum ſacri initiati regnarent, *Alv. Gomecius de reb. geſt. Fr. Ximen. lib.* 4. Quin & tanta Rectorum dignitas eſt, ut quibuſdam † in Academiis, 416
utpote Viennæ Auſtriæ ex ſingulari Imp. Maximiliani I. gratia Rector Palatini, ut vocant, Comitis poteſtate fruatur, & laureâ Poëtas, ſi quos dignos ſtudiorum præmiis putaverit, exornet, *Herm. Kirchner. de fatal. Acad. diſſipat. & ruin.* Ita in Academia † Ro- 417
ſtochienſi Facultatis Juridicę Decanus jus habet creare Notarios, *Cothman. reſp. Acad.* 28. *num.* 13. Quod in Academia † Julia Rectoribus datum eſt. 418

Magistri.

Qui ultimum † dignitatis gradum conſtituunt, 419
quia, ut ſupra diximus, Baccalaureatus non eſt dignitas, ſed potius præparatio ad dignitatem. Nec enim horum creatio refertur ad Regalia, *Hier. Treutler. diſp.* 1. *th.* 7. ubi diſſentit Bachovius. Tametſi † Magiſterii 420

 titu-

titulum quædam Academiæ tribuant eximiis Theo-
logis κατ' ἐξοχὴν. Pariſiis enim † & Lovanii MAGI-
421 STRI NOSTRI dicuntur Theologiæ Doctores, qui omnis doctrinæ cenſuram ſibi vindicant, & veluti poſſident regnum. Ex quo fit, ut aliquando † in Princi-
422 pum reſcriptis & diplomatibus Magiſtri Doctoribus præponantur, *Matth. Dreſſer. in Millenar. 6. pag.* 285. Ita
423 † & Imper. Caroli V. ad univerſitatem Viennenſem literæ, quibus Lutheri libros flammis tradi mandat, hanc habent inſcriptionem, den würdigen / vnſern Lieben Andechtigen vnd Getrewen N. Rector, Magiſtern vnnd Doctorn vnſer Vniverſitet zu Wien. *Quæ extant apud Haimsfeld. à Goldaſt.* in Reichſſatzung/*pag.* 245.

CAPUT X.

SUMMARIA.

1. *Dignior vel nobilior quænam perſona ſit*, & n. 2.
3. *Dignitas viciſſitudini ſubjecta eſt.*
4. *Dignior quis dicitur reſpectu honoris & prælationis.*
5. *Vna eademq́ perſona an & quatenus diverſo jure cenſeri poſſit*, n. 6. & ſeqq.
9. *Quod illuſtratur exemplis*, n. 10. & ſeqq.
15. *Dignior eſt & præferendus quilibet minimus in ſuo territorio.*
16. *Lepidum exemplum Baronis de* Krenckingen.
17. *Princeps in domo vilis perſonæ debet ei cedere.*
18. *Apologus Richardi III. Regis Angliæ.*
19. *Dignior eſt & præferendus, qui in nobiliores dominatum habet*, n. 20. & ſeqq.
23. *Maximiliani I. & Caroli V. Impp. de Germaniæ Principibus judicium.*
24. *Proverbium Gallorum de ſubditis Franciæ.*

25. Re

25. *Rex Galliæ non ſolum Roy de* France, *ſed etiam des François.*

26. *Dignitas ſubditorum cæteris paribus conciliat præeminentiam.*

27. *Dignior eſt & præferendus ſenior juniori*, n. 28. & ſeq.

30. *Maximè verò inter dignatione pariles ætas prærogativam impertit*, n. 31. & ſeq.

33. *Dignior eſt qui dignitatem à majori accepit. Amplia.* ut n. 34.

35. *Cum ſe termini ubiq; ſint pares.*

36. *Pluribus gaudens dignitatibus anteferendus*, n. 39.

37. *Marchio & Comes ſeſſura antevertit Marchionem tantum.*

38. *Veluti etiam Comes & Baro Comitem ſimplicem.*

39. *Dignitas addita dignitati eam auget.*

40. *Concurſus titulorum abſolutè eminentiam non tribuit*, n. 41. 43. & ſeqq.

42. *Apophthegma Coſmi Ducis Florentini.*

47. *Potẽtior ampliori Ducatu aliis præfertur*, n. 49.

48. *Quod non obtinent in familiis Electoriis.*

50. *Iura Majeſtatis non locorum ſpatiis, ſed regiminis qualitate definiuntur*, n. 52. 54. & ſeqq.

51. *Regnum Hiſpaniæ imperio Turcarum decuplo majus eſt.*

53. *Non eſt bona conſequentia: Eſt potentius, Ergò dignius.*

57. *Plus & minus non conſtituunt diverſitatem ſpecificam.*

58. *Majoritas juriſdictionis arguit majoritatem dignitatis.* Intellige, ut n. 59. & ſeqq.

62. *Prius dignitatis culmen adeptus, præferendus poſteriori.*

63. *Quamvis ſit annis junior.*

64. *In dignitatibus valet regula. Qui prior tempore, potior jure.*

65. *Fundamentum antiquioris notæ quatenus ſubſiſtat,* n. 66. & ſeqq.

69. *Prior ſubſcriptio prælationem conciliat,* n. 70.

71. *Argumentum ab ordine valet etiam ad majorem dignitatem.* Contra, n. 74. & ſeq.

72. *Ordo ſcripturæ in hac controverſia deciſionem non ſuggerit.*

76. *Fichardus reprobatur,* per n. 77.

78. *Niſi cum moderamine accipiatur.*

79. *Dives (cæteris paribus) præfertur non diviti,* n. 80. & ſeqq.

84 *Divitiæ non tollunt prærogativam temporis.*

85. *Dignitate ubi non pares reperiuntur, præferendus eſt ille, qui meliori ſanguine creatus eſt,* n. 86. & ſeqq.

88. *Æquales dignitate quinam dici non poſſint.*

89. *Dignitatis maternæ ratio haberi an debeat,* n. 90.

91. *In cauſa honoris quæ non proſunt ſingula, multũ juvant.*

92. *Dignitatis titulum cum poſſeſſione qui conſecutus eſt, præfertur illi, qui ſolum titulum adhuc obtinuit,* n. 93. & ſeq.

95. *Imperans præfertur ei cui imperatur.*

96. *Filius quatenus Magiſtratum gerit, dignior eſt patre.* n. 97.

98.

98. *Exempla Fabii Proconſulis & Laurentii Celſi Venetorum Ducis.*

99. *Dignior eſt qui propria dignitate fulget, quàm qui aliena*, & ſeq.

101. *Natura præfertur accidenti.*

102. *Dignior eſt, quem ſtylus curiæ præfert.*

103. *Vel communis hominum æſtimatio*, n. 104. & ſeq.

106. *Dignitas dicitur quæ ita communiter reputatur in loco.*

107. *In cauſa honoris & præcedentiæ valet regula, Si vinco vincentem te, multò magis te vinco.*

108. *Quatenus hæc regula procedat*, n. 109. & ſeq.

111. *Dignior eſt, qui majores labores Reipub. cauſa ſuſtinet cæteris ſc. paribus*, n. 112.

113. *Dignior eſt Princeps confœderationis, & cujus amicitia ambimus.*

115. *Sedens magis honoratur quam aſtans*, n. 116.

117. *Imperatoris legatus ſedendo apud Turcam perorat.*

118. *Caroli V. Imp. legato jus ſedendi callidè adimere voluerunt Turcæ.*

Pallium pro ſella adhibitum.

Pallium legatus, quo ſedebat, digrediens relinquit.

Vrbanum & ſalſum legati ea de re dicterium.

119. *Regis Daniæ legatum ex ſella dicere volentem, Maximilianus I. ſtare fecit.*

120. *Honori defertur ut dignitate antecellens inferiorem antevertat.*

121. *Illuſtratur exemplis.*

122. *Major ad minorem, Perſeus ad Philippum.*

123. *An ſubrogatus locum reſignatoris ſibi aſſignari petere poſſit* n.125.

124. *Surrogatum utitur privilegio ſurrogatoris.* Etiã *in præeminentia & honoribus. Quatenus hoc verum,* n. 128.& ſeqq.

126. *Pronuntiandum contra eum, qui tractat de damno vitando contra eum, qui tractat de lucro,* n.127.

135. *Quatenus verum ſit, Majorem honorem eſſe ſequi quàm præcedere,* & 136.

137. *Præequitare,* vorreiten/ *ſuperioritatis ſignũ eſt.*

138. *Locus manus dextræ facit præſumptionem majoritatis.*

139. *Medius locus dignior eſt, ſi plures ſint qui ambulent.*

140. *Quod apud* Numidas, Romanos, Hebræos *&c. ita obſervatum fuit,* n.141.

142. *Maximus honor eſt, ſi quis abſq; pare incomitatus eat.*

143. *Conſuetudo tamen regionis imprimis obſervanda eſt.*

144. *In Germania paſſim medius locus pro digniore habetur.*

145. Noribergæ *non medius ſed ſuperior locus dignior.*

146. *Apud* Turcas *ſiniſtrum latus dignius habetur.*

148. *In* Italia, Anglia *&* Auguſtæ Vindelicorũ *locus juxta murum vel parietem digniori conceditur,* n.149.

150. *Genuenſes uxoribus dextram relinquunt, & quare.*

151. *Signum majoris dignitatis altiori loco ſedere.*

152. *Satius eſt Carthaginis primum, quàm Romæ ſecundum locum habere.*

153. *Si-*

Digitized by Google

153. *Signum majoris dignitatis ad dextram Principis ſedere.*

155. *Apud Romanos ſiniſtra erat dignior ratione melioris auſpicii.*

156. *Quid apud Hebræos.*

157. *Petrus quare pingatur à ſiniſtris, Paulus autem à dextris.*

158. *Chriſtus quare ſedeat ad dextram patris remiſſivè.*

159. *Primus locus à ſiniſtra eſt honorificentior ſecundo à dextra.*

160. *Major dignitas eſt propinquiorem apud Principem locum tenere.*

161. *Altior locus dicitur, qui Domino proximior eſt.*

162. *Qui Principi vicinus de ejus qualitate participat.*

163. *Summus locus eſt in medio menſæ ſedere.*

164. *Hæc in ſeſſionibus obſervanda eſt.*

165. *Conſuetudinis in jure præcedentiæ vis maxima.*

166. & ſeq.

168. *Conſuetudo decem annis præſcribitur.*

169. *Acquiritur etiam poſſeſſio præcedentiæ per 2. vel 3. actus.*

170. *Verbum* Conſuevit *in noſtris terminis plures actus requirit.*

171. *Per unicum actum acquiritur poſſeſſio juriſdictionis.*

172. *Ius depaſcendi in paſcuis.*

173. *Ius ducendi aquam ex alieno rivo.*

174. *Ius decimandi.*

175. *Ius præſentationis.*

176. *Ius ſeſſuræ & præcedentiæ.*

 178. Niſi

178. *Niſi actus factus fuerit ex gratia.*

179. *Actus gratioſus in dubio non præſumitur.*

180. *Ius ſeſſionis eſt jus perſonale.*

181. *Ius ſeſſionis ſolo animo retinetur.*

182. *Quid requiratur, ut per unum vel plures actus acquiri poſſit*, n.182.

Caput X.

De ſignis, & præſumptionibus majoris nobilitatis.

IN puncto præcedentiæ ſupra generalem dedimus regulam, nempe ſecundùm gradus prærogativam jus *προεδρίας* cōcedendum eſſe, & dignioribus digniorem locum deberi, reſtant nunc duo, quæ adhuc conſideranda veniunt, quorum primum eſt, quænam perſona ſit dignior, alterum, quis locus dignior ſit.

1 Primum quod attinet, alii † digniorem definiunt, quæ cæteris præfertur, *Rota Rom. deciſ.* 518. *n.*3. *part.*3. *in noviſſ. Natta conſ.* 576. *n.* 1. *tom.*3. præfertur autem & primus dicitur, quem nemo præcedit, *l. qui duos*, 9. *in fine pr ff. de reb. dub. Decian. reſp.* 1. *num.* 11. *vol.* 1. *Hipp. Ri-*

2 *minald. conſ.* 610. *num.* 88. *lib.* 6. Alii † arbitrio judicis committunt, quænam perſona ſit dignior vel nobilior, *Nic. In trigliol. de ſubſtit. cent.* 3. *quæſt.* 65. *n* 33. *Ant. de Petra de fideicommiſſ. quæſt.* 11. *num.* 164. *verſ. circa primum.* Quorum tamen illi Geometrarum more committunt Elenchū petitionis principii, hi cauſas iſtius arbitrii non aperiunt, & felix qui dignitatum poterit cognoſcere cauſas. Ideoque ad majorem evidentiam quædam *ἀμφιβαμίλλητα* progymnaſmata, ſecundùm quę hoc arbitrium regulari poſſit, breviter ſubjiciemus.

I.

Quamvis regulariter & *ἐπὶ τὸ πλεῖστον* dignioribus dignior

dignior locus tribui debeat, ſit tamen aliquando, ut † qui heri ſaltem dignus erat, hodie habeatur pro di- 3
gniore, cras pro digniſſimo, quia major † & dignior 4
etiam dicitur reſpectu honoris & prælationis, *Bero in rubr. de off. deleg. n.* 43. *Gratian. tom.* 1. *diſcept. c.* 111. *n.* 68. *Boer. deciſ.* 286. *n.* 8. Nec obſtat, † quod una & eadem 5
res vel perſona cenſeri non debeat diverſi juris, *l. eum qui ædes.* 23 *ff. de Vſucap.* Weſenb. *conſ.* 40. *nu.* 18 *part.* 1. Hæc enim regula procedit primo † in actibus, quæ 6
reſpiciunt unum tempus, ſecus ſi diverſa tempora reſpiciant, *l. centurio. & ibi Socin. Iun. n.* 263. *ff. de vulg. & pup. Fachina. libr.* 10. *controv. c.* 23. *circa fin.* Secundò † 7
non procedit, ſtante diverſitate rationis, *Alexan. Raudenſ. de Analog. c.* 15. *n.* 324. tertiò † ob diverſos reſpe- 8
ctus hoc conceditur, & admittitur conſideratio duplicis juris, etiam in eadem perſona, cum uno caſu poſſit eſſe major & dignior, & in alio minor, & minus digna, *Gratian. tom.* 1. *diſcept. for. c.* 111. *num.* 13. *Marzar. conſ.* 26. *n.* 54. *Menoch. conſ.* 902 *n.* 71. *lib.* 10. Quod duobus vel tribus exemplis, ut ſileam alia centena, oſtendi poteſt. Rex Hiſpaniæ † vel Daniæ licet in ſuis re- 9
gnis παμβασιλείαν habeant, totumque continens ſint, in Comitiis tamen Imperii, ubi diſputatur de prærogativa, non conſiderantur ut Reges, ſed ille ut Dux Burgundiæ, hic ut Dux Holſatiæ, ideoque extrinſeca illa Regis dignitas nullatenus ibi prodeſt, quia nihil pertinet ad jus Imperii, *per tradita Peregrini conſ.* 3. *nu.* 31. *lib.* 1. Sic Archi Epiſcopus † Moguntinenſis ha- 10
bens Canonicatum in Eccleſia Wurtzburgenſi vel Spirenſi extra Capitulum major eſt, hoc eſt, Archi-Epiſcopus, & alios antecellit, *c. poſtulaſti. & c. pen. ubi Panorm. in* 4. *notab de conceſſ præb.* In Capitulo verò, & actibus capitularibus, eſt minor, hoc eſt, Canonicus, & tanquam talis debet ſedere in loco, neque poteſt præcedere Epiſcopum capituli, *Menoch. de A. I. Q. caſ.* 68. *n.* 23. *Scaccias de Appellat. quæſt.* 8. *num.* 60. *verſ. ſecus tamen eſſet, Gratian, d. c.* 111. *n.* 14. Tamen habebit primum

mum locum poſt Decanum vel Epiſcopum capituli, *Abbas in c. poſtulaſti*, 15.*n.*7.*&* 9.*de conceſſ. præb. Grat. tom.* 1.*diſcept.c.*106.*nu.*9. Debet enim magis honorari propter ſuam dignitatem, quæ eſt à perſona inſeparabilis, *l.*1.*C. de conſulib. Menoch. conſ.*902.*num.*75.*lib.*10.

11 Sic Epiſcopus † ſi in Eccleſia eſt, & de rebus ſpiritualibus agitur, licet major patre ſit, *Caſſan. in Catal. glor. mund. part.*7.*conſid.*39. ſi tamen in domo patris eſt, & de rebus ipſis domeſticis agatur, minor eſt, & patri reverentiam debet, *Scaccias de appell. d. quæſt* 8.*n.*92. *verſ. confirmatur tertio. Hipp. Rimnald. conſ.* 351. *nu* 125.*Menoch. conſ.*258.*num.*68.*lib* 3. quod peregregia authoritate Tauri Philoſophi, *apud A. Gell. libr.* 2.*noct. Att. c.* 2. comprobatur.

12 Deniq; uno eodemque † tempore & momento perſonam diverſo jure cenſeri poſſe, exinde patet, ſi Imperator conveniatur, ut Archi Dux Auſtriæ, quia tunc in Camera conveniendus eſt, non ut Imp. ſed ut alius Archi Dux, *H Vultej. in l* 1 *num.*9. *C. ubi ſenat vel clariſſ.* Atque ita Impp. ſibi hiſce verbis mandaſſe conſtat, wir Carl / entbieten dir Carl Ertz-Hertzogen zu Oeſterreich / *ut adnotavit Gerlac. Buxtorff ad Aur. Bull.*

13 *concluſ.*64. *in fin.* quemadmodum Imperator † ſi ut Dux vel Comes actionem intentet, tunc æſtimabitur non aliter quam ſimplex Dux vel Comes, *juxta H Gabriel. conſ.*195.*num.*9.*lib.*2.*& Pacian. conſ.*149 *num.*89. *& ſeq.* ſequeturq; juxta regulam forum rei, *l.* 2. *&* 5.*C.*

14 *de jurid.* Cujus rei † præjudicia habemus in Carolo V. Imp. cum enim is, ut A. Auſtriæ Marchionem Badenſem ratione Lantgraviatus Suſenberg / convenire vellet, ipſum requiſivit ad nominandum ſibi vigore ordinationis Imperii Principes, *uti refertur in Anonymi cujuſdam obſervat. Cam. ante deciſ. Maril. impreſſis, obſ.*101. Ita extant *apud Chriſt. Bart. in ſent. Cam. tom.* 2.*A.*1535.17.*Septemb. & tom.*3.*An.*1554.20.*April. &c.*

II.

15 Dignior eſt † & præferendus quilibet etiam minimus

Digitized by Google

nimus in ſuo territorio, *gloſſ. in l. apud. ff. de manumiſſ. Caſſana. in Catal. glor. mund. part. 4. conſid. 22. Rainer. ſingul.* 288. *Petr. de Ravenn. ſingul.* 299. Æquum enim eſt quemq; domi ſuæ principem locum obtinere, *Bodin. l. 1. de Repub. c. 7 fol.* 110. *Flam. de Rube. conſ. 65. n.* 133. *vol.* 2. tum quia Planeta in cœleſti ſigno, ubi domicilium habet, exiſtens, fortitudinem ſuam demonſtrat. Cujus rei lepidum exemplum † legitur de Barone à Krenckingẽ, qui in libero ſuo ceſpite Friderico 16
I. Cæſari tranſeunti vix adſurgere volebat, *apud Cruſ. part. 2. annal Suev. lib. 11. c. 18. & recenſet* Knichen *de veſtitur. pact. c. 5. n. 150. part.* 2. Idq; adeò obtinet, † 17
ut etiam quilibet Princeps in domo cujuſcunq; vilis perſonæ debeat ei cedere, *Decian. reſp. 67. n. 13. vol.* 2. ubi n. 14. refert Apologum † Richardi III. Re- 18
gis Angliæ, qui cum caſu in domo cujuſdam Ruſtici pernoctaret, & manus lavare recuſaret, Ruſticus ipſi impegit alapam hoc doctrinali addito; An neſcis, quod quilibet ſit Rex in domo ſua? Quam fabulam etiam recẽſent *Panorm. in c. venerabilem. de elect. & elect. pot. Ant. Corſet. de poteſt. reg. part. 3. n 4. Scaccias de judic. l. 1. c. 40. n. 6. verſ. inſurg. Vivius deciſ 46. n. 14. l. 1. Flam. de Rube. d. conſ. 65. n. 133. vol. 2.*

III.

Dignior eſt † & præferendus, qui in nobiliores 19
dominatum habet, *Novell. 15. in fin. præfat. Nevizan. inter conſ. Bruni. 12. n. 58. Menoch. conſ. 126. n. 15. in fin. libr. 2. Cephal conſ. 615. n. 3 lib. 5. Natta. conſ. 637. n. 35. tom. 3.* & illuſtrioribus † leges præſcribit *Scipio Ammi- 20
rat. lib. 2. diſc polit. c.* 8. Eò enim † quis exiſtimatur no- 21
bilior, quò nobilius habet ſubjectum, *Capyc. deciſ. 27. n. 23. in addit. Sim. Piſt. conſ. 18. n. 17. vol. 1.* cũ ex dignitate ſubditorum dignitatis præeminẽtia dignoſcatur, *Marz. conſ. 26. n. 63. & ſeq. Mod. Piſt. conſ. 51. n. 36. vol.* Neque n. regiæ dignitatis eſt, imperiũ in mendicos exercere ſed in opulentos potiꝰ ac felices, *Thomas Morus lib. 1. Vtopia. p.* 103. Quod Maximilianus † I. ejuſq; nepos 22

Carolus V.

Carolus V. Imp. ad oſtentandam præ cæteris Regibus præeminentiam jactare ſolebant, ſe eſſe Reges Regum. Regem Hiſpaniæ hominum, & Galliæ Regem aſinorum, *Caſpar. Ens in theſaur. polit. part. 3. apoteleſm. 63. de auct. & poteſt. Reg. Hiſp.* Unde etiam proverbiũ di-
24 manavit, † Que le Roy de France eſt le Roy des beſtes, à cauſe de la grande facilitè du peuple François, qui ſe laiſſe emmener par le nez comme les beſtes, *Norderman. de jur. principat. concl. 9. lit. a.* Quo etiam pertinet,
25 quod ſcribunt † *Florimond. Raymond de la naiſſance de l'hereſie lib. 7. c. 2. n. 3. & Pierre Bonfons lib. 1. des antiquit. de Pariſ. c. 5.* Regem Galliæ portare titulum non ſolum Roy de France, ſed etiam Roy des François idq; de aliis Regibus dici non poſſe, Unde.

Tels que ſeront les Rois, tels ſeront les ſubjects.
Car les Roys ſont touſioues des peuples les objects.

Quæ autem hactenus de dignitate ſubditorum di-
26 ximus, cæteris paribus † intelligenda ſunt, *Cravett. conſ. 952. n. 33. part. 6.* nec enim potentia & nobilitas ſubditorum per ſe tollunt prærogativam temporis, *Natta conſ. 638. n. 48. tom. 3.*

IV.

27 Dignior eſt, † & in honoribus præferendus ſenior juniori, *l. 3. § præſes. 15. ff. de mun. & hon. Decian. reſp. 21. n. 60. vol. 1. Riminald. Iun. conſ. 740. n. 9. & ſeqq. Iaſon. conſ. 192. n. 1. & ſeqq. vol. 2.* ſine controverſia, contradictione, & indignatione juſta, *ut ait Cothm. conſ. 25.*
28 *n. 9. vol. 5.* Idq; in omni jure † & omni materia catholicũ, *ut ait Tiraq. de jur. primigen. in præfat. n. 217. Peregr.*
29 *conſ. 84. n. 35. lib. 1.* Et cũ primis † inter Nobiles, Duces ſeu Principes, *Iacob. Aleman. conſult. 7. fol. 316. Sim. Piſtor. conſ., 18. n. 3. verſ. præcedentia. vol. 1.* Etiam in ordine aurei Velleris, *Seb. Munſt. l. 3. Coſmogr. c. 204. art. 17.* Ibi. vnd vnter denſelben auch der Elter im Orden den
30 vorſitz haben / tum v. maximè † inter dignatione pariles, vel ſi cætera ſunt paria, *Knichen. de Sax. non prov. jure verb. Ducum. c. 2. n. 105. Menoch. conſ. 126. n. 21. l. 2.*

Si

Si enim junior † prius fuerit adeptus dignitatem, 31
tunc in prælatione magis attenditur prioritas dignitatis, *poſt gloſſ. Natta conſ.* 638. *num.* 16. *tom.* 3. *per l. unicuiq; C. de prox. ſacr. ſcrin.* vel ſi poſterior † dignitas 32
conſuetudine aut privilegio major æſtimetur, tum poſterior in dignitate anteferendus, *Hipp. Riminald. conſ.* 95. *num.* 64. *lib.* 1. *Cravett. conſ.* 986. *n.* 36. *part.* 6.

V.

Dignior eſt, † & præferendus, qui dignitatem à 33
majori accepit, *Peregrin. conſ.* 3. *n.* 34. *vol.* 2. *Farinac. conſ. crim.* 94. *num.* 9. *lib.* 1. *Burſat. conſ.* 343. *n.* 10. *libr.* 4. *Cravett. conſ.* 982. *num.* 6. *part.* 6. *vide ſupra c.* 2. *n.* licet
poſterius † dignitatem conſequutus fuerit, *Ant. Tri-* 34
gona ſingul. 117. *num.* 2. *Peregrin. conſ.* 84. *n.* 21. *lib.* 1. *Natta conſ* 637. *num.* 15. *tom.* 3. quod tamen cum hac mica
ſalis accipiendum, ut tum demum † donatus digni- 35
tate à ſuperiore præferatur, cum termini ubique ſint pares, *Menoch. conſ.* 126. *num.* 34. *verſ. Reſpondeo, libr.* 2. Ita videmus Angliæ aut Hiſpaniæ Reges ad jus à Cæſare vel Pontifice non habere, ſed eos ſibi populi Reges cõſtituerunt; Cedentné ergo ii Bohemo aut Neapolitano regi, qui à Cæſare, vel à Pontifice ea dignitate ſunt cohoneſtati? Neutiquam.

VI.

Dignior eſt, † & præferendus is, qui plures habet 36
dignitates, unâ ſolùm gaudenti, *Cravett. conſ.* 982. *nu.* 4 *&* 6. *Natta conſ.* 638. *num.* 16. *Port. Imolenſ. conſ.* 167. *num.* 80 83. *Decian. reſp.* 7. *n.* 50. *lib.* 3. *Menoch. conſ.* 902. *num.* 65. *& ſeqq. lib.* 10. ubi 20. Dd. in hanc ſententiam citat, *Panciroll. conſ.* 157. *num.* 7. *& ſeq.* qui omnes interrogati reſponderunt, Ducem Ferrarię ob plures dignitates eſſe præferendum Duci Florentiæ, juxta illud Propertii, *lib.* 2.

Na! melius duo defendunt retinacula navem.

Quod allegat. Zaſius conſ. 2. *n.* 12. *lib.* 2. Unde Marchio
† & Comes ſimul, Marchionem ſimplicem ſeſſura 37
antevertit, *Lancellott. in templ. omn. jud. lib.* 1. *c.* 6. *num.* 5.

Decian.

*Decian.reſp.*19.*n* 211.*& ſeq.libr.*1. Ut & Comes & Ba-
38 ro † Comitem ſimplicem, *Bald.in l ſed & milites, in pr ff.de Exenſ.tut. Freccia de author. & poteſt. Baron.tit. quis,dic.Comes.n.*45.*lib.*2.*Cravett.conſ.*982.*num.*4.*p.*6.
39 Dignitas † enim dignitati addita auget dignitatem, ſicut pulchræ virginis pulchritudo augetur à gemmis, *ut ait Natta conſ.*638.*num.*16.*tom.*3. Et plurium dignitatum, vel titulorum concurſus prærogativam expoſcit. *Peregrin.conſ.*3.*n.*29.*lib.*2.*Decian.reſp.* 50. *num.*31. *vel* 4.*Ioan.Franc.de Ponte conſ.*14. *num.*43.*&* 55. Non
40 tamen † ſimpliciter & abſolutè ex titulorum ſplendore & multitudine Majeſtas eſt dijudicanda, *Scipio*
41 *Ammirat.lib.*1.*diſcurſ.*1. Non enim † facienda eſt vis in nomine, ſed in regiminis qualitate, & magnitudine poteſtatis, *Natta conſ.* 608 *nu.*7.*tom.*3. *Bald. conſ.*328. *verſ.quo ad quintum. libr.* 1. quod illuſtratur eleganti
42 Coſmi Florentini Ducis apophthegmate. † A un Principe, inquit, non conviene ambire l'excellenza di titoli ſopra gli altri, mà che deve contentarſi della poſſanza in vece di titulo, *quod refert* Chriſt. *Beſold.libr.*1. *pol.c.*4.*num.*7. Quapropter ſupra dictum dogma ita in-
43 telligendum, ſi ſc. † dignitates junctæ unâ ſola ſint majores, *Menoch.conſ.*902.*num.* 68.*& ſeq.libr.*10. Ob
44 pluralitatem † enim dignitatum quis non præfertur, ſi nulla per ſe ſit ſufficiens ad præcedendum, *Ioan.Staphila tr.de literis gratia,c.fin.n.*12.*Romanus conſ.* 333.*n.*
45 7.*Peregrin.conſ.*3.*n.*41.*part.* 1. Unde † habens plura regna exigua, vel plures Ducatus tenues, non præfertur habenti regnum vel Ducatum magnum, *ut reſpon-*
56 *dit Marzar.conſ.*26.*n.*63. Secundò † procedit, quando iſta jura concurrunt copulativè in eandem perſonam, ſecus ſi electivè, *Ioan.Fichard.conſ.*77.*n.*17.*tom.*1. puta, ſi Comes etiam de principatu fuiſſet inveſtitus, ita ut Comitatum & Principatum ſimul teneret, non verò ſi ad ejus ſtatum priorem nihil accederet, ſed idem ſtatus tantùm ad ſublimiorem dignitatem exaltaretur.

VII.

Digitized by Google

VII.

Dignior eſt † & præferendus, qui potentiorem
Ducatum vel Principatum habet, *Fichard. conſ. 77. n.* 47
15. tom. 1. Knichen. de Sax. non prov. jur. verb. Ducum c.
2. n. 42. & ſeq. ubi tamen ait, quod hoc † in Electo 48
riis familiis non procedat. Hinc Salomon † *Prov.* 49
c. 14. verſ. 28. ait, wo ein König viel Volcks hat/ das
iſt ſeine Herꝛligkeit/ wo aber wenig Volcks iſt / das
machet einen Herꝛen blöde. Hinc etiam eſt quod Ne-
ſtor *lib. 9. Iliados* de Achille loquens apud Homerum
ſic ait:

Qui tu pluribus imperas, populosq; regis,
Tibi ſceptra ferenda Iuppiter ipſe dedit,
Qui dubius omnibus eſſes, conſiliisq; Dux & Rex.

Quod tamen non abſolutè verum, ſed reſpectivè,
& cæteris paribus intelligendum eſt, nec enim jura
Majeſtatis locorum ſpatiis † aut regionum amplitu- 50
dine, *Bodinus lib. 1. de Rep. c. 9. p. 224.* (aliâs ſanè hodie
nulli ſumma deferri poteſtas poſſet, præterquam ſoli
Hiſpaniarum Regi, cujus imperium † iiſdem re
gionibus, quibus ſolis curſus definitur, & Imperio 51
Turcarum declupo majus eſt, ſi credimus Bodino, *lib.*
2. de Repub. c. 2.) Sed regiminis † qualitate, & pote- 52
ſtatis magnitudine definiuntur, *ut ſupra ex Natta con-*
ſil. 608. n. 7. diximus, quapropter uter quis vocetur Rex
vel Dux, nihil ad Rhombum, *ut ait Bald. conſ. 228. n. 6.*
verſ Item utrum. Neq; bona † conſequentia eſt, *ut*
ait Menoch. conſ. 36. n. 51. lib. 1. Eſt potentius: Ergo di- 53
gnius. Quapropter licet † Regis ditio unius ſcopuli 54
terminis finiatur, ſicuti de regno Ulyſſis dicit *Hora-*
tius, vel inſtar nidi fuerit, ut ait *Cicero*, æque tamen ſum-
ma majeſtate & poteſtate gaudere poteſt; qua poten-
tiſſimus Monarcha, ſi non *extenſivè*, tamen *intenſivè*,
ſi Scholaſticè loqui fas eſt. Ita inter Helvetiorum † 55
civitates Tigurini cæteris dignitate priores ſunt, ta-
metſi Bernates opibus & Imperii finibus potentiores
habeantur, *Bodin. lib. 1. de Repub. c. 9. p. 225.* Eâdem in-

Q dole

56 dole † Eumenes Rex Pergami fractis opibus nihil præter arcē, in qua obſidebatur, ſuum dicere poterat, cum tamen de pace ageretur cum Antigono Aſiæ Rege, qui ut potentia, ſic etiam dignitate ſuperior videri vellet, legatis Antigoni reſpondit ſuperiorem ſe neminem accepturum, quamdiu gladium exertum manu teneret, *quod ex Plutarch. in Eumen refert Bodin. d.c.9. de Repub.p.*224. Et rectè, plus enim † & minus non
57 conſtituunt diverſitatem ſpecificam, ut docent Logicorum Scholæ.

IIX.

58 Dignior eſt † & præferendus, qui majorem juriſdictionem habet, quia majoritas juriſdictionis arguit majoritatem dignitatis & præeminentiæ, *Gondiſſalv. de Villadiego de legat part.* 1.*quaſt.* 9.*num.* 59. *Decius conſ.* 162.*n.*2 *in fin. Fichard.conſ.*77.*n.*14.*tom.*1. Hinc Saluſtius *in proem. de conjurat. Catilina* ita ſcribit, maximam gloriam in maximo imperio putavêre. At illud abſolu-
59 tè † verum non eſt, *ut putat Gratian.tom.*1. *diſcept.for.*
60 *c.*111.*num.*82.*& ſeq.* Sed tantùm † in ipſo actu juriſdictionis, & quo ad juriſdictionalia, *Purpurat. in l.* 1.*num.*200.*de off.ejus. Boer. de auctor. magn. conſil. n.*72. *& ſeqq. Ripa lib.*1.*reſp.c.*23.*num.* 14. *Menoch.conſ.* 257.
61 *num.*59.*tom.*3. Tum demum ergo † majoritas adminiſtrationis reddit quem digniorem, cum cæteræ qualitates pares ſunt, ſecus ſi aliæ adverſus adminiſtrationis & juriſdictionis majoritatem extant qualitates majores & excelſiores, *Pertius conſ.* 167.*n.* 101. *Menoch.conſ.*51.*num.*56.*lib.*1. utpote ſi majoritas tempore poſterior ſit, *Natta conſ.* 637.*numer.* 36.*& ſeq. tom.*3.

IX.

62 Dignior eſt † & præferendus, qui prius dignitatem nobilem nactus eſt, *Cravett.conſ.*982.*n.*2. *Marzar. conſ.*26.*num.*11. *Portius conſ.*167.*n.* 54. *Natta conſ.*637. *num.*37.*& ſeqq. Menoch.conſ.*257.*n.*16. *Gigas conſ.* 70.
63 *num.*76. Quamvis † ſit annis junior, *Iaſon. conſ.*192. *num.*

Digitized by Google

*num.*15.*vol.*2. In dignitatibus † enim & honoribus 64
maximè verum eſt illud, qui prior tempore potior jure, *Fr. Marci deciſ.*806 *num.*1.*tom.*1.*Cephal. conſ.*615.*n.* 31.*& ſeqq. libr.*5.*Cothman.conſ.*95. *num.* 18. *cum ſeqq. vol.*2. Et hac ratione Campani, Samnites facilè ſe priores eſſe paſſuros, ajunt, quod priores amici ſociiq; Romanis facti eſſent, ut ſicut vetuſtate, ita & gradu honoris præcederent, *referente Livio lib.*7. *hiſtor. Roman.* At hanc argumentationem pomum Eridis ſapere ait
† *Knich. de Sax. non prov. jure. verb. Ducum. c.*2.*nu.*44. 65
Si enim diſparitas † eſt in qualitate & eſſentia juris, 66
quo duo prætendunt, prioritas temporis nihil operatur, *Iaſon d.conſ.*192.*num.*18.*vol.*2. Et quoties † con- 67
certans in excellentiore & altiore dignitatis culmine conſtitutus eſt, fundamentum antiquioris notæ conſiderabile non cenſetur, temporisq; prærogativa ſummovetur, *Decian. reſp.*58.*n.*32.*& ſeqq. vol.*5. *Marzar. d. conſ.*26.*n.*54.*& ſeqq. vol* 5.*Ioan. Franc. de Ponte conſ.*14.
*n.*39.*& ſeqq. & n.*54. Tum ergo † temporis prioritas 68
attenditur, ſi dignitas parilis concurrat, non autem quando poſterior ſit excellentior & eminentior, *Gigas conſ* 70.*n.*79.*Fichard. conſ.*77.*num.*14.*tom.*1. Quod Impp. Theodoſius & Valentinus, *in L.*1.*C. de conſulib.* eleganter docent his verbis: quis enim, ajunt, in uno eodemq; genere dignitatis prior eſſe debuerat, niſi qui prior meruerat dignitatem? cum poſterior etiamſi ejuſdem honoris prætendat auſpicia, cedere tamen illius temporis conſuli debeat, quo ipſe non fuerit.

X.

Dignior eſt † & præferendus, qui prior ad ſub- 69
ſcribendum vel ſigillandum invitatur. Ordo enim † 70
ſcripturæ in prælationibus vel maximè attenditur, *Felin. c. cum dilecta.*22.*n.*4. *de reſcript. Gonzales var. quæſt.* 14.*num.*12.*Ioan. Franc. de Ponte conſ.* 14. *num.* 57. *cum ſeq Mod. Piſtor. conſ.*51.*n.*34. *vol.*1. Et argumentum ab
ordine † valet ad cognoſcendum, qualis perſona ſit 71
præferenda, *Boer. tr. de ord. grad. utriuſq; fori part.*2.*n.*24.

72 *Menoch.conſ.* 51.*num.*35.*libr.*1. quia eò † denotatur prioritas excellentiæ, dignitatis & majoritatis, ut prior nominatus cenſeatur dignior honorariq; magis debeat, *Decian.reſp.*19.*n.*223.*vol.*3. *Menoch. conſ.*902. *num.*18.*lib.*10. *Decius conſ.*161.*n.* 2. *verſ quinto.* Atta-
73 men hoc ſignum † veluti præpoſterationis & inconſiderantiæ ad poſſeſſionem vel quaſi ſeſſuræ in Comitiis adeptam accommodari vix poſſe docet *Knichen. de Sax.non prov.jur.verb.Ducum.c.*2.*n.*119. *& ſeq.* neq;
74 argumentum † ex ordine titulorum ad majorem dignitatem valere probat *Fachin. libr.* 12. *controv. c.* 84. *verſ. quarto.* ubi enim conſtat de majori dignitate vel præcedentia, ordo ſcripturæ nullam illationem conciliat. Namq; † ut ait JCtus Paulus *in l.nec enim,*
75 6.*ff.de ſolut.* Nec ordo ſcripturę ſpectatur, ſed potius ex jure ſumitur, id quod agi videtur, *quod etiam docetur in l.cum pater.*77.§.*fidei.*12.*ff.de leg.*2. Quapropter ſubſiſtere † non poteſt, quod Johannes Fichardus *in conſ.*
76 77.*num.* 12.*tom.* 1. ſcribit, præcedentiam & ſeſſuram ex ſubſcriptionibus ſtatuum in Receſſibus Imperii,
77 des Reichs Abſchieden/ argui, repugnant enim † verba ipſorum Receſſuum, R. A. zu Augſpurg / *de Anno* 1555. §. Es ſoll auch die Seſſion. Ibi, Es ſoll auch die Subſcription zu ende dieſes Abſchiedes geſchehen einem jeden an ſeinem hergebrachten Gebrauch unnd Gerechtigkeit gantz unnachtheilich und unvorgreifflich ſein. Quamvis aliâs limitari ita poſſet, niſi † ſub-
78 ſcriptio ex decreto publico facta eſſet, tum enim prælationem & prærogativam argueret, ut non malè docet *Decian.reſp.*21.*n.*80.*vol.*1.

XI.

79 Dignior eſt † & præferendus, qui altero eſt ditior, *Menoch.conſ.*126.*n.*26.*tom.*3. *Cephal.conſ.*615.*n.*137. *lib.*5. divitiæ enim & dignitates alicubi æquiparantur.
80 *in l.*1.*ff.de cuſtod.reor.* Et propterea † Ducem Mediolanenſem cæteris anteferri, quod ditiorem & opulentiorem Ducatum obtineat, ſcribit *Caſſana. in Catal. glor.*

Digitized by Google

glor. mund. part. 10. conſid. 58. Cujus ea eſt ratio, † quod 81
ſicuti propter paupertatem dignitas ſordeſcit, & familiæ ſplendor obſcuratur, *Alex. Trentacinq. lib. 1. var. reſol. 1. de ſtatutis, num. 3. verſ. minor. Pruckman. conſ. 22. num. 142. vol. 1. Fr. Monald. conſ. 13. n. 5. vol. 2.* Ita è contra † ob divitias illuſtratur magis ac magis ſplendeſcit dignitas, *Covagnol. deciſ. 51. n. 54. libr. 2. Iaſon. conſ. 133. num. 13. vol. 4. Socin. Sen. conſ. 26. n. 8. vol. 4.* Quod tamen non ἀκριβῶς, ſed ita † intelligendum eſt, ſi Candidati hujus gloriæ in pari ſtatu ſint, *Peregrin. conſ. 3. num. 53. lib. 2. Cravett. conſ. 981. n. 33. tom. 6.* nec enim divitiæ † tollunt prærogativam temporis, *Natta conſ. 638. num. 49. tom. 3.* Et cui ſatis pecuniæ in qua decus, ornamentumq; dignitatis ſuæ enutriat, quid ei rerum copia abeſt? Satis habet, qui benè vitam colat, ait Plautus.

82 (margin)
83 (margin)
84 (margin)

XII.

Dignior eſt, † & præferendus, qui ratione naturalis originis eſt de meliore & nobiliore ſtemmate, *Boer. de grad. utriusq; fori. part. 1. n. 6. Colerus conſ. 33. nu. 64. Hier. Gigas conſ. 69. n. 74 & ſeqq. Natta conſ. 637. num. 7. & ſeq. tom. 3.* Unde mulier nobilis, † quæ habet nobilitatem ab origine, præferenda eſt mulieri, quæ talem habet à marito, *per. l. ſed ſi hac, §. ſemper ff. de in jus voc. Ioan. Piccard. conſ. 52. num. 123. lib. 1. conſil. Menoch.* Quod tamen procedit † ratione pari à cæteris interveniente, *Fichard. conſ. 77. num. 17. tom. 1. Cravett. conſ. 982. n. 4. part. 6.* & ubi duo æquales ſunt dignitate, *Natta conſ. 638. n. 28. tom. 3.* Æquales autem † dignitate dici non poſſunt, ubi alter majori fruitur prærogativa, *l. verum. §. fin. ff. de minor.* 85 86 87 88

XIII.

Dignior eſt, † & præferendus, qui non ſolum habet patrem, avum, proavum, *Natta conſ. 637. num. 17. tom. 3.* Sed etiam matrem, aviam, proaviam nobiles, *Decian. reſp. 19. num. 237. vol. 3. Cravett. conſ. 982. n. 5. part. 6. Cephal. conſ. 615. num. 63 & ſeq. lib. 5.* Nam etſi † 89 90

Q 3 quis

quis non dicatur nobilis reſpectu generis materni, loquendo ſimpliciter & præcisè, ſecundùm quid tamen dubium non eſt, quin omne compoſitum participet de forma & materia, *Bon. de Curtili tr. Nobil. part. 4. nu. 29. Tiraquell. de Nobil. c. 18. n. 26. & ſeqq. Ioh. Lupus in*
91 *rubr. de don. inter vir. & ux §. 32. num.* 4. tum etiam, † cum inter duos dignitate æquales cauſa honoris tractatur, ubi aliquid etiam parvi momenti adjicitur in alteram partem, id præponderat, & efficit, ut id cui adjicitur præferatur, *arg. l. in albo. C. de Decur. Natta d. conſ. 637. n. 18. in fin. tom. 3.*

XIV.

92 Dignior eſt † & præferendus, qui dignitatis titulum cum poſſeſſione vel adminiſtratione conſecutus eſt, illi, qui ſolum titulum & nudum nomen obtinuit. *Menoch. de A. I. Q. caſ. 48. num. 13. Iaſon. conſ. 192. n. 16. vol. 2. Ruin. conſ. 19. num. 9. lib. 1. Natta conſ. 638. num. 6. tom. 3.* qui fortius affirmant, hunc, qui poſſeſſionem prius adeptus eſt, præferri alteri, etiamſi is priore loco
93 ad dignitatem electus fuiſſet. Nec refert, † an hodie poſſideat, vel olim poſſederit, *Rebuff. tr. de pacific. poſſeſſ.*
94 *num. 373. Menoch d. caſ. 48. nu. 14.* modo † capta eſſet poſſeſſio in vim illius tituli, *Cravett. conſ. 171. n. 12. part. 1.*

XV.

95 Dignior eſt † & præferendus alteri, qui ei imperare, inq; eum jus dicere poteſt, *ut reſponderunt Decius conſ. 161. nu. 2. verſ ſexto iſta, Menoch. conſ. 902. num. 63.*
96 *lib.* 10. Unde filius, † quatenus Magiſtratum gerit, dignior eſt patre. Ejus rei extat egregium exemplum in Fabio Proconſule & patre: cum enim Fabius Max. is qui Cunctator eſt appellatus, equo vectus ad conſulē, filium accederet, ab eo deſcendere juſſus eſt, qui etiam equo deſcendit, ut filium debito honore afficeret, cujus rei meminêre *Valer. Max lib. 2. c. 1. Plutarch. in vita*
97 *Fabii Max. A Gell. lib. 2. noct. att. c. 2.* filius enim † in publicis cauſis & muneribus, veluti quando Magiſtratum

Digitized by Google

tum gerit, habetur loco patrisfam. *l. filiusf. 9. ff. de his qui ſunt ſui vel al. jur. l. nam quod 14. ff. ad SC. Trebell. l. quippe, 78. ff. de judic.* Sed & patrem cogere poteſt, *l. ille à quo, 13. § fin ff. ad SC. Trebell.* Quod cum † ignoraret 98
Laurentius Celſi Venetorum Ducis pater, filio recens creato, obviam ire recuſavit, ne filio cogeretur caput aperire, & patriam poteſtatem vilem facere, *Volaterr. lib. 4. Geograph.*

XVI.

Dignior eſt, † qui dignitatem ſuo jure obtinet, 99
quàm qui alieno, & ideò præferendus, *Natta. conſ. 179. n. 8. tom. 1. Cravett. conſ. 982. n. 23. Menoch. conſ. 257. n. 18. & ſeq. tom. 3.* quia dignitatem † ex natura habet, 100
alter vero ex accidenti & privilegio, *Peregrin. conſ. 3. n. 10. & 64. l. 2. Panciroll conſ. 5. num. 37. Portius conſ. 167.* 101
n. 94. vol. 4 Ubi autem † concurrunt natura & accidens, natura præfertur, *Tiraquell. de utroq; retract. § 30. gl. 1. n. 26. Menoch. conſ. 51. n. 28. vol. 1. Ruin. conſ. 59. n. 11. lib. 3.*

XVII.

Dignior eſt † & præferendus, quem ſtylus curiæ, 102
Menoch. conſ. 51. n. 36. lib. 1. vel communis † hominũ 103
exiſtimatio præferendum eſſe exiſtimat, *Boer tr. de auctor. magn. concil. quæſt. 286. n. 8. Menoch. conſ. 126. n. 20. lib. 2.* vel qui † pro veteri more & conſuetudine ita 104
habitus eſt, *Menoch. conſ. 277. n. 36. vol. 3.* tum quia ſtylus curiæ pro lege habetur, *Hipp. de Marſil ſingul. 118. n. 1. Teſſ. deciſ. 1. n. 9. G. de Cabedo deciſ. 211. n. 5. p. 1.* tum quia cõmunis † hominum reputatio in materia præceden- 105
tiæ multum operatur, *Gratian. tom. 1. diſcept. for. c. 111. n. 74. Boer. deciſ. 286. n. 8. verſ. Item illa eſt major.* & illa dignitas dicitur † quæ communiter reputatur in 106
loco, *Cavalcan. deciſ. 41. n. 23. lib. 1. Vinc. Hondeda conſ. 87. n. 61. vol. 2. Flam. de Rubeis conſ. 65. num. 107. vol. 2.* faciunt quæ notavimus infra *cap. 20. num. 77. & ſeqq.*

XIIX.

Dignior eſt te, † qui præfertur illi, cui tu prærogati- 107

vam debes, *Menoch. conſ.* 126. *n.* 25. *lib.* 2. per regulam † Si vinco vincentem te multò magis te vinco, *l. de acceſſionib. ff. de diverſ. & temp. praſcr. Hier à Laurent. deciſ. Aven* 149. *n.* 7. *Ioſ. Ludovic. deciſ. Lucenſ.* 14. *nu.* 13.
108 *tom. poſter.* Niſi adſit † diverſa ratio vincendi, *Guttieretz. lib.* 5. *pract quaſt.* 99. *n.* 25. *Cavarruv. lib.* 1. *var. re-*
109 *ſol. c.* 7. *n.* 3. vel adſint † diverſa jura, *Rota Bononienſ.*
110 *deciſ.* 57. *n.* 50. *& ſeq.* vel virtus, † quæ viget in vincente, non concurrat in vincente illo, quem tu vincis. *Cagnol. in l. non debet. n.* 14. *ff. de R. I. Flam de Rube. conſ.* 76. *num.* 34. *vol.* 2.

111 XIX.

Dignior eſt, † & præferendus, qui majores labores Reipub. cauſa ſuſtinet, *l. unicuiq. in pr. C. de prox. ſacr. ſcrin. l.* 2. *C. de off. magiſtr. off. Boer de auctor. magn. conſil. num.* 145. dignius enim putatur, ex quo in publicum major prodit utilitas, *tex. in l. utilitas. C. de primipul. lib.*
112 1. *ad fin. C. de caduc. toll. Burſat. conſ.* 343. *n.* 11. *Peregrin. conſ.* 3. *n.* 16. *lib.* 2. Quod tamen procedit † cæteris paribus, ſecus verò quando aliqua extat cauſa & qualitas, quæ reddit digniorem eum, qui minus laboris ſuſtinet, *Menoch. conſ.* 902. *n.* 61. *lib.* 10.

XX.

113 Dignior eſt, † & præferendus is, cujus amicitia & confœderatio quæritur, quiq; Princeps Ligæ, Unionis, vel confœderationis eſt. Ideoq. Parthorum Legati, qui Meherdatem Roma petebant, cum vires ſuas Romanis æquales feciſſent, ſe tamen cedere per reverētiam dixerunt, *Tacitus l.* 12. *Annal. c.* 3. Polemo Rex Ponti inter ſocios ac fœderatos populi Romani aſſcriptus, ſtatim prima ſubſellia in theatris per totum ſuum regnum ſenatoribus Romanis tribuit, *ut refert Dio lib.* 53. *hiſtor.* Et Vologeſes Rex Parthorum, licet regnum illud invitis Romanis teneret, Cæſariſq; mādata, quibus Romam evocabatur, rideret, aliquando etiam Neroni reſcriberet: Tibi longè facilius eſt tam magnū mare tranſire quam mihi. *Dio lib.* 63. *hiſtor.* continua

tamen

Digitized by Google

tamen fœderis reverentia deterritus cedere poſtea voluit, *Tacitus lib.* 15. *Annal.* nec alia de cauſa Maſaniſſa, cum ad Scipionem ſe reciperet, primum locum concedere proteſtabatur, quàm quod ipſius amicitiam prius ambierit *teſte Livio lib.* 28. *hiſtor Rom.* quanquam aliâs in ſua quiſq; Repub. ſummus eſt & primus, primusq; locus ſuperiori conceſſus non extinguit majeſtatem, *Henn. Arniſ. lib.* 1. *de jurib. Majeſt. c.* 4. *num.* 3.

XXI.

Signum etiam † majoris dignitatis eſt ſeſſionem 114
occupare, ubi alii ſtare coguntur, ſedens enim honorari † magis quam aſtans dicitur, *H. Kirckner. lib.* 2. 115
de Legat. c. 5. *n.* 55. Quod etiam oſtendit Ovidius *in Metamorph.* de judicio ſuper armis Achilleis.

Conſedêre Duces, (inquit) & vulgi ſtante corona,

Et lib. 1. *Metamorph.*

——— Marmoreo ſuperi ſedêre receſſu,
Celſior ipſe loco. ———

Unde cum Stephanus † Rex Poloniæ Magnum 116
ſuum Cancellarium Zamoſchium, tunc temporis Caſtellanum ſublimare, & exaltare vellet, ipſi more majorum ſtanti, dixit, Faciam, ut brevi poſſis ſedere, *Duco di Paſcolo in aul. polit. regul.* 278. Ita Imperatoris † Ro- 117
mani Orator ſedendo apud Turcam perorat, ubi aliorum Regum & Principum legati ſtando legationem ſuam deponunt, *Warſewic in Orat. de Legat.* Quod jus
† barbari Cæſareo Oratori intervertere annixi ſunt, 118
cum Caroli V. Legatus peroraturus, invenire ſellam, qua reciperetur ſeſſum, in palatio nullam omninò poſſet, at ille ne ſibi jus antiquum pateretur eripi, pallio in nodos & ſcabelli uſum collecto, superſedit, & ex eo tanquam ex ſcamno oravit, quod cum expoſito mandato digrediens humi relinqueret, interrogatus à Mahometicis, cur pallium non tolleret? Callidè & feſtivè reſpondit, Suum Cæſarem non ſolere ſellas portare, *Warſewic de orat. Kirchner. de Legat. c.* 5 *num.* 63. *& ſeqq.*
Admodum ſolerter † quoq; Maximilianus I. Imp. 119

Digitized by Google

feciſſe legitur, quod cum fortè Regis Daniæ Legatus idem ſedendi jus in peroratione apud Cæſarem vindicari conaretur, ipſemet ſolio aſſurgens ſtãdo eum audierit; decori enim & pudoris cauſa cogebatur regius Orator eodem modo ſellam relinquere, & Imperatori ſtanti, aſtans mandatum exponere, *Lutherus* in ſeinen Tiſchreden / *Kirchner d.c.5.num.62.lib.2.*

XXII.

Signum etiam majoris dignitatis eſt, Si quis alium
120 præveniat, ut cum duo † Principes convenire debẽt, moris eſt, ut qui dignitate antecellit, primus ad conſtitutum locum concedat, *Knich. de Sax. non prov jur. verb. Ducum c.2.n.29.* quia honori defertur ut inferior ad eum veniat, *Arniſæus de jurib. Majeſt. lib 1.c.4.n.1.*
121 Ita Carolum † V. ad colloquium Franciſci I. Aquas mortuas venturum ſivit Rex primum appellere, *Sleida. lib.7.comm.* Clementem quoq; VII. Pontificem Carolus V. ex aliquo intervallo Bononiam ſecutus eſt, *Sleidan. d. lib.7. Guicciardin. lib.19. hiſtor.* ſicut Artabanus Rex Parthorum ad Germanicum ſcribebat, daturum honori ejus, ut ripam Euphratis ad eum accede-
122 ret, *Tacitus lib.2. Annal.* Et Q. Marcius † Philippus Rom. Legatus cum Perſeus, ne quid regia majeſtate indignum faceret, ad eum trans flumen accedere tergiverſaretur, Major, inquit, ad majorem, Perſeus ad Philippum, *Bodin. lib.1. de Repub. c.9.p.226.* quod licet Perſeus joco dictum intelligeret, ipſe enim parvæ ſtaturæ erat, Philippus verò longus, tamen non obſcurè apparet in alium ſenſum dictum fuiſſe.

XXIII.

123 Numerum claudat quæſtio, An is † qui alicui ſubrogatur, illius locum & ſtallum, (ut vocant) ſibi aſſignari petere poſſit? Videbatur dicendum per vulgatã
124 juris theoricam, quæ vult, ſurrogatum † uti natura & privilegio ſurrogatoris, *l.1.§. hac actio. 10. verſ. nam ſi ff. ſi is qui teſt. lib. Everh. in Topic. loco 122. n.1. & ſeqq.* etiam in præeminẽtia & honoribus, *Ant. Gabriel. lib.6. concluſ.2.*

concluſ. 2. num. 72. & ſeqq. de Reg. jur. cum alleg. Quæ tamen non obſtante huic ſubrogato poſtremum locum adjudicandum eſſe conſuluit † *Cothman. conſ. 95. n.* 125
8. *& ſeqq. per tot. vol. 2.* per rationem, quod † reliqui 126
de collegio, quibus diſceſſu reſignatoris jus gradatim aſcendendi quæſitum eſt, de vitando damno, & de conſervando intereſſe honoris, loci, atq; præeminentiæ adquiſitæ agant, & ſolliciti ſint, ſed reſignatarius lucro honoris, loci & præeminentię acquirendæ agat, *Fr. Marci deciſ. 806. n. 1. & ſeqq. Menoch. conſ. 257. n. 56. lib. 3.* Certum autem † eſt, ejus partes potiores eſſe, 127
qui de damno vitando certat *l. ſi minoris in fin. ff. de admin. tut.* tum etiam facienti actum conſervandi jus ſuum favendum eſt magis, quàm acquirere volenti *l. fin. C. de codicill. l. fin. §. ſi vero. C. de codicill.* Neq; obſtat vulgaris theorica. Nam ſurrogatum † ita demum na- 128
turã ejus, cui ſurrogatur, induere ſolet, ſi eademq; ſit utriuſq; qualitas, non ſi diverſa, *M. Mantua ſingul. 37. num. 3. Cravett. conſ. 982. n. 22. & ſeq. Alex. conſ. 106. n. 17. l. Bero conſ. 71. n. 42. vol. 1.* Deinde † ſi circa utrumq; 129
diverſus finis conſiderari poteſt, ſurrogatus non eſt res una eademq; cum illo cui ſurrogatur, *Decius conſ. 38. in fin. Cravett. conſ. 425. n. 108.* Tertiò † ſurrogatum 130
cenſetur eodem jure, quando ſurrogatio à lege fit, ſecus ſi ab homine, vel per hominem, *Socin. Sen. conſ. 93. n. 4. vol. 3. Cravett. d. conſ. 425. n. 110.* Quartò † fallit 131
ſupradicta theorica, ſi nõ aſſumitur ſeu ſubrogatur in qualitate naturali & primordiali, ſeu accidentali, *Portius conſ. 167. num. 8. vol. 4. Natta. conſ. 4. num. 4. tom. 1.* Quintò † ſurrogatio intelligenda eſt, ſalvo jure ter- 132
tii, *Cothman. conſ. 95. n. 45. vol. 2.* Sextò, † Surrogatus 133
ita honorari ſicut principalis debet, ſi ſubrogatus ſit non ab ipſo principali, ſed Principe, *poſt Felin. Ant. Gabriel. d. concluſ. 2. n. 72. de reg. jur. Gratian. tom. 2. diſcept. c. 284. n. 10.* quamvis jure id neget *Cravett. conſ. 425. num. 28.* Septimò † deniq; circa jus perſonale nihil 134
quidquam ſurrogatio valet, cùm ad ſucceſſiones non

ambu-

ambulet, *l. quia perſonale. ff. ſol. matr. Gravett. conſ.* 982. *n.* 27. *Iaſon. conſ.* 20. *n.* 11. *vol.* 1. Sed perſonale jus habetur, quod à facto pendet, ut quis cui præferatur, & aliũ ſedendo incedendové anteat, *Ruin. conſ.* 143. *num.* 19. *lib.* 5.

Atq; hactenus de primo hujus capitis membro, ſequitur alterum, quiſnam ſc. locus ſit dignior, de quo breviter & velo levato.

135 *In proceſſionibus* † quamvis major honor ſit ſequi quàm præcedere, *Hoſtiens in ſumm. de major. & obed.* id
136 tamen verum eſſe inter ipſos clericos, † quia ultimi ſunt digniores non inter laicos, teſtis eſt *Caſar. Lambertin. de jure patronat. quaſt.* 1. *princ. n.* 16. quod apparet maximè in præſtatione ſalvi conductus, ubi præequi-
137 tare, † vorꝛeiten/oder den vorzug haben im Geleit/ non ſolum præeminentiæ, ſed etiam ſuperioritatis infallibile ſignum eſt. *In deambulationibus*, † qui incedit à
138 dextris, dicitur honorabilior eo, qui incedit à ſiniſtris, *Gratian. tom.* 1. *diſcep. c.* 106. *n.* 40. *& ſeqq. Caſtald. tr. de Imperat. quaſt.* 21. *n.* 3. *& quaſt.* 66. *n.* 3. *quaſt.* 88. *n.* 7. *& ſeqq. Ioan. Staphila. tr. de grat. & expectativ. rubr. videndum. part.* 6. *princ. n.* 41. *Ant. Quetta. conſ.* 1. *num.* 4. & 14. Honos enim dextrum virtutis latus claudit, *ut ait Stephan. Vinand. Campens. Prodit. in pompa Equeſtr. fol.* 428. Si verò † plures ſunt, medius gradus erit dignior,
139 *Tholoſan. lib.* 6. *de Repub. c.* 10. *n.* 2. *Caſſana. in Cat. glor. mund. part.* 1. *conſid.* 13. & 15. quod etiam non obſcurè colligitur ex Horatii verſu.

——— *Nec tamen illi,*
Tu Comes exterior, ſi juſſerit, ire recuſes.

Ubi exterior palam eſt inhonoratior, ergo contrà interior, *ut explicat Iuſt. Lipſ. Epiſt.* 90. *in centur. ad Ital. & Hiſp.* Quod non ſolùm † ita apud Numidas, *teſte*
140 *Saluſtio in Iugurth. & retulit è noſtris Lucas de Penna in l.* 2. *C. de præfect. prætor.* Sed etiam † apud Romanos
141 obſervatum fuit, *Iuſt. Lipſ. lib.* 2. *Elector. c.* 2. *Tholoſ. d. lib.*
142 4. *c.* 10. *num.* 2. Magnus honor † fuit apud Hebræos, Ægyptios,

Ægyptios, Romanos, Africanos eſſe à dextra, major in medio Comitum ire, at maximus, ſi quis abſq; pare incomitatus ibat, *Petr. Matth. lib. 5. hiſt. Franc. de Henr. IV. narrat. 6. n. 2.* Extat apud Spartianũ locus Adriani Imp. dignus memoratu, qui cum ſervum ſuum inter duos Senatores medium ambulare vidiſſet, miſit qui ei colaphum daret, & diceret: Noli inter eos ambulare, quorum potes adhuc eſſe ſervus. Quamvis in hoc
† cujusque regionis conſuetudo ſit attendenda, præſertim, cum apud Germanos quot ferè oppida, tot in hac re reperiantur differentiæ, *Ruland. de commiſſar. lib. 7. c. 2. n. 12. part. 1.* Nam licet † in Germania paſſim medius locus pro digniori habeatur, Noribergæ tamen † non medius, ſed ſuperior locus dignior eſt. Apud Turcas † *teſte Auger. Busbeq. in Epiſt. legat. Turcic.* ſiniſtrum latus dignius habetur, quia illud gladius cohoneſtat, ille verò, qui eſt in parte dextra, habet gladium ſub manu ejus, qui ſiniſtrum latus claudit; Quod olim † etiam erat judicium Cyri Regis Perſarum, *teſte Xenophonte lib. 8. Cyropadi.* Apud Italos † locus juxta murum vel parietem, ſive à dextris, ſive ſiniſtris ſit, digniori conceditur, quod etiam † in Anglia, & Auguſtæ Vindelicorum obtinere obſervavimus; Viris tamen † Genuenſibus in Italia Carolum V. Imper. pœnæ loco indidiſſe, ut dextram uxoribus ſemper relinquerent, teſtatur *Paul. Hentzner. in Itinerar. Ital. de Genua fol. 374.* contra diſpoſitionem *l. fin. ff. de fid. inſtrument.* ibi, ſemper marem fœminæ præferemus.

143 144 145 146 147 148 149 150

In ſeſſionibus † inter ſigna majoris dignitatis refertur I. Sedere altiori Orcheſtræ loco, *arg. §. 2. verſ. aliam. Inſt. de bonor. poſſ. Matth. Steph. de jurid. p. 1. c. 4. n. 83. Knich. de Sax. non prov. jur. verb. Ducum c. 2. n. 19. Cravett. conſ. 489. n. 6. p. 3. Fab. Turret. conſ. 14. n. 5. lib. 1.* Quapropter cum Julius Cæſar in tranſitu Alpium oppidulum quoddam præteriret, Comitibus cum joco & riſu percunctantibus, num illic etiam aliquos eſſe puta-

151 152

putaret Principatus, ambitionis, & dignitatum certamina, ſeriò reſpondit: Mallem hîc primus eſſe quàm Romæ ſecundus, *Plutarch. in vita Caſar. Tiraquell. de Nobil. c. 12. n. 2.*

153 II. Ad dextram † Principis ſedere, *Tiraquell. de primog. in præfat. nu. 13. & ſeqq. Ioan le Cirier. de primog. q. 3. n. 5. lib. 2. Boer. tr. de ord. grad. part. 1. nu. 23. Gratian. tom. 1. diſcept. c.* 106. *num.* 40. ubi ait, quod locus manus dextræ inducat præſumptionẽ majoritatis, *Thom. Grammat. deciſ. 64. num. 24. Quetta conſ 1 n. 5.* Non tamen † eſt incompatibile, quod etiam major & di-
154 gnior ſit in manu ſiniſtra, & inferior in dextra, *Rota Roman. deciſ. 4. de Elect. in noviſ.* cum quis poſſit habere dextram ex conſuetudine, ſeu aliquo jure ſpeciali, *Gonzales de alternativ. gloſſ 51. num. 56. Gratian. d. c. 106. diſcept n. 42.* prout etiam apud Romanos † dignior
155 erat ſiniſtra, ratione melioris auſpicii, *Plutarch. quaſt. Roman. 78. Cicero lib. 2. de divinat. Varro de lingua latin.*
156 *c. 6. in verb. ſcena.* Ac quamvis † apud Hebræos dextera potior eſſet, divino tamen conſilio per Patriarcham Jacob propalato, in benedictionib. Ephraim & Manaſſe, *Geneſ. c. 48.* mutatæ ſunt vices rerum & ordo, ut ſiniſtra dextræ præferretur, *de quo Cardinal. Baron.*
157 *anno Chriſti 213 in pr. verſ. cur autem viri.* Et facit, † quod dicitur de Apoſtolo Paulo, qui licet pingatur à ſiniſtris Chriſti, Paulus autem à dextris, non tamen eſt minor Paulo, *ut latè per Caſſana. in Catal. glor. mund. part. 3. conſid. 3.* ubi de rationibus quare ita ponatur, *adde Gratian. tom. 1. diſcept. c. 106. num. 45. & ſeqq.* Et
158 multa de Chriſto † quare ſedeat ad dextram patris, *idem Caſſana. d. part. 3. conſid. 2. Iuſt. Lipſ. Epiſtol. 90. ad Ital. & Hiſp.*

159 III. Ad ſiniſtram Principis ſedere, quia † primus locus à ſiniſtra eſt honorificentior ſecundo à dextra, *Simon. Majol. tom. 4. dier. canicul. c. 5. p. 331.*

160 IV. Propinquiorem † apud eundem locum obtinere, *M. Ant. Surgenſ. lib. 1. de præſ. pretor. c. 27. num. 1. & ſeqq.*

& ſeqq. Caſſana in Catal. p. 1. conſid. 12 & 16. Capolla de Imp. mil. delig. c. 5. n. 9. Gondiſſalv. de Villadieg. tr. de legat. 161
q. 7. n. 13. Altior † enim locus dicitur, qui Domino proximior eſt, Menoch. conſ. 902. n. 43. lib. 10. quia qui
† Principi vicinus eſt, de ejus qualitate participat, ut 162
ars imitetur naturam, ut ait Decian. reſp. 58. num. 23. vol. 5.

V. In medio † menſæ ſedere, Tiraquell. de jur. pri- 163
migen. in præfat. nu. 116. & ſeq. Nam quod & in Utopia medium menſæ ſummus locus ſit, teſtatur Thomas Morus in deſcript. Utopiæ. libr. 2. tit. de Commerciis mutuis, pag. 163. Hinc Virgilius lib. 7. Æneid. de Latino Rege loquens:

—— *Et ſolio (ait,) medius conſedit avito.*

Et Catullus:

Pulvinar verò Divæ geniale locatur,
Sedibus in mediis. ——

Et Suetonius de Tiberio loquens, Medius (*inquit*) inter duos conſules cum Auguſto ſimul ſedit.

In hiſce (tamen præferentiis conſuetudo,) quæ facit utramq; paginam, *ut loquitur Fichard. conſ. 77. num. 9. tom. 1.* imprimis præterita eſt exploranda, eaq; obſer-
vanda † *Gaill. 1. Obſ. 21. nu. fin. Alex. Raudenſ. deciſ. 40.* 164
num. 377. Olivar. Razzal. deciſ. 716. num. 17. part. 1. Natta. conſ. 377. num. 3. tom. 2. Burſat. conſ. 343. num. 4. lib. 4. Fab. de Anna conſ. 40. num. 2. per tex. in l. non tantùm. 11. ff. de Decur. & cap. cum olim. extr. de conſuet. ubi notat Baldus, quod conſuetudo aſſignet loca ſedendi & ſtandi, quæ non debet inverti, aut, *ut ipſe loquitur* poſterari. Quinimò in deferendis honoribus eorumq; prærogativa in tantum ſtatur obſervantiæ & conſue-
tudini, ut, † licet aliter de jure cenſeatur, nihilomi- 165
nus obtineat, quam uſus longævus firmavit, *Ant. à Gamma deciſ. 1. n. 49. Menoch. conſ. 257. num 37. & ſeq. Panciroll. conſ. 6. n. 42. Purpurat. conſ. 589. nu. 22. & ſeq.*
lib. 2. Etiam † contra majorem dignitatem, ſi eum 166
præcedere inferior conſueverit, *poſt Bald. Ioh. le Cirier.*
de

de primogen.q.3.n.6.lib.2.Flam. de Rube. conſ.65.n.137. & ſeq. vol. 2. Cujus rei evidens traditur argumentum.
167 Nam † cum Anno 1500. in conventu Moguntiaco Colonienſis Archi Epiſcopus, & Abbas Fuldenſis de primatu ſeſſionis concertarent Fridericus I. Imper. interpellatus, veteres, reſpondit, approbamus, ut tenemur imperii noſtri conſuetudines, quocirca major an minor ſit, æquo diſcrimine eſt; *apud Crantz. libr. 6. Saxon.c.46.Ioh.Wolf.lect.memorabil.centur.15.fol.973.*
168 Et in iſtis prælationibus conſuetudo † per obſervantiam & uſum 10. annorum præſcribitur, & inducitur, *Decian.reſp.21.n.7.lib.1. Alban.conſ.519.num.10. Peregrin.conſ.3.n.2.lib.2.* Ubi verò † non extaret con-
169 ſuetudo præſcripta, per unum vel ad plus per duos actus, *Modeſt.Piſtor.conſ.51.n.13.vol.1.* (ubi ait, quod in
170 terminis præcedentiæ verbum † *Conſuevit*, requirat plures actus;) acquireretur poſſeſſio & ſtatus poſſeſſorius, prout in jurisdictionalibus & juribus incorporalibus, ſervitutum, libertatum, decimandi, & in his ſimilibus, *Garſ.Maſtrill.deciſ.52 num.2.part.1.cum*
171 *alleg.* ita ut † quemadmodum per unicum actum acquiritur poſſeſſio generalis jurisdictionis, *Thom Michael. de jurid. concl. 65. cum alleg. Hier. à Monte de fin.*
172 *reg.c.78.n.1. Capell.Tholoſ.deciſ.324.n.1.* jus † depaſcendi in paſcuis, *Ruin.conſ.106.n.9.lib.5.* jus ducendi
173 † aquam ex alieno rivo, *Cravett.conſ.124.n.7. Alexan.*
174 *conſ.142.n.1.libr.1* jus decimandi † *Rebuff.de decim. quæſt.14.n.113.* & de duabus præſtationibus, *Peregrin. de fidei comm.art.46.n.19. Guido Papæ deciſ 407.n.fin.*
175 Jus præſentationis † ſecuta effectuali inſtitutione, *Decius conſ.215.n.3. Menoch.conſ.402.num.34.& ſeqq.*
176 *Peregrin.conſ.33.num.5. libr.1.* ita etiam jus † ſeſſuræ & præcedentiæ, *Menoch.conſ.126.n.2. Alex.conſ 74.nu. 16.lib.4. Decian.conſ.84.n.27.vol 5. Burſat.conſ.343.*
178 *n.74.lib.4.* niſi actus † factus fuerit ex gratia, ne detur juris ſui renunciatio, *in terminis Gratian. tom.2.*
179 *diſcept.forenſ.c.298.nu.8.* qui tamen † in dubio gra-

tioſus

tioſus non præſumitur, *ut reſpondet Weſenb. conſ.48. n.21.part.1.*

Cum verò jura perſonalia mera vel mixta, quale jus † ſeſſionis eſt, *Schrader.conſ.4.num.281.vol.1.* ſolo animo † retineri poſſint, *Covarruv. libr.1.var.reſol.c.17.num.10.& ſeq. Cravett.conſ.4.n.5.part.1.* ideoque ut poſſeſſio vel quaſi ſeſſionis per unum vel plures actus acquiri poſſit, ſcientia † & patientia illius requiritur, de cujus præjudicio agitur, *l. 2. C. de ſerv. & aq. Modeſt. Piſtor. conſ.51.num.10.vol.1. Schrader.d. conſ.4.n.282.vol.1.* Illaq; ſcientia & patientia non prçſumitur, † ſed ab allegante probari debet; *Sebaſt. Vant.tr.de nullit.rubr.fin. numer.45. Decius conſ.437. num.3.* De actionibus, ſeſſionis & præcedentiæ nomine, competentibus, videbimus, Deo dante, infra *c.19. per tot.* 180 181 182 183

AD CAPUT XI.

SUMMARIA.

1. *Effectus nobilitatis qui? n.2.*

3. *Nobilitas derivatur in libros à patre non à matre, num.4.*

5. *Nobiles naſcuntur ex patre nobili, tametſi mater ſit ignobilis.*

6. *Imò Landgravii, Marchiones Duces, licet mater* nicht ebenbürtig *fuerit.*

7. *Differunt* Herinſtandt/vnndt Ritterſtandt.

8. *In cauſa nobilitatis à potiori fit denominatio.*

9. *Nobilitas à patre recipit formam, à matre materiam.*

10. *Filii non portant matris inſignia.*

11. *Nec ejus cognomen.*

12. *In nonnullis locis venter nobilitat, & liberi ori-*

ginem matris ſequuntur, n.13.& ſeqq.

17. *Nobilitas illuſtrior eſt, ſi à matris quoq; parte accedat.*

18. *Omne compoſitum participat de forma & materia.*

19. *Mos Germaniæ, quem pernitioſiſſimum vocat Bodinus*, n.20.

21. *An ſtatutum valeat, ut nobilitas etiam ex genere materno attendatur*, n.22.& ſeqq.

25. *Limitatur* L.*Exemplo*.C.*de Decurionib.*

28. *Tale ſtatutum obſervatur in Eccleſiis Cathedralibus.* Collegia *Eccleſiaſtica quare inſtituta.*

29. *In jure ſedendi & votandi in Comitiis.*

30. *In Hiſpania, ut alicui fortalitium commendari poſſit.*

31. *In Sileſia, ut quis jure equeſtri gaudeat.*

32. *In Cathadromorum ludis.*

35. *In haſtiludiis & exercitiis* Principum, n.36.

33. *Torneamenta unde dicta.*

33. *Haſtiludiorum ſolemnium auctor* Henricus *Auceps.*

34. *Vltimum* Trojamen *deſiit* W*ormatiæ.* Cauſas *ſuggerunt* Dd.

38. *An* Imperator *poſſit aliquem ita nobilitare, ut ad haſtiludia admittatur*, n.41.& ſeqq.

39. *Vena nobilitatis non eſt perpetua.*

40. *Heroum filii noxæ.*

44. *An* Papa *poſſit juniorem nobilem ita habilitare, ut in* Canonicum Cathedralis *Eccleſiæ admittatur.*

45. *Vt feudum regulariter ad parentes non tranſit.*

46. *Ita nec nobilitas, quæ ſpecies feudi anomali eſt.*

47. No-

47. *Nobilitas aſcendit, non deſcendit.*

48. *Explicantur* LL. *quæ obſtare videntur*, n. 49.

50. *Vt feudum non tranſit ad collaterales.*

51. *Ita nec nobilitas.*

52. *Niſi nobilitas quid eſſet reale, ut* Ducatus, *Comitatus.*

53. *Facit tamen præſumptionem in collateralibus*, n. 54.

55. *Nobilitas continuatur in liberos utriusq; ſexus.*

56. *In infinitum, licet de ſucceſſoribus nihil dictum fuerit*, 57. & ſeqq.

60. *Obſtat l.* Divo. 11. C. *de quæſtionib.*

61. *Franciſci Pfeils reſponſio rejicitur.*

62. *Authoris reſponſio.*

63. *Ius repræſentationis in linea deſcendenti in infinitum porrigitur.*

63. *An filius natus, antequam pater adipiſceretur jura nobilitatis, efficiatur nobilis*, n. 65. & ſeqq.

71. *Conciliantur leges adductæ in contrarium*, n. 72.

73. *Spurii non gaudent nobilitate paterna*, n. 75. & ſeq.

74. *Honeſto nomine quomodo vocentur ſpurii.*

77. *Spurii non aſſumunt inſignia patris*, n. 78. *Limitatur*, ut n. 83.

80. *Nepotes ex ſpuriis non retrotrahunt nobilitatē*, n. 81.

82. *Liberi illegitimi quibuſdam in locis jure nobilitatis gaudent & pro nobilibus habentur.*

84. *Proverbium* ein ſtrich dardurch / *unde veniat.*

86. *Quæ foris fiunt nihil ad nos.*

88. *An Baſtardi per ſ. m. legitimati nobilitentur*, 89. & ſeqq.

92. *Legitimati per ſ. m. inſignibus gentilitiis uti poſſunt.*

93. *Nobilis per ſ. m. legitimat liberos ex concubina ſuſceptos.*

94. *Nobilitatis inæqualitas non impedit matrimonium nec legitimationem.*

96. *Proverbium Germanorum*, es wird niemandt den Rheim zu Nürnberg außlöſchen.

Caput XI.

De effectibus Nobilitatis.

Explicatis cauſis & gradibus nobilitatis, conſequens eſt, ut ejuſdem effectus recenſeamus.

1 Primus igitur nobilitatis effectus † eſt, legitima per continuam ſeriem ſanguinis & familiæ in poſteros continuatio, *Guttierez libr. 3. & 4. pract. quæſt. 13. num. 88. & ſeq. n. 94. & ſeq.* ubi ait, quod la hidalguia, hoc eſt, nobilitas, ſit veluti hereditas proavorum, *H. Kirchner. lib. 1. de legat. c. 4. num. 143.* Unde † ſi pater
2 meus nobilis eſt, ego quoque nobilis ſum, licet avus ruſticus fuerit, ut ait *Barthol. de Capua ſingul. 72. n. 1. per l. Iulia. verb. Item libertinus ff. de rit. nupt.*

Cum autem Nobilitas juris civilis figmentum ſit, *ſupra c. 1. num. 70. & ſeq.* & in iis, † quæ juris civilis
3 ſunt liberi, patris conditionem ſequantur, *l. cum legitimè, 19. ff. de ſtat. hom. l. 1. §. 2. ff. ad municip. l. eos, 22. l. nul-*
4 *los. 36. C. de Decur.* conſequens eſt, † non à matre, ſed à patre nobilitatem in liberos derivari, *Bon. de Curtili tr. Nobil. part. 4. num. 23. & ſeqq. Ioan. le Cirier. de primogen. quæſt. 12. num. 29. lib. 2. Ant. Faber. in Cod. libr. 9. tit. 28. defin. 20. num. 6.* ubi ait, inconveniens & abſurdum eſſe, ut nobilitatem quis à matre accipiat, quæ ipſa ex mari-

mariti dignitate aut vilitate mutat & accipit condi-
tionem, ſi maritum ſortita eſt, *Azevedo ad conſt. Hiſp. lib. 6. tit. 2. in rubr. num 66. & ſeq. Reuſner. deciſ. 4. n. 30. & ſeq lib.* 1. haberiq; † pro nobilibus, licet mater il- 5
lorum fuerit plebeja & ignobilis, *Bocer. de Regal. c. 2. numer. 14. & ſeqq. Sixtin. conſ. 9. num. 47. & ſeqq. vol. 2. Vultej. conſ. 17. n. 46. & ſeqq. vol. 3. Marp.* imò pro Landt-
graviis, † Marchionibus Ducibus, quorum ſcil. pa- 6
tor, Landtgravius, Marchio vel Dux eſt, licet mater illorum nicht ebenbürtig / oder Herrenſtands / hoc eſt, de Comitum vel Baronum ordine non fuerit, *Fr. Pfeil. conſ. 78. num. 161. cent. 2.* differunt † quippe Herren- 7
ſtandt vnd Ritterſtandt / *Schrad. conſ. 23. n. 10. vol. 2.*
In cauſa † enim nobilitatis à potiori fit denomina- 8
tio, *Iaſon. in l. 3. num. 3. ff. de jurid. Tiraquell. de Nobil. c. 18. num. 20. Gomez. in com. ad leg. Tauri, leg. 79. num. 6.*
Atqui † forma quæ ex parte patris provenit, eſt po- 9
tentior materia ex parte matris.

Quia forma eſt omne agens, & ſic vir nobilis, & materia eſt fœmina patiens, *Iaſon. in l. 1. num. 21. ff. de V. O. Lupus in Rep. rubr. de donat. inter vir. & ux. §. 32. num. 3. & ſeq. H. Riminald. conſ. 741. nu. 13. & ſeq. lib. 7.*
Quapropter filii † nec matris inſignia portant, *Tira-* 10
quell. de Nobil. d. c. 18. n. 21. Rob. Maranta conſ. 7. nu. 18. Fr. Pfeil. conſ. 78. num. 161. cent. 1. arg. l. jus familiarum 8. C. de religioſ. neque ejus † cognomen aſſumunt, 11
Bon. de Curt. il. tr. nobil. part. 4. numer. 28. Niſi † Prin- 12
ceps ſtatuerit, quod filii matris originem ſequantur, & ab ea cognominentur, dimiſſo cognomine patris, *poſt Alciat. in l. familia. § 1. ff. de V. S. Ant. de Petra de poteſt. Princ. c. 15. n. 70.* quemadmodum Ilienſibus Delphis, Ponticis ab Impp. datum legitur, ut dignitatē ex matris origine ſumerent, *in l. 1. ff. ad municipal.* Et in nonnullis † Galliæ locis adhuc receptum eſt, ut venter
nobilitet, ut in Campania, *Fr. Connan. lib. 2. comm. c. 11.* 13
nu. 6. quemadmodum etiam in regno Guineæ, *Camill. de Curt. part. 1. diverſ. jur. feud. §. ſed unde digreſſi. n. 26.*

 & apud

Digitized by Google

& apud Calecutios Indiæ populos, *Bodin. lib. 1. de Rep. c. 3. circa fin.* Quibus annumerandi † veniunt Liminc-
14 gii, Calſterii, Radingii, Steenii, Vernſalii, Grelii, Rodii, familiæ apud Lovanienſes in Brabantia primariæ, quibus jus eſſe, ut nobilitatem per fœminas tranſmittant, ſcribit *Iuſt. Lipſ. in Lovan libr. 2. c. 3.* Ita etiam †
15 Germaniæ & Galliæ Principes matrum quandoque inſignia, *Tholoſan. libr. 7. de Repub. c. 11. n. 90. Menoch. conſ. 1261. num. 26. lib. 13.* E contra Reges Hiſpaniæ
16 † non matrum ſed uxorum inſignia ſuis ſemper adjungunt, *teſt. Ant. de Padilla in l. naturalis. n. 8. in fin ff. præſcript. verb.* non ad majorem pompam ſolùm, ſed ad teſtandam ab utraq; linea nobilitatem.

17 Hactenus ut nobilitas † illuſtrior & ſolidior ſit (de qua gloriatur Helena *apud Theodecten*,) ſi ex parte quoq; matris accedat, *Ioan. Staphila. tr. de grat. & Expect. rubr. Videndum. part. 6. pr num. 43. Decian. reſp. 19. num. 237. vol. 3. Cravett conſ. 982. n. 5. part. 6. Cephal. conſ. 615. num. 63. & ſeq. lib. 5. Natta conſ. 638. num. 18. & ſeq. tom. 3.* unde Virgilius *libr. 11. Æneid.* de Drance ita loquitur:

—— Genus huic materna ſuperbum
Nobilitas dabat. ——

Et Ovidius *lib. 1 Faſtor.*

Hinc fuit Evander, qui quanquam clarus utroq;,
Nobilior ſacra ſanguine matris erat.

18 Nam etſi † quis non dicatur nobilis reſpectu generis materni, loquendo ſimpliciter & præcisé, ſecundùm quid tamen dubium non eſt, quin omne compoſitum participet de forma & materia, *Curtili tr. Nobil. part. 4. n 29. Tiraquell. de Nobil. c. 18. n. 26. & ſeqq. Lupus in d. rubr. §. 32. n. 4.* Cui enim altera deeſt nobilitas, videtur Navis

Amiſſis remis atq; ordine debilis uno.

19 Atq; hac ratione moribus † Germaniæ uſurpatũ eſt, etſi nullo jure, (ut in ſimili reſpondet JCtus *in l. injuriarum. 13. §. pen. ff. de injur.*) ut octò vel ſedecim gene-

generationes, acht oder ſechzehen / ja wol noch ſo viel Ahnen / (das iſt / ſeine Eltern / *ut interpretatur gloſſa juris Saxon lib. 3. art. 29.* ubi hæc verba addit gloſſa, vnnd wiſſe / daß diß Wort Ahnen iſt auß dem Lateiniſchen gezogen / vnnd kommen / denn Anus heiſt ein Zagell / oder ein Arß /) ex utroq; latere ſine defectu probentur, quem morem † pernitioſiſſimum vocat Bodinus, *lib. 6 de Repub. c. 6.* 20

An autem † tale ſtatutum valeat, ut Nobilitas etiam ex genere materno attendatur, operoſiſſima quæſtio eſt. Bartolus enim, † *quem ſecutus eſt Bertrand. conſ. 24 num. 2. vol. 2 part. 1.* expreſsè negat, tum quod ex matre nobilitas deduci non poſſit, *arg. l exemplo. 36. C. de Decur.* tum quod ex nihilo nihil fieri potis ſit. Quibus tamen non moventibus † ſententiam diverſam eſſe meliorem arbitrati ſunt *Tiraq. de Nobil. c. 18. n. 23. & ſeqq. Bon. de Curtili tr. Nobil. part. 4 nu. 28. Cravett. conſ. 829. per tot. & conſ. 982. n. 5. part. 6.* dummodo † ab Imperatore vel Principe ſuperiorem non recognoſcente hoc ſtatutum, vel inducatur, vel confirmetur, *Ant. de Padilla in l. naturalis, n. 8. ff. de præſcript. verb. Otalora de Nobil. Hiſp. 2. part. c. 2. n. 7.* atq; ita † limitandam eſſe, *l. exemplo. 36. C. de Decur.* docet Decius *in l. 2. num. 74. ff de R. I.* Neq; obſtat † dictum Bartoli, quia ad eum caſum reſtringendum eſt, quo clara mulier nubit viro ignobili, *Cravett. d. conſ. 829. n. 6. verſ. expreſſius. Anchoran. conſ. 389. nu. 2.* Ibi enim cum perempta nobilitas ſit, quomodo ab ea tribui filiis poterit, *l. traditio ff. de adquir. rer. dom. l. nemo plus ff. de R. I. & alia id genus.* Neq; obſtat alterum, † nihil ex nihilo fieri, neque enim ex nihilo nobilitas deducitur, quæ à matre, ſeu nobilitate ejus habetur, *Roch. de Curte. in c. fin. extra de conſuet.* Atq; hæc ſtatuta ferè obſervantur I. In Eccleſiis † Cathedralibus, Auff den hohen Stifften / quarum ſcilic. Præſul vel Epiſcopus ſtatus imperii eſt, in quib. Ajax non recipitur, niſi cum Ulyſſe *apud Ovid. lib. 13. Metamorph.* ſit: 21 22 23 24 25 26 27 28

—— *Deus in utroq; parente.*

Bocer. de Regal. c. 2. n. 17. Bon. de Curtil. tr. Nobil. part. 4. n. 28. in fin. Sunt autem ejuſmodi collegia Eccleſiaſtica *le uray hoſpital de Nobleſſe*, ut vocant Galli, eòq; maxumè fine inſtituta, & luculenter dotata, ut familię nobiles & generoſæ numeroſâ prole abundantes, receptum habeant, cui tutò & commodè liberos committere queant, ne paternæ hereditati omnes incumbant, *Beſold. lib. 1. pol. c. 6. n. 28.* Stumpff / *l. 6. hiſt. Helv.* Indeq; non injuſtè Anno 66. in Auguſtanis comitiis, & Anno 75. Ratisbonæ, Comites & Barones lateris Wedderavici & Suevici obnixè petierunt, ut ipſis pariter ad canonicalia ejuſmodi beneficia via ſterneretur, quorum ſcripta collegit *Fr. Burckhard. lib. 1.* von der Freyſtellung. *c. 3.*

29 II. Natus ex † Comite, Principe & plebeja, vix vocatur ad Comitia, ac jure ſedendi vel votandi fruitur, *ut vult Bernhard. Bertram. in differt. de Comit. Imp. memb. 3. num. 43. per Ord. Regim.* zu Wormbs / *de Anno 21.* §. vnnd were es / quamvis illud per dictam ordinationem ſpondere non poſſit, & citius aquæ guttá é pumice.

30 III. In Hiſpania, † ut alicui fortalitium commendari poſſit, requiritur, ut Dives avis, & utroq; Jové de ſanguine ducat, *Artze ab Otalora de nobil. Hiſp. part. 2. c. 3. n. 19.*

31 IV. In Sileſiâ † jus & judicium Equeſtre requirit, ut ſit ſtemmate materno fœlix, virtute paterna, daß ein Edelman vierſchiltig / vnnd von vier Vätterlichen vnnd Mütterlichen Ahnen geboren ſey / *Georg. Wentzkhy tr.* vom Schleſiſchen Ritterrecht vnnd Ehegericht / *pag. 39. & 40.*

32 V. Sic etiã † niſi quis ſit cum Horatio, *Ode. 1. in pr.*

Mecoenas atavis editus regibus.

Unde Martialis ſumpſit illud *Epigram. 4. lib. 12.*

Mecoenas atavis regibus ortus eques,

Suamq; nobilitatem ex quatuor avis paternis & maternis

ternis in continenti probare poſſit, ad ludos equeſtres Torneamenta ſeu Trojamina (Trojæ † enim à Tarquinio Priſco ſimilis ludus nobilibus fuit inſtitutus, *Blondus lib. 2. Rom. Triumphant. Dion. lib. 43. hiſt.*) accedere nequit *Reinhard. Comes in* Solms / *ac Dominus in* Müntzenberg / *in libell. Germ.* von des Adels Urſprung / *art. 12. Munſt. in Coſmogr. lib. 3. c. 449.* Hæc verò Torneamenta, quorum author † & Promachus nuncupatur Henricus Auceps Dux Saxoniæ, *Munſter. d. c. 449. Ioh. Lampad. in mellif. hiſt. period. 14. cent. 2. c. 1. Bocer. lib. 2. de bello c. 4. n. 3.* cum Wormatiæ Ann. 1487. † ſuam ſortita fuerint Cataſtrophen, rationes ſuggerunt *Simon Majol. tom. 2. dier. Canicul. colloq. 6. Cruſius part. 3. annal. ſuev. lib. 8. c. 21.* quod virtus jam feſſa robore antiquo careat, *Seneca in Hippolyto verſ. 843.* quod omnia occidant, fato in pejus ruant, & retrò ſublapſa ferantur, *Virgil. libr. 1. Georg.* adeò ut nec ſedes Petri à ruina immunis ſit, *ut Criſpus & Platina in vitis Pontif. loquuntur.* Ideoq; in eorum locum & inſtar Olympiadum Græcorum ſurrogata ſunt † haſtiludia ſeu exercitia, quibus Principes & Nobiles zum Frey-rennen ad haſtam vibrandã vel ad annuli immiſſionem zum Ringel-rennen / vel zum Cronell-ſtechen / vel duellum ad palos, *de quo Plato & Vegetius ſcribunt,* vel ad ficti & umbratilis hominis pugnam inſtruũtur, quæ Quintani jaculatio, † Vulgò ein Quintan-rennen / dicitur ab inventore Quinto *l. 1. C. de aleator. Tholoſ. lib. 48. Syntagm. c. 16. in fin.* ad quæ exercitia oder Ritterſpiel / nemo admittitur, niſi γονῆς εὖ πατέρων ἔχων, ut Euripides *in Bellephoronte* loquitur, ita ut ſurrogatũ ſapiat naturam ſui ſurrogati.

33
34
35
36
37

Sed poterit † Imperator vi ſupremæ poteſtatis novum hominem ita nobilitare, ut ad haſtiludia admittatur? Et quis negaret? Cum enim vena † nobilitatis non ſit perpetua, *Everh. à* Weihe *in aulic. polit. reg. 192. edit. poſtr.* & inclytas familias planè peſſum iiſſe, ac ſtemma nomenq; avitum tumulis, & æternæ nocti

38
39

intuliſſe conſtet, *Iul. Scaliger in poem. de regnor. everſion.*
40 inſuper etenim Heroum filii † noxæ, πήματα ἢ κα-
θάρματα evadāt, ut experientia veritatis meridies teſta-
tur. Principis poteſtas † arctanda non eſt, quo minus
42 nobilium ordinem augeat, quem augeri & Principis
& Reipub. intereſt, *Ant. Faber. in Cod. lib. 9. tit. 29. de fin.
7. n. 3. arg. l. 5. § ſed et ſi ff. de ventr. inſpic.* & utile eſſe Rei-
pub. nobiles homines eſſe ait Cicero *in Orat. pro P.
Sextio poſt. pr.* Novis † autem hominibus ſic zelus ad
virtutem creſcit, ſi cum antiquioribus conjungantur,
per Novell. 5. c. 3. circa fin. vel prævia virtute Principis
gratia ad hoc culmen honoris admittantur, *Pruck-
man. de Regal. § ſoluta poteſtas. c. 4. memb. 1. effect. 4. n. 12.
& ſeqq. Matth. Stephan de jurisd. lib. 2. p. 1. c. 1. memb. 2.
43 n. 77. & ſeqq. Roſenth. de feud. c. 5. concl. in gl. l.* Atq; ita †
nobilitatos in Hiſpania pro Hydalgis *Azevedo ad
conſt. Hiſp. lib. 6. tit. 2. in rubr. n. 63.* Et in Sileſia pro veris
nobilibus haberi *P. Fritz. de nobil. concl. 20.* teſtatum
faciunt.

44 An Papa † poteſt juniorem nobilem ita habilita-
re, ut in Canonicū Cathedralis Eccleſiæ admittatur?
Hæc quæſtio cum in Monaſterienſi Eccleſia cathedra-
li in Weſtphalia (quæ vigore ſtatuti non admittit in
Canonicos niſi nobiles, & eos quidē equeſtres,) de fa-
cto mota eſſet, affirmativè per Rotam Romanam de-
ciſa fuit, *Rot. Rom. deciſ. 492. per tot. part. 3. lib. 3. in noviſſ.*

45 Ut autem primo † feudum regulariter ad parentes
nō tranſit, *c. un. de nat. ſucceſſ. feud. Vultej. de feud. c. 9. n.
101. cum alleg. lib. 1. Bocer. de ſucceſſ. feud. c. 4. quæſt. 1. &
46 ſeqq.* Ita etiam † quæ ſpecies feudi anomali vel im-
proprii eſt, Nobilitas, *Tiraquell. de nobil. c. 16. n. 2. Petr.
47 Caball. conſ. 129. n. 8. vol 2.* Non enim aſcendit † ſed
deſcendit, *Sebaſt. Medices de defin. part. 2. c. 42. num. 26.*
ubi dicit regulam eſſe communem, *Ioſeph. de Seſſe deciſ.
3. n. 31. part. 1. Hipp. Riminald. conſ. 741. num. 5. lib. 7.* Ac
48 quamvis † multa jura contrarium ſvadere videantur,
l. 3. in pr. C. de ſacr. ſcrin. l. ult. verſ. ſimili C. de præpoſ. ag.

in reb. l.

in reb.l.ult.verſ.hac autem. C.*de caſtr.* & *inſtr.l.ult.C.de privil.ſchol.l.hac lege.* 10.*in pr.C.de metat.* revera tamen † nihil aliud probant, quam quod parentes ex filiorũ 49
dignitate cohoneſtentur, *Bon.de Curtil.tr.nobil.part.* 3. *n.*198.*Gratian.tom.*3.*diſcept.for.c.*590.*n.*18.& *ſeq. Decian.reſp.*38.*n.*3.*vol.*2. & hoc unico collyrio omnibus objectis mederi poteſt.

Secundò ut feudum novum † non tranſit ad col- 50
laterales *per tex.à Vultej.d.c.*9.*num.*102.& *ſeqq. Bocer. de ſucceſſ.feud.c.*5.*quæſt.*1.*cum ſeqq.alleg* ita nec † nova 51
nobilitas, *Tiraquell.de nobil.c.* 17.*per tot.Sebaſt. Med.d. c.*42.*num.*27.*Chaſſan. ad conſuet. Burg.rubr.* 6.§.4.*tex. Entre genſ. nobles n.*11.*Cæſar. Barz. deciſ.*129.*num.*44. *Decian.reſp.*19.*n* 239.*vol.*3. quia illa perſonalis eſt, quæ
perſonam non egreditur, *l* 1.*ff.de conſtit.Princ.* Niſi † 52
fortè id, ex quo inſurgit nobilitas reale quid eſſet, ut Ducatus, Comitum, Baronatus, *Cæſar Barz d.deciſ.* 129.*num.*45.*Ioſeph.de Seſſe deciſ.*3.*n.*12.*part.* 1. ubi ait, omnes qui aliud videntur tenere, loqui in nobilitate
reali. Quamvis verò † nobilitas in collaterales non 53
tranſeat, facit tamen præſumptionem, *Otalora de nobil.* 2.*part.*3.*partis.c.*8 *n* 6 *in fin.Garſias de nob gloſſ.*6.*n.*46. *in fin.Ioſ.de Seſſe d.deciſ.*3.*n.* 12.*in fin.* illosque ad minimum juvat † *Gratian.tom.* 3.*diſcept.c.*590 *n.*17.

Sed continuatur † in liberos tantum utriuſque 54
ſexus jure hereditario, & quaſi ex traduce, *ut loquuntur* 55
*tur Ant.Faber.in Cod.lib.*9.*tit.*28.*defin.*1.*num.* 1.*in all. Fr.Pfeil.conſ.*197 *nu.*28 *cent.*2 *H. Riminald. conſ.*740.
n 18 *libr.*7. ad perennem † memoriam in infinitum, 56
*Georg.de Cabedo deciſ.*73.*n.*5.*part.* 2. *Menoch. conſ.*1261. *num.*15.*lib.*13.*Petr.Caball.conſ.*129.*per tot.vol* 2. licet de
ſucceſſoribus † nihil dictum fuerit, *Decian.reſp.*66. 57
*num.*23.& *ſeq.vol.*3. *cum alleg.* tum † quia patris me- 58
moria in liberis conſervatur, *l. liberorum.* 220. §. 3. *in fin.ff.de V.S. Mynſ.*3.*obſ.*23.*n.*7.& *ſeqq. Ant. Galeat.conſ.*
22.*n.*11.& *ſeqq vol.* 1. tum † quia Galeno teſte mo- 59
res ſequuntur temperamentum corporis, & vena aviti ſan-

ti ſanguinis in liberis præſumitur, *Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſ. 58. num. 2. Paris de Puteo de re militar. lib. 7. q. 1. n. 31.* ubi idem ait de filiis Doctorum. Nec obſtat †
60 *l. Divo. 11. C. de quæſtionib.* ubi Imp. tantùm pronepo-
61 tum mentionem fecit, Franciſcus Pfeil † *d. conſ. 197. num. 28. cent. 2.* putat conſuetudinem, quæ non minoris eſt, quam lex ſcripta, potentiæ huic legi derogaſſe,
62 at omiſſa hac generali reſponſione putamus † Imp. ibi locutum fuiſſe per Synecdochen, & poſuiſſe caſum & terminum finitum pro infinito, quemadmodum *in §. cum autem, Inſt. de hered. quæ ab inteſt. defer.* in jure repræſentationis Juſtinianus pronepotum
63 tantùm meminit, cum tamen jus † repræſentationis in lineæ deſcendenti in infinitum porrigatur, *Ioh. Köppen. deciſ. 7. n. 4 part. 2.* etiam in feudis, ſicut in allodialibus, *Alvar. de Velaſco de jure Emphyt. quæſt. 50. numer. 3.*

64 Quid verò † ſi filius natus ſit antequam pater jura nobilitatis adipiſceretur? Eum nobilem eſſe negant *Azevedo ad conſt. Hiſp. lib. 6. tit. 1. leg. 1 num. 82. & ſeqq. Chaſſana. ad conſu. Burg rubr. 1. §. 5. tex. du Prince nu. 2. Bon. de Curtili de Nobil. part. 4. nu. 11. Bertrand. conſ. 10. num. 3. in fin. cum ſeq. vol. 4.* Nos cum Scævola reſpondemus ſecundùm ea quæ proponuntur, ſi filius ſena-
65 toris † dicitur, qui natus eſt, antequam pater crearetur ſenator, *l. ſenatoris. 5. ff. de ſenator.* filius Decurio-
66 nis, † antequam pater decurio, *l. moris. 9. §. ult. ff. de pœn. l. 2. §. in filiis, l. neq; 61. C. de Decur.* filius advocati
67 fiſci, † antequam pater advocatus, *l. cum advocato.*
68 *C. de advoc. div. jud.* filius civis, † antequam pater civis, *Menoch. conſ. 678. per tot. vol. 7.* filius Doctoris, antequam pater Doctor, *Guido Papa deciſ. 389. per tot. Fr. Pfeil. conſ. 197. num. 28. cent. 2.* filius Regis, † Princi-
69 pis, Electoris antequã pater crearetur Rex, Princeps, Elector, *Ioh. le Cirier. de primog. lib. 1. quæſt. 12 num. 9 & ſeqq. Tiraquell. de jur. primog. quæſt. 31. num. 12. & ſeqq. Knichen. de Sax. non prov. jur. verb. Electorum. c. 3. n. 50. & ſeqq.*

Digitized by Google

& ſeqq. Gomez. in comm. ad leg. Tauri leg 40. *n.* 67. quid ni etiam nobilis, † qui natus antequam pater nobi- 70
litatis diploma accepiſſet? *Bocer. de Regal. c.* 2. *num.* 9. *& ſeqq. Ant. Faber. in Cod lib.* 9. *tit.* 28. *deſin.* 24. *nu.* 3. *P. Caball. conſ.* 129 *num.* 10. *vol.* 2. Nec obſtant, † *l. ſi ſe* 71
nator. 11. *C. de dignit.* ubi filii ante dignitatem ſenatoriam nati vocantur privati, *l. ſi quis*, 16 *l. doctitii*, 63. *cum ſeq. & l. ult. C. de Decur.* ubi filii nati ante decurionatum patris, privilegiis paternæ dignitatis nõ gaudent, *Bero. conſ.* 158. *num.* 7. *& ſeq. vol.* 3. quas leges alii aliter in concordiam reducere conantur, ut videre eſt apud *Bocer. de Regal. c.* 2. *n.* 10. *& ſeqq. Menoch. d. conſ.* 677. *nu.* 10 *& ſeqq.* At reſpondetur † in privilegiis id quidem 72
receptum ſi ſtrictè interpretentur, benigniori tamen ſenſu durum videtur paternos honores filiis invidere, uti innuit Conſtantinus, *in d. l. ſi ſenator. C. de dign.* tum etiam privilegium non eſt ad heredes ſucceſſorium, ut ſenatoria vel decurionatus dignitas.

Quod autem hactenus dictum eſt, de legitimè natis intelligendum. Nam ſpurii † vel nothi nobilium, 73
(quos honeſtiori minus honeſto nominè † vocant 74
Baſtardos, Natürliche / *Ambroſ. Schurer. de hered. ab inteſt. tit.* 5. *n.* 2. Liebkinder / *in conſt. Elector. Palatin. part.* 4. *tit.* 2. Jungfrawen Kinder / *Rittershuſ. ad Novell. part.* 2. *c.* 5. *num.* 2.) non ſunt de domo, nec de familia, nec de agnatione, nec de cognatione patris, *Salycet in l. ſuggeſtioni.* 5. *n.* 5. *C. de V. S. Ioan. Garſ. de Expenſ. & melior. c.* 3. *n.* 21. *Decian. reſp.* 9. *nu.* 13. *vol.* 4. *Natta conſ.* 421. *n.* 7 *tom.* 2. Etiamſi † mater vi vel dolo deflorata eſſet, 75
poſt Bald. Hipp. Riminald. conſ. 442. *n.* 45. *lib.* 4. Et propterea † illius nobilitatem non aſſumunt, *Tiraquell.* 76
de nobil. c. 15. *num.* 10. *& ſeqq. Vultej. conſ.* 17. *n.* 38. *vol.* 3. *Flam. de Rube. conſ.* 17. *num.* 31. *& ſeq. vol.* 1. *Fr. Monald. conſ.* 70. *num.* 51. *vol.* 1. nec arma † vel inſignia patris 77
gerunt, *Caſſan. in Catal. glor. mund. p.* 1. *conſid.* 38. *concl.* 24. *Fr. Marci deciſ.* 1138. *num.* 3 *tom.* 1. *Guido Papa deciſ.* 580. *n.* 2. *Decian. reſp.* 31. *n.* 92. *& ſeq. vol.* 1. *Peregr. conſ.* 41. *n.* 10. *lib.* 1.

Daß

Digitized by Google

Das Ehlich vnd Frey geboren Kindt/
Behelt ſeines Vatters Schrſchilt.

Das iſt ſein Lehen / vnnd ſein Zeichen/ *ut loquitur Sax. lib.* 3. Landtrecht/*art.* 72. *ibiq; gloſſ. Fr. Pfeill. conſ.* 78. *n.* 161. *verſ. Quanquam. cent.* 1. in tantum, † ut ba-
78 ſtardi non prohiberi ſolum poſſint, ne aſſumant arma familiæ vel vindicent, ſed etiam ubi vindicaverint cogi, ut deponant, *Ant. Faber. in Cod. libr.* 9. *tit.* 28. *defin.* 27 *numer.* 2. & in hoc † deterioris conditionis ſunt
79 baſtardi nobilium, quam plebejorum, *Ruin. conſ.* 77. *num.* 7. *lib.* 3. *Socin. iun. conſ.* 86. *num.* 19. *lib.* 2. Adeò ut
80 nec nepotes † ex his, licet ex legitimo matrimonio nati, reliquique eorum ſucceſſores nobiles habeantur, *Tiraquell. de Nobil. c.* 15. *num.* 24. *Camill. Borell. tr. de compromiſſ.* § 1. *gl.* 3. *numer.* 165. *Gabr. Paleot. de ſpur. c.* 61. *num.* 1. *Chaſſan. ad conſu. Burg tit. des ſucceſſions des*
81 *baſtards rubr.* 8. § 3. *in pr. numer.* 17. nulla † enim eſt conſequentia ex illegitimo naſcendi principio, *l. fin. C de natur lib. Curt. iun. conſ.* 157. *num.* 2. *part.* 2. nec ex radice infecta poteſt naſci ſtipes, aut virens ſurculus, *poſt Bald. Zaſius conſ.* 18. *num.* 30. *libr.* 1. *Reuſner. conſ.* 1. *num.* 220. *libr.* 1. nec ex ignavo ſemine, generoſi ſolent fructus exiſtere, *c. fertur.* § *vulnerato. c. principatus,* 1.
82 *quæſt.* 1. Quamvis non deſint loca, † in quibus etiam naturales, ſi illi illegitimi aliunde non ſint, jure ſanguinis gaudent, & pro nobilibus habentur, ut in Gallia, *Boer. deciſ.* 128. *num.* 21. alda es einem ein Ehre iſt / dem das Ohr henckt / eſtre du ſang, in Delphinatu, *Guido Papa deciſ.* 580 *num.* 3. in Hiſpania, *Azevedo ad conſt. Hiſpan. libr.* 5. *tit.* 8. *leg.* 10. *num.* 51. *Et conſ* 24. *num* 27. in Sabaudia, *Ant. Faber. libr.* 9. *Cod. defin.* 20. *tit.* 28. *num.* 2. *& ſeq. ſi tamen tria concurrant, quæ ibi ex-*
83 *primit.* Ita tamen, † ut familiæ inſignia gerant diviſa per interlineam, à ſiniſtro latere in dextrum, quam Barram Germani ein Strich / (unde proverbium †
84 ein Strich dardurch / *Beſold. libr.* 1. *pol. c.* 11. § 7. *numer.* 60.) vocant, ut ſignificent ſe non ex legitimo & dextro,

Digitized by Google

dextro, ſed ex infelici & ſiniſtro coitu eſſe natos, *Tholoſan.libr.47.Syntagmat.c.6.num.6.Palæott.de ſpur. c.60.num.9.Chaſſan. ad conſuet.Burg d.§.3.num.21.& ſeq.Fr.Marci deciſ.62.num.2.tom.2.* Verum † hæc ad 85
Germaniam producenda non ſunt, *argum. c. 7. Aur. Bull. Ibi*, **der ein recht Ehekindt**/ quæ enim † foris 86
vel Neapoli fiunt, nihil ad nos, *c.gaudemus, extr.de divort.Petr.Royz deciſ.Lithuan.5.numer.228.Flam.de Rub.conſil.2.num.62.vol.1.Malvaſ.conſil.17.num.12. vol.1.* Ubi † parum prodeſt eſſe Jovis filium 87
& Minervæ ſpurium, *Iohan. Caſus in Sphara civit. libr. 3. capit. 3.* etiamſi Plauti renaſcetur Amphitruo.

Quid verò ſi Baſtardi † per ſubſequens matrimo- 88
nium legitimentur? In Hiſpania † filius legitimatus 89
per ſubſequens matrimonium gaudet nobilitate, hoc eſt, de la hidalguia del patre, cum verè ſit legitimus, *Hier de Cavallos pract.quaſt.2.n.44.& ſeq. Guttierez in §.ſui,num.187.Inſt.de ſuis & legit.* atque ita obſervari in tota Hiſpania tradit *Garſias de nobil. gloſſ.20.num.39. Didac.Spino in ſpecul.teſtam.gl.16.num.24.* quamvis † 90
à Philippo II. Reg.Hiſpan. in pactis dotalibus Alberti, & Iſabellæ Infantis Hiſpaniæ quo ad Belgium & Comitatum Burgundiæ aliud ſtipulatum fuerit, *Hiſtoir.de France du regne de Henry IV lib.1.narrat.5. num.14.art.2.* De jure civili † cum legitimatus per 91
ſ.m. ſit de domo & agnatione paterna, *Decius conſ. 433.num 19.Socin.Sen.conſ.63.num 21.vol.3.Decian. reſp.9.num 64.vol.4.arg.Nov.74.c.1.c.tanta & qui ſol. ſunt.legit.* & inſignibus † gentilitiis & paternis uti 92
poſſit, *Caſar Barz.deciſ.91.num.26.Ant.Ciof.conſ.143. num 12.vol.1.* idem reſpondendum *cum Tiraquell.de nobil c.15.num.21.Bocer.de Regal.c.2.num.26.& ſeqq. & tr.quaſt.feud.c.3.quaſt.2.Menoch.conſ.779.num.5. tom.8.* licet diſſentiat *Bertrand.conſil.169.numer.8. vol.2.part.1.* Quod etiam † procedit, quan- 93
do nobilis per ſ. m. legitimat liberos ex ignobili

con-

concubina ſuſceptos, *Reuſner. deciſ. 4. n. 17. & ſeqq. lib. 1. Weſenb. conſ. 101. num. 35 part. 4. Schurf. conſ. 1. per tot. cent. 1.*
94 Nam ut † nobilitatis inæqualitas hodie non impedit matrimonium inter perſonas inæquales, ita nec impedit legitimationem, *Bald. in c. innotuit. n. 10. de Elect. & conſ. 19. num. 2. vol 3. Sixtin. conſ. 9. n. 27. & ſeqq. vol. 2. M.*

95 In Germania † tamen contrarium obtinere videmus jure an ſecus? non diſputo, nec quod promptum ſermone effuſo periculum ſurrogare poſſet, *ut loquar cum Iuſtin. ex l. ult. in fin. C. de dot. promiſſ.* in me derivo,
96 **es wirdt † aber doch niemandt den Rheim zu Nürnberg außlöſchen.**

Ad Caput XII.

SUMMARIA.

1. *Pro nobilibus magis quam pro plebejis præſumitur.*

2. *In Nobilibus non præſumitur proditio.*

3. *Non falſum, non uſuraria pravitas, non fraus & dolus*, n. 3. & ſeq.

6. *Nobilis magis præſumitur memor ſalutis æternæ quàm plebejus.*

7. *Et hæc eò magis, quo major eſt nobilitas.*

8. *Nobilitas ætatem ſupplet.*

9. *Nobiles Politici naſcuntur.*

10. *Prudentiores & exercitatiores cæteris præſumuntur.*

11. *Qui hodie vulgò habeantur Politici.*

12. *Quos Politos vocare poſſumus Politicos, nō poſſumus. Vbi quibus nominibus appellentur.*

13. *Proſopographia vulgò Politicorum deſcribitur.*

14. *Quo-*

14. *Quorum major hodie eſt numerus, quam Magiſtellorum qui ternas docent.*

16. *Nobilibus in teſtimoniis ferendis magis creditur quàm ignobilibus,* n.17.

18. *Nobili fœminæ major habetur fides quã plebejo.*

19. *Creditur magis paucis nobilibus, quàm multis ruſticis.*

20. *Nobilibus creditur, licet ſingulares ſint.*

21. *Nobilitatis ratione juramentum ſuppletorium deferri poteſt.*

22. *Limitantur prædicta,* n.23.& ſeqq.

27. *Si teſtes ab utraq; parte nobiles ſint, quibus credendum.*

28. *An quis ſit nobilior altero, judicis eſt arbitrari.*

29. *Nobiles in Bohemia, Auſtria & Bavaria ſine juramento corporali deponunt.*

30. *Nobiles an ſub juramento Principi præſtito deponant,* n.31.

32. *Si nobilis ita deponat, an probet?*

34. *Negatur, niſi partes expreſſè juramentum remiſiſſent,* n.38.

35. *Forma ad ungvem ſervanda eſt.*

36. *Non ſufficit eam ſervaſſe per æquipollens.*

37. *Aliud eſt quid eſſe tale, vel loco talis haberi.*

39. *Nobilibus etiam in cauſis propriis magis creditur.*

40. *Nobilium promiſſa pro debitis, factis & completis habentur,* n.41.

42. *Conſuetudo Saxonica.*

43. *Abuſus nobilium in jurando per fidem gentilitiã,* n.44.

Digitized by Google

45. *An promiſſio ſub fide nobilitatis juramenti loco ſit, judex quis diſpiciat*, n. 46.

47. *An ob juramentum* Bey Adelichen Ehren/ *mandata ſine clauſula in Camera decernenda ſint*, n. 49.

48. *Frideri Mindani ſententia rejicitur.*

51. *Nobiles qui pro aliis fidejuſſerunt, excuſſionis beneficio ſe fruſtra tuentur n.* 52. *Contrarium tenet auth r,* n. 57. *& ſeqq.*

52. *Principis verba debent eſſe firmiſſima, etiam non jurata.*

53. *Hiſpanorum Palabras de complimiento.*

54. *Promiſſiones nobilium paratam executionem habent.*

55. *Fidejuſſor qui jurato promiſit beneficium excuſſionis non habet. Controvertitur*, n. 59.

57. *Promiſſa per fidem nobilem propriè juramentum non ſunt.*

58. *Neq; omnes Effectus juramenti operantur.*

60. *Quæ jure ſpeciali veniunt, in conſequentiam trahi non poſſunt*, n. 61.

62. *Contraveniens tranſactioni juratæ per fidem nobilem an pœnam patiatur*, n. 63. *& ſeq.*

65. *Promiſſio (per fidem) operatur ſolum quo ad obſervantiam non quo ad perjurium*, n. 67.

66. *Homagii fractor quatenus perjurii reus ſit.*

68. *An filia renuncians ſub fide nobili, poſſit nihilominus in bonis paternis ſuccedere.*

70. *Vocabulum* Würden / *quibus perſonis tribuatur.*

71. *Promiſſio ſub fide nobilitatis æquiparatur juramento, ſi contractui per ſe valido adjiciatur, aliàs non.*

72.

72. *Renunciationes hereditatis paternæ i.c. prohibitæ ſunt*, n. 73.

74. *Quatenus jure Canonico ſubſiſtant*, n. 75.

76. *Limitatio* ad n. 68.

77. *Nobiles fideliores cenſentur.*

78. *Non præſumuntur prodere Principem.*

79. *Principes eos lateri ſuo potius adjungunt, quàm plebejos.*

80. *Hoſtilitatis tempore ipſis fortilitia demãdantur.*

81. *Nobilis non præſumitur inimicis arcem prodere*, n. 82.

83. *Ad officia ſecularia magis quam plebeji aſſumuntur*, n. 47. & ſeqq.

87. *Imprimis vero ad officia*, n. 89.

90. *Magiſtratus vileſcunt, quoties obſcuris hominibus deferuntur*, n. 91. & ſeq.

93. *In beneficiis Eccleſiaſticis plebejis præferuntur.*

94. *Licet plebeji magis qualificati ſint.* Intellige, ut ibi. *Quare penes Auſtriacos fere continua ſit Imperii ſucceſſio.*

95. *Primum votum datur nobilibus*, n. 96. & ſeq.

97. *Vota nobilium data paritate præponuntur*, n. 98.

99. *Majoribus præbendis ſunt honorandi.*

100. *Rationes adducuntur.*

101. *Dignitas major & minor cognoſcitur ex veſtib⁹*

102. *Nobiles melius debent veſtiri, Et quas excuſationes ob inopiam veſtimentorum habeãt*, n. 103. & ſeq.

105. *Nobiles debent habere famulos, & ſplendidiores domus inhabitare*, n. 106.

107. *Parum eſt eſſe nobilem, niſi quis etiam nobiliter vivat.*

108. *Sumptus pro facultatibus faciendi*, n.111.

109. *Culina fœdum exitium patrimonii.*

110. *Epiſcopus debet reſtringere expenſas juxta facultates Eccleſiæ.*

112. *In Patrono Eccleſiæ cōſideratur nobilitatis qualitas.*

113. *Nobiles in rebus arduis, utpote in legationibus, præ cæteris ſunt adhibendi*, n.114.& ſeq.

116. *Dicenti ſe eſſe legatum non creditur, niſi probet*, n.117.

118. *Limitant Dd. in Nobili.*

121. *Quod tamen facti potius quàm juris eſt.*

119. *Nobiles non præſumuntur mentiri nec fidem fallere.*

120. *Credens nobili viro excuſatur.*

122. *Manus oculatæ ſunt, credunt* quod *vident.*

Caput XII.

De Privilegiis Nobilitatis, quæ conſiſtunt in præſumptionibus.

AD nobilitatis adquiſitæ Effectus referuntur privilegia, partim jure communi, partim conſuetudine, ſtatuto vel ſpeciali lege nobilitati conceſſa: Quæ competunt vel univerſaliter omnibus cujuſq; gradus nobilibus, vel particulariter ſecundùm unamquamq; gradus prærogativam. Quæ univerſaliter nobilibus competunt, ea potiſſimum conſiſtunt in præſumptionibus.

I.

1 Pro nobilibus † enim major quàm pro plebeiis &

& ruſticis ſtat virtutis, integritatis & innocentiæ præſumptio, *Iohan. le Cirier de primog. lib. 2. q. 4. art. 2. num. 4. Curtili. tr. Nobil. part. 5. num. 28. Meichſner. deciſ. 9. num. 70. & ſeq. tom. 3. Bapt. Ladrech. conſ. 181. num. 12. Decian. reſp. 8. num. 22. vol. 1. Nevizan. conſ. 12. n. 103. inter conſ. feud. Bruni Vultej. conſ. M. 18. n. 170. vol 3. Hondeda. conſ 105. num. 59. vol. 1.* declinat enim à malo & inclinat ad bonum nobilitas, *Hier. de Cavallos pract. quæſt. 676. num. 32. Burſat conſ. 311. n. 60. lib. 3.* Unde in Nobilibus † non præſumitur proditio, *ex Specul.* 2
Meichſner. deciſ. 9. n. 70. tom. 3. Crimen falſi, † *Thom.* 3
Grammat. deciſ 60. num. 13. & ſeq. Riminald. Iun. conſ. 58. num. 34. lib. 1. Socin. Iun. conſ. 39. n. 26. vol. 2. Uſuraria pravitas, † *Weſenb conſ. 250 n. 33. part. 5. Vultej.* 4
conſ. 18. num. 171. vol. 3. fraus † & dolus, *Tiraquell. de* 5
nobil. cap 20. num. 20. Rol. à Valle conſ. 11. num. 35. & 75. lib. 3. ubi ait, quod factum à nobili perſona, præſumatur factum potius erroneè, quàm doloſè. Ac quamvis quilibet † præſumatur memor æternæ ſalutis, *l.* 6
fin. C. ad L. Iul. repetund. Ripa. in l. admonendi. num. 123. in fin. ff. de jure ur. magis tamen præſumitur in nobili, *Cephal. conſ. 170. num. 44. lib. 2.* Et hæc potiſſimùm, † 7
& multo magis præſumuntur in iis, qui ſunt conſtituti in nobilitate ſumma, quales ſunt Reges, Duces Marchiones, Principes, Comites, *Schrader. de feud. 2 part 9. princ. ſect 12. num. 19. cum alleg.* Imò adeò pro nobilibus præſumitur, ut Nobilitas † ætatem ſuppleat, *Pa* 8
ris de Put. tr. de remil. lib. 7. quæſt. 1. num 16. Tiraquell. d. cap. 20. n. 41. arg. l ſi longius. 18. in fin. ff. de judic. Ipſi enim frequenter in curia verſantur, *Iuxta l. omnium in pr. ubi Salycet. num. 1. & Iaſon. num 1. C. de teſtib.* Unde politici † quaſi naſcuntur, *Ioſeph. de Seſſe. deciſ. 8 n. 38.* 9
part. 1. Ubi ait quod Nobiles ſint induſtrii politici; cæteriſq; quia liberaliter educati, † prudentiores & ex- 10
ercitatiores præſumuntur, *arg. not. in l. 1. C. qui & ad verſ. quos. Cacheran. conſ. 11. num. 11.* Per Politicos verò non intelligimus illos, qui vulgo † perhibentur eſſe 11

homines in civili converſatione gratioſi, quorumvis moribus accommodi, qui poſſunt facile omnes perferre ac pati, cum quibus ſint eorum obſequi ſtudiis, adverſi nemini, *ut deſcribit Comicus in Andria*, quos
12 Politos † vocare poſſumus, Politicos non poſſumus, Græci ἀρέσκους vocant. Latini Aulico-Politicos, vel Placentinos, Itali Cortiſanos, Germani Höfflinge, *Clapmar. de arcan. Rerumpub. lib. 2. c. 17.* Item quos Tiberius Cæſar omnium horarum amicos vocabat, *Sueton. in lib. c. 42.* Plautus, Urbanos, aſſiduos, ſcurros, qui omnia ſe ſimulant ſcire, nec quicquam ſciunt, quod Rex in aurem reginæ dixerit, quod Juno fabulata eſt cum Jove, quæ neq; futura, neq; facta ſunt ſciunt *in Trinumm. act. 1. ſcen. Larem. in fin.* Quorum proſopo-
13 graphiam † ita deſcribit *H. Kirchn. lib. 1. de Legat. c. 4. n. 16. & ſeqq.* quod aulicis moribus imbuti, Gnatorum more ad omnium nutus frontem componere, omnibus arridere, geſtibus peregrinis, crurumq; flexionibus ſcite uti, ſeria ſalesq; tempori accommodare, naſo quemvis ſuſpendere Principum gratiam aucupari, cum omnibus ludere, bibere, & in communis vitę ſcena quamvis perſonam apertè agere poſſunt; Qui ſi Po-
14 litici dicendi ſunt, major † erit hoc tempore politicorum numerus, quam Magiſtellorum, qui *ex Plauti Mercator. act. 2. ſcen. profecto* ternas id eſt AMO docent, ut loquitur *Clapmar. de arcan. Rerumpub. c. 6. lib. 1.* Mal-
15 lem, inquit, † *Kirchner. d. c. 4. n. 17.* ut aureo torque potius, baccatoq; monili ſcrofam ſuam exornarent, quam politici nomē, tam indigno titulo proſtituerēt.

II.

16 In depoſitionibus, † atteſtationibus ac teſtimoniis ferendis magis creditur Nobilibus, quam ignobilibus, *Farin. tr. de teſtib. lib. 3. tit. 7. q. 65. n. 115. part. 2. tr. crim. Ant. Gabriel. lib. 1. concluſ. 4. n. 35. de teſtib. Maſc. de probat. concl.* 1097 *n. 3. Lud. Morott. reſp. 99. n. 6. Burſ. conſ. 216. n. 128. lib. 2. Pruckm. conſ. 47. n. 16. vol. 1.* Nam
17 quo quis † eſt major & nobilior, eò magis ipſi creditur,

tur, *l.3. in pr. ff. de teſtib. Capolla de Imp. mil. delig. cap. 3. n. 26. Weſenb. conſ. 70. num. 8. vol. 2.* Quod ampliatur primo, † etiamſi eſſent mulieres nobiles, nam illorum teſtimonium præferretur teſtimonio virorum ignobilium, ſcilicet in civilibus, *poſt Bald. Gerard. à Petra ſancta ſingul 11. n. 7. Maſcard. d. concl. 1097. n. 8. Vult. conſ. 15. n. 201. vol. 1. M.* Secundò † etiamſi teſtes nobiles eſſent numero pauciores, *Tiraquell. de nobil. c. 20. n. 33. Cavalcan. deciſ. 46. n. 337. lib. 1. Cravett. conſ. 6. n. 28.* Tertiò † etiamſi teſtes nobiles eſſent ſingulares, *Gaill. 2. obſ. 66. n. 11. Hipp. de Marſil. ſingul. 114. n. 2. Meichſner. deciſ. 14. n. 12. tom. 3.* Quartò † juramentum in ſupplementum probationis deferri poteſt nobilitatis ratione etiam in cauſa gravi, *Fr. Curt. in rep. l. admonendi. fallent. 65. num. 311. ff de jurejur. Maſcard. d. concl. 1097. num. 17.*

17

18

19

Limitatur autem † & intelligitur procedere, niſi Nobiles deponerent pro actore, & ignobiles pro reo, quia tunc magis crederetur ignobilibus. *Tiraquell. de Nobil. d. cap. 20. num. 34. Maſcard. d. concl. 1097. num 10. Carol. Ruin conſ. 138. num. 14. vol. 5.* quod ſublimitatur, † niſi teſtes rei eſſent pauperes, viles, & facilè corruptibiles, ac ſuſpecti, ut conſulendo declaravit *Ruin. d. conſ. 158. n. 26. vol. 5.* Limitari ſecundò † poteſt, niſi ignobiles probarent veriſimiliora, *Maſcard. d. loco n. 12. Gravett. conſ. 75. n. 23.* vel † aliud in contrarium appareret, *poſt Bald. H. Riminald. conſ. 183. n. 18. lib. 2.* vel † juris præſumptione eſſent melius informati, *Gabr. d. concluſ. 4. n. 43.*

20

21

22

23

24

Quid verò † ſi teſtes ab utraq; parte nobiles ſint, Et unus alteri contradicat? Tunc neutri credendum eſſe voluerunt *Hipp. de Marſil. ſingul. 488. n. 1. cum alleg. Alexand. conſ. 236. n. 1. & ſeqq. 6.* Ubi tamen limitant, quod judex nobiliori deferre poſſit jusjurandum in defectum ſemiplenæ probationis, Nam an † quis ſit dignior & nobilior altero, hoc pendet à judicis arbitrio, *Maſcard. d. concluſ. 1097. num. 13. Anton. de*

25

26

Petra de fideicomm. q. 11. num. 164. verſ. circa primum. ubi ait, hanc eſſe communem opinionem.

Cæterùm Nobilitas tantæ importantiæ eſt, ut No-
29 biles † in quibuſdam locis Germaniæ perſonaliter cõparere non teneantur, ſed ſufficit ſi per ſcripturã, **vnter jhrẽ Pittſchafften vnd Hantſchrifften/** abſq; corporali juramento deponãt, & depoſitionem deſignatam judici examinis transmittant, quemadmodum in regno Bohemiæ, in Archi Ducatu Auſtriæ, & Ducatu Bavariæ receptum eſſe teſtantur *Gaill. 1. obſ. 10. in fin. & obſ. ſeq. n. 14. Hier. Setzer. de juram. lib. 3. c. 9. num. 26. Virgil.*
30 *Pingizz quæſt. Sax. 35. n. 26.* Et notat Gailius, † *lib. 1. obſ. 101. n. 15.* ſe vidiſſe examinari teſtes nobiles ſub juramento obedientiæ, **bey den Pflichten/ Eyden/ vñ Gehorſam/ damit ſie jhrem Herzen zugethan/** nõ recepto aliquo novo juramento. Et quod Nobiles **bey der Hand-**
31 **trew gelaſſen worden/** ſe non ignorare ait † *Ruland. de Commiſſar. part. 2. libr. 2. c. 11. n. 5.* in cauſa **Wilfardt**
32 contra **Büſch/** injuriarum An. 1570. Sed an † teſtimonium Nobilis, **bey dem Ende damit er ſeinem Herren zugethan/** tanquam jurati teſtis, valet? Negamus cum † *Mynſ. 2. obſ. 3. Everh. Speckhan. cent. 1. q. 5. per tot.*
34 præſertim quando præſtatio juramenti eſt de ſubſtantia, quâ omiſſa teſtimonium nullas vires habet, *l. jurisjurandi, 9. C. de teſtib. l. ſi. quando, C. eod. Schrad. conſ. 13. n. 249. vol. 1.* forma † enim medullaris ad unguem ſer-
35 vanda eſt, *Iac. Ayrer. in proceſſ. hiſt. part. 1. c. 8. obſ. 3. n. 23.*
36 *per tot. & Dd. alleg.* nec ſufficit † eam ſervaſſe per æquipollens, *arg. l. 3. §. cum ſeqq. l. qui per ſalutem, ff. de jurejur. Iaſon. conſ. 97. n. 15. vol. 4. Natta conſ. 368. n. 5. tom. 2.*
37 quippe cum † aliud ſit quid eſſe tale, vel loco talis haberi, *Mod. Piſtor. conſ. 19. n. 47. vol. 2. Thoming. conſ. 53. n. 11. vol. 1.* cum illud denotet proprietatem, hoc verò fictionem tantùm, & aliâs dici ſolet, nullum ſimile eſt idem, *Matth. Coler. de proceſſ. Execut. part. 1. c. 10. n. 282.*
38 *& ſeqq.* Niſi † partes expreſsè juramentum remiſiſſent, **die Zeugen des Endes erlaſſen hetten/** *Gail. d. obſ. 101.*

Digitized by Google

101. n. 2. *Rudinger.* 5. *obſ.* 82. *num.* 4. Uti factum in cauſa Honſtein contra Bentheimb / de quo conſulatur *Ruland. in formular. part.* 2. *lib.* 2. *c.* 12. *form* 4. *&* 6.

III.

Nec tantùm † in teſtimoniis ferendis, ſed & cum de illorum re agitur, magis creditur nobilibus & ignobilibus, *l.* 2. § *qua omnia, verſ. antiqua, C. de vet. jur enuc. Ioh. le Cirier. de primog. art.* 2. *n.* 4. *lib.* 2. *Tiraq. de Nobil. c.* 20. *n.* 35. *Capoll. de imp. mil. delig. c.* 4. *incip. Nobilitatis. n.* 32. adeò, † ut eorum promiſſa, bey jhren Adelichen Ehren/ pro debitis, *Bon de Curtil. tr. nobil part.* 5. *n.* 13. pro factis & completis habeantur, *Caſſana. in Catal. glor. mund. part.* 8. *conſid.* 34. *Decian reſp.* 84. *n.* 32. *vol.* 4. *Thoming. conſ* 2. *n.* 117. *vol.* Et quod Homerus ſcribit *Iliad.* 18. de Agamemnone loquens: 39 40

Αὐτίκ' ἐπεὶ θ' ἅμα μῦθος ἔην, τετέλεστο δ' ἔργον

Mox ſimulac dictum verbum eſt, res ipſa peracta eſt.

Atq; ſic practicatur † quotidie, daß wo ein Fürſt/ Graff vnnd vom Adel etwas zuſaget/ oder ſich verſchreibet/ bey ſeinen Fürſtlichen/ Gräfflichen vnnd Adelichen Ehren/ Trewen vnd Glauben/ alles vnd jedes ſo der Verſchreibung mit einverleibt/ Staatfeſt/ Vnverbrüchlich vnnd wol zuhalten/ zuerfolgen vnnd deme zuleben/ ꝛc. Er ſolches von Rechtswegen eben zuhalten ſchuldig/ als ob er ſolches mit einem leiblichen Eydt geſchworē hett/ bey Peen des Meineydts/ *Mynſ.* 1. *obſ.* 17. *ibiq; Arnold. de Reyger. Gaill.* 2. *obſ.* 59. *nu.* 2. *&* 6. *Coler. de proceſſ. execut. part.* 1. *c.* 10. *n.* 289. ubi in ſpecie ait, id in Nobilibus noſtri temporis procedere, qui ſub fide ſuæ nobilitatis, bey jren Adelichen Treuen vnnd Glauben/ promittunt ſolvere, *Weſenb. conſ.* 10. *nu.* 24. *& ſeqq. Cothman. reſp.* 4. *num.* 358. *vol.* 4. *Nic. Everh. Iun. conſ.* 56. *n.* 27. *&* 29. *vol.* 1. *Colerus conſ.* 29. *n.* 146. Quod confirmat conſuetudo Saxonica, † daß die vom Adell vber jhre Brieff vnd Sigel nicht ſollen diſputiren laſſen/ *Gylman. deciſ. Cam.* 4. *n.* 35. *lib.* 1. 41 42

Quemadmodum autem nimia familiaritas in per-

ſonis, *l. obſervare, 19. ff. de off. præſid.* & abuſus in rebus contemptum parit, ita etiam fit, ut † Nobiles quibus
43 familiare eſt, ut per fidem gentilitiam jurent, **denen es offt ehe im Mund iſt / als das liebe Brot /** ſuſpectos ſe reddant, non ſecus ac illi qui non rogati ad teſtimonium dicendum ſe offerunt, *arg l. quæ omnia, 25. §. 1. ff. de procur. l. ſi quando, 19. in pr. C. de teſtib.* videnturque †
44 vereri ne pro nobilibus non habeantur, ſicuti illi qui facie, verbis ac operibus ruſtici æſtimantur; Quamvis enim equitis titulo gaudeant, tabularii tamen rictum habent, *ut loquitur Stephan. Guazzo de civil. converſat. lib. 2.*

Circa materiam hujus privilegii moventur à Dd. ſe-
45 quentes quæſtiones, quarum prima eſt, an † quod promiſſio ſub fide nobilitatis, **bey Adelichen Ehren /** jurisjurandi loco ſit, judex Eccleſiaſticus diſpiciat?
46 Neg. ſed † ordinarius. Nam & Camera de eadem diſpicere, nec ad judicem alium remittere ſolet, uti conſtat ex relatione & præjudiciis in cauſa **Endorff** cõtra **Endorff /** & ſimile quid incidit in cauſa **Crailßhaim** contra **Brandenburg /** citationis ad videndum relaxari, *ut notat H. Roſenthal. de feud. c. 12. concl. 2. n. 57.*

II. Quæritur, ſi Nobilis † in cautione **in einer**
47 **Hauptverſchreibung /** per verba juramenti æquipollentia, **bey Adelichen / Gräfflichen / Fürſtlichen Ehrẽ / Treuen vnd Glauben /** ſeſe aſtringit, an mandata ſine clauſula in Camera decernenda ſint? Diu in utramque partem hæc quæſtio in Imperiali Camera agitata fuit, *ut videre eſt apud Frider. Mindan. libr. 2. de Mandat. jud. c. 71. nu.* 7. qui tales † prægnantes clauſulas paratam
48 executionem mereri, & mandata ſine clauſula non eſſe deneganda putat. Verum Anno 1600. per pragma-
49 ticam ſanctionem negativè deciſa, † **daß ſolch der Verſchreibung einverleibt** juramentum (NB) **welcherley Geſtalt daſſelbe vorgangen /** viam executivam **nicht verurſachen / noch deßwegen** mandata ſine clauſula, **zuerkennen / ſondern alß ein Beſtarckung /**

vnd

Digitized by Google

vnd Bekräfftigung derſelben zuhalten ſein ſoll. *Deputation* Abſchied/ *de Anno* 1600. zu Speyr/ §. Wann in einer Verſchreibung.

III. Quæritur, an Nobilibus, † Baronibus, Comitibus, &c. qui pro aliis fidejuſſerunt, & beneficio excuſſionis, bey Adelichen/ Herꝛlichen/ vnnd Gräfflichen Ehren/ renunciarunt, *per Auth præſente, C. de fidej.* ſuccurratur? Negant † *Ant. Hering. de fidejuſſ. c.* 27. *part.* 1. *n.* 296. *& ſeqq.* *Weſ. conſ.* 10. *n.* 29. *& ſeq. p.* 1. tum † quod verba Principis debeant eſſe firmiſſima etiam non jurata, *Tiraq. de nobil. c.* 20. *n.* 13. *& ſeq. Crav. conſ.* 241. *n.* 11. nec enim † audiendi Hiſpani ſunt, qui cum aliquid promiſerunt, quod nec ab initio præſtare animus fuit, dicunt fuiſſe ſaltem *Palabras de complimiento,* Ehrenwort vnnd kein rechte Verheiſſung/ *Scipio Ammirat. libr.* 10. *diſcurſ. c.* 8. tum † quod promiſſiones ſub fide principali generoſitatis, vel nobilitatis, inſtrumento inſertæ paratam executionẽ habeant, *Sichard. ad l. fin. n.* 13. *C. de edict. D. Hadr. toll. Frid. Mindan lib.* 2. *proceſſ. c.* 71. *nu.* 7. tum etiam † quod quilibet alius fidejuſſor, qui jurato promiſit beneficium excuſſionis non habeat, *Hering. de fidejuſſ. d. c.* 27. *n.* 45. *& ſeqq. Vinc. Caroc. de excuſſ. bonor. part.* 2. *quæſt.* 15. *n.* 2. *& ſeqq. Sixt. conſ.* 12. *num.* 118. *& ſeqq. vol.* 2. *M.* Quibus tamen non obſtantibus contrarium reſpondit † *Iohan. Köppen. deciſ.* 56. *num.* 11. *& ſeqq. part.* 1. Cujus opinio in puncto juris verior, promiſſa enim † per fidem nobilem propriè juramenti inſtar non habentur, *late Ruland. de Commiſſar. part.* 2. *libr.* 2. *cap.* 11. *numer.* 45. *& ſeqq.* Neq; omnes † effectus juramenti operantur, *gloſſ. in c. pen. verb. promiſit. de jurejur. Anton. de Petra tr. de virib. & virtute juram. per tot.* Et hoc tanto † magis, ſiquidem & hic effectus juramenti de jure eſt controverſus, multi enim ſunt, qui tenent fidejuſſorem etiam juratum beneficio, *Auth. præſente,* non obſtante juramento uti poſſe, *Portius lib.* 1. *concluſ.* 41. *limit.* 1. *in fin. Capell. Tholoſan. deciſ.* 139. *numero* 1.

50 51 52 53 54 55 56 57 58 59

præterea

60 præterea † conſtat, quod hic effectus procedat ex ſpeciali illa juris interpretatione, qua dicitur juramẽtum habere vim ſpecialis renunciationis, *Gaill. 2. obſ. 27. n. 23. Köppen. deciſ. 1. n. 24. p. 1. Weſenb. conſ. 15. n. 64. part. 1.* Certum autem eſt, quod quæ ex ſpeciali interpretatione veniunt, in conſequentiam trahi non poſſunt, alias duo ſpecialia cõcurrerent circa idem. Tandem † & obſervatio quotidiana in tota Germania
61 oſtendit, Nobiles fidejuſſores, quantumvis ſeſe ſub nobili fide obligent, nihilominus exceptionem excuſſionis opponere, eamq; in judicio admitti, *Köpp. d. deciſ. 56. n. 14. p. 1.* unde quę certam interpretationem habent, minimè ſunt mutanda, *l. minimè. 23 ff. de legib.*

62 IV. Quæritur, an Nobilis † contraveniens tranſactioni promiſſæ per fidem, bey Adelichem Glauben/ incidat in pœnã *L. ſi quis major. 41. C. de tranſact.* Affir-
63 mant † *Iaſon. ad d. l. ſi quis, n. 28 Gail. 2. obſ. 59. num. 4. Hier. Schurf. conſ. 62. n. 12. cent. 3. Fichard. conſ. 31. n. 14.*
64 *& ſeq. vol. 2.* Negant fortius † *P. Gilken. ad d. L. ſi quis, nu. 38. & ſeqq Covarruv. in rep. c. quamvis de pact. in 6.*
65 *part. 1. §. 2.* Et quod illa † promiſſio per fidem gentilitiam ſolum operetur quo ad obſervantiam, non quo ad deſtituendum illos honore ſuo, *Gylm. deciſ 9. n. 35. lib. 1.* vel ad pœnam & perjurium ſi contraveniant, tenuerunt *Mynſ. 1. obſ. 17. num. 5 in fin. Ant. Gabriel. lib. 2. concl. 1. n. 29. de tranſact. Ant. de Petra de poteſt. Princ. c. 20. n. 26. Nic. Everh un conſ. 56. n. 29. vol. 1.* quemadmodũ homagium † ſi mediante corporali juramento
66 præſtitum ſit, tum illius fractor perjurus efficitur, ſecus ſi ſola fides interponatur, *ut benè diſtinguit Iohan. Guttierez in Rep. Auth. Sacramenta puberum. n. 149 C. ſi adverſ. vend.* atq; ita † judicatum in Camera Impe-
67 riali teſtatur *Ioan. Fichard. ad Baptiſt. à Villalobos com. opin. lit. F. verb fides, n. 59.*

68 V. Quæritur, an filia renuncians, † *c. Quamvis de pact. in 6.* ſub promiſſione generoſitatis vel nobilitatis, poſſit iſta renunciatione non obſtante in bonis pater-
nis

nis ſuccedere? Aff. *Hartm Piſtor. lib. 4. q. 6. nu. 1. & ſeqq. Pruckm conſ. 48. n. 209. & ſeqq. vol. 1.* Nam etiamſi † 69
regulariter fidei interpoſitio juramento æquiparetur, *c. ad aures de hu quæ vi & met.* Et de promiſſione, bey Adelichen/Gräfflichen/Fürſtlichen Würden/ita ſupra citati Dd. ſenſerunt, *adde Georg Bar. Schamp. de Clauſ. c. 31. §. 1. & ſeq. per tot.* ubi *in §. 1. n. 22.* ait, vocabu
lum † Würde/ κατ᾽ ἐξοχὴν Principibus & illuſtribus 70
perſonis tantum tribui; conſiderandum tamen eſt † 71
hoc procedere, cum promiſſio ſub fide contractui per ſe valido adjiciatur, ſecus ſi invalido, cum ea quæ exorbitent in conſequentiam trahenda non ſint, *l. quod
verò, 14. ff. de legib.* jam verò hujuſmodi † renuncia- 72
tiones jure civili planè ſunt illicitæ, *l. 3. C. de collationib.
Borcholt. tr. de pact. c. 5. n. 61. & ſeqq.* ut ne quidem † ju- 73
ramento (illo ſcil. jure) firmari queant, tanquam factæ contra prohibitionem legis, *l. non dubium. 5. C. de legib.
Ioh. Goedde. de contrah. ſtipul. c. 6. n. 102.* Quod autem † 74
jure Canonico *per d. c. quamvis* aliud diſpoſitum, id nulla alia ratione, quàm juramenti religione factum eſſe ipſa c. verba ſatis oſtendunt. Ergo cum Pontifex ibidem juramentum pro forma & de ſolennitate requirat, hæc verò, ut ſupra adnotavimus, per æquipollens adimpleri non poſſit, renunciationes utiq; ſub fide generoſitatis vel nobilitatis vim nullam habebunt.
Atq; ita † in ſpecie in renunciationibus filiarum jura- 75
mentum corporaliter præſtitum eſſe teſtatur etiam de imperialis Cameræ conſuetudine *Ioh. Fich conſ. 81. n.
3. vol. 2.* Quod tamen † limitatur, niſi conſuetudine 76
introductũ eſſet, ut renunciationes iſtæ ſine juramento ſub fide tantum factæ, firmæ manere deberent, ut docet *Hipp. Riminald. conſ. 164. n. 26. & ſeq. lib. 2.*

IV.

Fideliores cenſentur, † *Bon. de Curtil. tr. nobil. part.* 77
5. n. 26. Friz. de nobil. concl. 22. lit. d. nec † præſumun- 78
tur prodere Principem, *Alciat. de præſumpt. reg. 1. præſ. 48. in pr. Gerard. à Petra ſancta ſingul. 30. num. 3. Decian. reſp.*

79 *reſp.66.n.29.vol.3.* Quapropter † in aulis Principum non ſolum officia eines Marſchalcks / Hoffmeiſters / Stallmeiſters / adminiſtrant, & pro defenſione & tuitione corporis magis quam plebeji excubant, *Iohan. à Chokier. theſaur. pol. lib. 5. c. 2. Capolla. de imper. mil. delig. c. 4. n. 40 in. 37. privil. nobil. Tiraquell. de nobil. cap. 20. n.*
80 *181. Farinac. conſ. crim. 94. n. 9. lib. 1.* ſed etiam † hoſtilitatis tempore caſtra & fortilitia, Feſtungen / Caſtell / Catzen / Schantzen &c. ipſis magis, quam plebejis demandantur, quemadmodum Nobiles à Maßmünſter / Auſtriaci tempore hoſtilitatis oppidum Enſheim / accedere, ejusq; claves retinere & aperire tenentur, *Zaſius de feud. part. ult. n. 13. Sebrad. de feud. p. 2. c. 2. n. 49.*
81 Et notant Dd. Præfectum arcis † loco ſui poſſe ſubſtituere virum nobilem, quem non ſit veriſimile arcem inimicis proditurum, *Ioan. Andr. ad Specul. tit. de locato. ſuper rubr. in fin. Iaſon. in l. ſi pecuniam. § ſed ſi n. 5. ff. de condict. ob cauſ. Meichſner. deciſ. Cam. 9. num. 70. tom. 3.*
82 Quod tamen periculoſum, † & noſtris temporibus perniciosiſſimum eſſe teſtatur *Vinc. Caroc. tr. de Depoſito. part. 1. tit. de culpa depoſitar. n. 37. fol.* 88. juxta illud Virgilii *Æneid. 2.*

——— Quid non mortalia pectora cogis.
Auri ſacra fames?

V.

83 Ad officia ſecularia † magis quàm plebeji aſſumũtur, *Azevedo ad conſt. Hiſp. lib. 6. tit. 2. in rubr. n. 24. Lupus ad rubr. de don. inter vir & ux. §. 9. n. 8. & ſeqq. Fr. Patrit. de Reipub. inſtit. lib. 6. tit. 1. Ioh. le Cirier. de primog. lib. 2. q. 4. art. 2. n. 8. Georg. de Cabedo deciſ. 2. n. 1. p. 1.* Idq; generale
84 † eſſe in honoribus & Magiſtratibus, ait *Hipp. Rimin.*
85 *conſ. 740 num. 24. lib. 7.* Unde conſtitutum, † daß die Weltlichen Churfürſten / Aſſeſſores auß der Ritterſchafft geboren / ernennen vnd præſentiren ſollen. R. A. zu Speir de Anno 1557. §. Weiter nach dem auch ſi vero idonei Nobiles non extabunt, JCtos in eorum locum ſufficere licet, *Ord. Camer. part. 1. tit. 3. §. 2.* deßgleichen

gleichen ſollen / *in fin.* Ita etiam † in Auſtregis deren 86
vom Adell gegen die Chur vnnd Fürſten / ſollen neun
Rähtt geſetzt werden / doch daß zum wenigſten fünff
vom Adel ſein. *ut conſtitutum in Ord. Cam. part. 2. tit. 4.
§. 4. & 13. Denaiſ. in jur. Cam. tit.* 158. *n.* 8. Imprimis vero
ad officia militaria † alß da ſeind Generaln Oberſtē/ 87
Feltmarſchalck / Rittmeiſter / Capitain / Leutenambt /
Leutenambt Cornet / &c. magis quam plebeji aſſumū-
tur, in quibus exercitum ſolent habere promptiorem,
*Hypomneſ. polit. ex lib. 5. Guicciard. hiſtor. th. 72. Capoll. de
Imper. mil. delig. c. 4. Incip. nobilitatis. n. 26. & ſeqq.* tum † 89
quia arcana Imperii præ cæteris ſcire præſumuntur,
arg. c. ſane profertur. 24. q. 2. tum † quia in bello ma 90
gis notantur & vigilant, *Petr. Salazar. tr. de Vſu & con-
ſuet. cap. 1. n. 106.* Nam ut ait Plutarchus, *in lib. de Nobil.*
militat quidam nobilis, ut ignobilis, unius tamen o-
pus ab alterius opere, ut ſervile ab herili differt: tum † 91
quia Magiſtratus viliſcunt, quoties obſcuris homi-
nibus deferuntur, *Novell. 15. in pr. cap. 6. in fin. Bodin.
lib. 6. de Repub. cap. 6. circa fin.* quod etiam clamabant † 92
Ottocarus Rex Bohemiæ, & Henricus Bojariæ Dux,
cum Rudolphus Habſpurgenſis, in Rom. Imp. elige-
retur, *notante Iohann. Avent. lib. 7 annal. Bojor. fol.* 436.
Sic Johannes † Hunniades PRO-REX Hungariæ 93
(Cromerus *lib.* 21. putat fuiſſe baſtardum Sigiſmundi
Imp.) cum miſiſſet ad Huldericum Ciliæ Comitem, ut
ad ſe veniret in caſtra, hoc facere plane noluit, & ad ſe
miſſis reſpondit, Egoné Comes & Princeps ex tam no-
bili familia natus ad te veniam, hominem novum &
noſtra ætate nobilitatū? *ut ex Ænea Sylvio refert Con-
rad. Lycoſth. in apophtheg tit. De nobilitate vera §. fin.*

VI.

In Electionibus † & beneficiis dignitatum ſpiri- 94
tualium, auf den Abteien / vnnd andern Geyſtlichen
collaturen, in paritate ſuffragiorum ignobilibus ſunt
præferendi. *C. officii. 28. de election. & elect. poteſt. Caſar.
Lambert. de jur. patron. art. 9. q. 5. princ. p. 3. lib. 2. Illephonſ.*

Perez

Perez de Lara de Anniverſ. & Cepellan. lib. 2. *c.* 4. *num.* 1. *Cabedo deciſ.* 73. *numer.* 8. *part.* 2. nec refert, † etiamſi
94 ignobiles magis qualificati ſint, & tum corporis, tum animi dotibus plurimum nobilibus antecellant, ſi Eccleſia fortè potentiori indigeat, *Ant. Corſet. in c. grandi nu:* 27. *de ſuppl. negl. prælat. libr.* 6. *Alex. Raudenſ. deciſ. Piſan.* 35. *num.* 196. *Fr. Marci deciſ.* 124. *n.* 1. *part.* 1. quia intereſt per ditiores regi, *Petrut. à Monteſperell. conſ.* 24. *n.* 3. ubi multis exornat, proinde publica felicitas domum Auſtriacam virtute & potentia maximè conſpicuam admovit imperio orbis terræ, *Eberhard. à Weihe/differt. de reg. ſucceſſ. & Elect.* natam quippe ad tutelam generis humani, *Gerhard de Roo in annal. Auſtr. lib.* 1. *cap.* 1.

VII.

95 In votando non ſolùm primum votum † relinquē-
96 dum eſt nobilibus, majorem ſiquidem † dignitatem habens, jure priorem quoq; vocem habere debet, *Marant. in ſpecul. aur. in proœm. n.* 8. *Matth. de Afflict. deciſ.* 1. *n.* 7. *Fab. de Anna conſ.* 40. *n.* 28. *Marzar. conſ.* 26. *num.* 9.
96 Prima autem † vox apud Romanos honorifica cenſebatur, *Gerhard. Mainharz. deciſ. Tholoſ.* 1. *per tot. lib.* 1. *arg l.* 1. §. 1. *ff de alb. ſcrib. l.* 2. *C. de præf. prætor.* Sed etiam
97 voces † nobilium datâ paritate in electionibus præponendæ, *Peregrin. conſ.* 33. *n.* 32. *& ſeqq lib.* 1. non tantùm † in ſecularibus, ſed etiam in electionibus be-
98 neficiorum & dignitatum Eccleſiaſticarum, *Maſcard. de probat. vol.* 2. *concl.* 1002. *n.* 18.

IIX.

Majoribus beneficiis † & præbendis ſunt hono-
99 randi, *arg. c. de multa in fin. de præbend. Barb. de præſtant. Cardin q.* 6. *num.* 11. *part.* 1. *Capolla de Imp. mil. delig. c.* 4. *n* 29. *Ioh. de Selva tr. de benef. part.* 3. *q.* 7. *num.* 16. *& ſeqq. Bertr. conſ.* 2. *n.* 40. *vol.* 3. *part. prior.* cum enim † pro-
100 pter dignitatem graventur majoribus expenſis, conveniens fuit eos in majori ſumma relaxare, *Ioh. Staphil. tr. de grat. & Expectativ. in pr. forma* 4. *n.* 11. Nam primò, quia

Digitized by Google

quia dignitas † major & minor cognoſcitur ex veſti- 101
bus, *Menoch.conſ.902.n.17. vol.* 10. melius debent ve-
ſtiri, † *Roch.de Curte de jur.patronat. rubr. Et utile.*4. 102
n.3.Caſ.Lambertin.de jur.patron. 11.*art.3.qu.princ.n.*1.
*Matth.de Afflict.deciſ.*15.*n.*14. ubi ait, quod mulieres
nobiles ad uſum quotidianum ſerico utantur, *Ant.
Fab.in Cod.lib.9.tit.28.defin.26 n.2.Menoch.conſ.*1144.
*n.77.lib.*12. Unde nobilis † ſi ſtat in domo, & vere- 103
cundatur, quia eſt malè veſtitus reſtituitur adverſus
lapſum temporis, *Gerard. à Petra ſancta ſing.*82.*n.*7.Et
tradunt *Lud.Rom.ſingul.*173.*n.*1.*Rebuff.tr. de Excuſat.
n.44.quem allegat.Ruland.de Commiſſar.part.1.lib.5.c.
6.n.*7.pauperem nobilem, † ob id quod veſtimenta 104
non habet, & nudus comparere non poſſit, contuma-
ciam excuſare, & Commiſſarium hoc caſu ipſum acce-
dere debere, *concordat Ioh.Monach.in pract.judic part.5.
§.4.c.5.n.*3. Secundò † non debent nobiles ſoli vive- 105
re, ſed debent habere famulos, *Decian.reſp.38.num.*13.
*vol.*2. tertiò † palatia ſplendidiora inhabitant, cum 106
honeſtum ſit domum poſſidere convenienter pulchrã
ſecundùm ſtatum & conditionem ſuam, *Guil.Benedict.
in c.Raynutius.verb.domum.n.*10.*&*29.*Cothm.reſp.93.
n.31.vol.*2. parum enim eſt, † eſſe Nobilem quem, niſi 107
etiam illud concurrat, ut nobiliter vivat, *Ant.Faber.in
Cod foren.ſ.lib.9.tit.28.de fin.*18 *n.*1.*in alleg.* Interim ta-
men † Nobiles victum & amictum ſecundum eorum 108
reditus moderari debent, ubi enim impenſam majorẽ
redditus non largiantur, in culpa non dubiè ſunt, qui
ſupra vectigal aut quæſtum ſumptum faciunt, *l.* 3.§.
fin.ff.ubi pupill.educ.deb.Cravetta conſ.972.n.48.part.5.
Idq; & à Catone docemur.

Ne tibi quid deſit quaſitis utere parce,
Vt quod eſt ſerves, ſemper tibi deeſſe putato.

Et illud ejuſdem:

Vtere quaſitis medicè cum ſumptus abundat,
Labitur exiguo, quod partum eſt tempore longo.

Præſertim cum culina † fœdum exitium ſit patri- 109

T monii

monii, *Seneca lib.* 1. *de benef. cap.* 10. E contra, magn...
110 vectigal parſimonia. Nam & Epiſcopo † cautum eſſe quod, quantumvis Nobilis ſit, debeat reſtringere & temperare expenſas, ſecundum Eccleſiæ facultates docet *ex Vital. de Cambin. tr. clauſul. Schrader. conſ.* 39. *n.*
111 198. *vol.* 2. quia non † ad menſuram expenſarũ quærere poſſeſſiones, ſed ex iis quæ ſunt expenſas meti... oportet, ut inquit Imp. *in præf. Novell.* 3. *verſ. non enim*
112 *in fin.* in Patrono † tamen Eccleſiæ, & Epiſcopo con... ſideratur nobilitatis qualitas, ut cum ad paupertaten... venerint, ex Eccleſiæ bonis alantur, *Paul. Citandin. d... jur patron. in 6 part. art.* 4. *n.* 13. *Menoch. conſ.* 321. *n.* 2... *vol.* 4.

IX.

113 In arduis rebus † præ cæteris adhibendi, *l.* 1. *C. d... condit. in publ. horr. Bon. de Curtil. tr. nobil. part.* 5. *num.* 6...
114 Unde in legationibus † obeundis ignobilibus ſun... præferendi. *l.* 4. *§. ordine*, 5. *ff. de legat.* Kirchn. *de leg. lib.*... *c.* 4 *n.* 145. *& ſeqq. c.* 6. *n.* 42. *Caſſan. in Catal. glor. mund... p.* 8. *conſid.* 38. *Decian. reſp.* 7. *nu.* 57. *vol.* 3. Nam præter...
115 quam † quod lumen ſanguinis apud aulicos maximum habeat intuitum, & ut novus homo Arpinas fatetur, Nobilitati omnes favent, quia ipſa eſt bland... conciliatricula, *ut ait Cicero in Orat. pro P. Sextio.* advertendum eſt, ne contemnatur legatio, ſeq; cõtemn... putet is, ad quem mittitur, niſi legati dignitas, & ejus à quo mittitur, & ejus quoq; ad quem deſtinatur dignitati reſpondeat, *P. Friz. de nobil. civil. concl.* 22. *lit. h...*
116 *Tiraq. de nobil. c.* 20. *n.* 43. *& ſeqq.* Cæterùm † etiam... aliâs non credatur dicenti ſe eſſe legatum, (quia lega...
117 tionis † qualitas non eſt originaria cui ad contrari... uſq; probationem ſtandum ſit, *poſt Bart. in l. ſi priuſqua...* 15. *n.* 18 *ff. de op. nov. nunc. Meichſn. tom.* 4. *deciſ.* 11. *n* 4. niſi per pragmaticam formam doceat, & literas credentiales, Credentʒ oder Creditiffſchreiben exhibeat... *l.* 1. *C. de mandat. Princ. Novell.* 17. *c.* 3. *Gondiſſalv. de Villadieg. tr. de legat. q.* 6. *n.* 15. *cum ſeqq. Nic. Boer. tr. de poteſt...*
legat...

legat à latere, n. 28. & ſeqq. Nic. Reuſner. deciſ. 14 n 29. & ſ. q. lib. 3. Fr. Marci deciſ 425 n. 5. tom. 2 nobilitas † ta 118
men aſſerentis plerunq; facit, ut ſibi ſine alia proba-
tione credatur, *per tex. in c. nobiliſſimus, 17. diſt. Barbat. de Cardin. leg. à later q. 1. memb. 1. n. 4. & 11. Azevedo ad conſt. Hiſp. lib. 6. tit. 8. in rub. n. 3. Chaſſan. ad conſu. Burg. rubr 1 §. 6. tex. ſont. creuz. n. 2. & ſeqq. Decian. reſp 66. n. 35. vol. 3.* quia pro nobilibus † præſumendum, quod 119
nec mentiantur nec fidem fallant, *Menoch. conſ. 466. n. 31 lib. 5.* ita ut credens † ſimplici verbo nobilis non 120
ſit in culpa ſi erraverit, *Decian. reſp. 44. n. 32. vol. 1.* pro-
ptereaq; excuſetur, *Hier. Magon. deciſ. Florent. 149. n. 13. latè Ant. Gabriell. lib. 7. concl. de maleſic 8. nu. 36. & ſeqq.*
Quod tamen † tam facti quàm juris eſſe ait *H. Kirchner. de legat. libr 1. c 7. n. 14.* ac ſi fortè hîc receptum, 121
illic idem rejectum, quandoquidem, † ut nunc ſunt 122
hujus ſeculi manus, oculatæ ſunt, *Gabr. Rollenhag. cent. 1. Emblem. 71. Alciat. in Emblem.* credunt quod vident, *Plautus in Aſinar. act. 1. ſcen. unumquodq; 3.* ſiquidem ut ait, Virgilius *lib. 7. Æneid.*

Vndiq; fraudis abunde eſt.

AD CAPUT XIII.

SUMMARIA.

1. *Nobiles reverenter ſunt ſalutandi.*

2. *Honor non ſolùm honorati eſt, ſed etiam honorantis.*

3. *Conſuetudo admovendi manum ori in ſalutando potentes, & unde fuerit introducta.*

4. *Precatio Germanica,* Gott grüß euch / *unde originem ſumat.*

5. *Nobiles in ambulationibus & ſeſſionibus, cæteris paribus ſunt præferendi,* n. 6. *Ampliatur.* n. 8, & ſeq.

7. *Dignioribus dignior locus debetur.*

10. *Nobilium judex in Hungaria nobilis eſſe debet.*

11. *Iudex nobiles in judiciis ſalutare & ad ſedendum invitare debet.*

12. *Nobiles non verbo, ſed in ſcriptis ſunt citandi.*

13. *Non debet citari qui eſt præſens. Fallit in Nobile,* num.14.

15. *Nobilibus longior terminus eſt præfigendus.*

16. *In cauſis criminalibus procurator intervenire nequit.*

17. *Limitatur in perſonis illuſtribus. Ratio,* n. 18.

19. *Controvertitur.*

20. *Nobiles de calumnia perſonaliter non jurant.*

21. *Illuſtres calumniari non præſumuntur.*

22. *Verbum ſimplex Principis cujus efficaciæ.*

23. *Limitatur I. Niſi ſit conſuetudo in contrarium.*

24. *II. Niſi ſint de fracta pace ſuſpecti.*

25. *Sublimitatur in Principibus.*

26. *III. In ſanciendis fœderibus perſonaliter jurant.*

27. *IV. In terminis tutelæ & curatelæ.*

28. *V. In terminis homagii ſubjectionis,* n.29.

30. *Sublimitatur in homagio fidelitatis,* n.31.

32. *Niſi conſuetudine aliter ſit receptum.*

33. *Nobiles domi per Commiſſarios ſunt examinandi.*

34. *Si ſc. Nobiles immediatè imperio ſubjecti ſint.*

35. *Vel in aliquo officio dignitatem annexam habente.*

26. *Nobilibus cum ruſticis productis, juramentum ſeparatim deferendum eſt.*

37. *Saltem de urbanitate.*

38. *An Commiſſarius præcisè cogatur accedere ædes nobilium.*

39.

39. *Negant Dd. communiter.*

40. *Contrarium authori placuit.*

41. *Verbum oportet neceſſitatem ſignificat.*

42. *Aliquando verò decentiam & honeſtatem.*

43. *Idemq́; ſignificat quod conſentaneum eſt.*

44. *Quis debeat ferre ſumptus, quando ad nobilem perſonam proficiſcendum eſt, ut domi juret.*

45. *Alii communibus expenſis expediri debere putant.*

46. *Alii ſumptibus petentis, vel expenſis adverſarii,* num. 47.

48. *Dignitas debet prodeſſe non obeſſe.*

49. *Augere non minuere.*

50. *Alii ſumptibus Nobilis.*

Nobilitas alteri non debet eſſe detrimento.

51. *Alii committunt judicis arbitrio.*

52. *Nobiles non tenentur ire pedes,* n. 53. & ſeqq.

56. *Vſus hujus enthymematis.*

57. *Excuſationem nobilis, quod equos habere non potuerit, non attendendam.*

59. *Ruſtici non poſſunt equo vel vehiculo.*

60. *Nobilium facta ſolenniori pompa ſunt pertractanda,* n. 61, & ſeqq.

64. *Injuria fit nobilibus, ſi modico ſumptu ſepeliantur.*

68. *Nobiles in criminalibus ſatisdatione non onerantur,* n. 69. & ſeqq.

72. *Sed in practica id hodie vix obſervatur.*

73. *Præjudicium Cameræ Imp. de nobili relaxando, & in diverſorium remittendo.* (& ſeqq.

74. *Injuria nobilibus illata gravius punitur,* n. 75.

 78.

78. *Alapa nobili illato gravior offenſa eſt quàm vulnus.*

79. *Levis offenſa in nobile habetur pro magna.*

80. *Nobilis ad evitandam alapam poteſt plebejum occidere.*

81. *An Nobilis injuriarum agere poſſit,* dem das Weyde-Meſſer geſchlagen wirdt.

82. Pritſchen *à Romanis ad Germanos dimanavit.*

83. *Injuria dicitur, quod ex more regionis pro tali habetur.*

84. *In actione L. Aquiliæ conſideratur perſonæ qualitas.*

85. *Stuprans puellam gravius punitur, quàm ſi ſtupraſſet ignobilem.*

86. *Nobilibus major & latior dos eſt conſtituenda,* n.87.

88. *Etiam ex fructibus feudalibus, ſi allodialia non ſufficiant.*

89. *An ex ipſis bonis feudalibus.*

90. *Nobilitas altera dos eſt.*

91. *Puella dicitur pauper, quæ pro dignitate non poteſt matrimonio copulari.*

92. *Nobilitatis ratione conſtituenda eſt dos ultra legitimam.*

93. *Alimenta ampliora conſtituenda ſunt nobilibus,* n.96.

94. *Non coguntur veſci, ut pauperes.*

95. *Vel alimenta in hoſpitalia ſumere.*

97. *Ruſticorum cibaria ſunt allium, cepæ, panis ater, caſeus.*

98.

98. *Limitatur in ruſtico divite.*

99. *Nobilium cibi ſunt pulli & hujuſmodi delicati cibi.*

100. *Parſimoniæ non repugnat victus pro conditione.*

101. *An alimenta debita nobili extendantur ad famulos.*

102. *An tutor nobili minori cibaria delicata præſtare debeat.*

103. *An dignitas alimentorum etiam ſit conſideranda in ſpurio,* n.104.& ſeqq.

107. *Pater non tenetur alere filium, qui ſibi victum parare poteſt.*

108. *Limitatur in Nobile, qui ſi operaretur, nullam tamen mercedem laboris petere poſſet,* n.109.& ſeq.

111. *Sublimitatur, niſi conſuetudo nobili operari permitteret.*

113. *Nobilis pro elocanda ſpuria poteſt ſubditis collectam imperare. Controvertitur,* n.114.

115. *Nobilitatis ratione extenditur beneficii conceſſio.*

116. *Augetur uſus vel utilitas.*

117. *Legatum pinguius intelligitur conceſſum,* n.118.

119. *Legatum in genere factum vel obſcurè, verificatur in minori vel mediocri. Fallit in Nobile,* n.120.

121. *Quod nobili pauperi relinquitur, in piam cauſam relictum cenſetur.*

Caput XIII.

De Privilegiis, quæ conſiſtunt in reverentia & honoribus nobilitati deferendis.

I.

1 NObiles † reverenter ſunt ſalutandi, *Gratian tom. 2. diſcept. for. cap. 284. Caſſan. in Catal glor. mund. p. 8. conſid.* unde ad omnem occurſum illis aſſurgendum, caput revelandum, de via decedendum, &c. nec enim
2 honor † ſolùm in honorato, ſed etiam honorante eſt, *Fr. Marci deciſ. Delph. 806. num. 11. tom. 1.* In conſuetudine quoq; poſitum eſt, ut in ſalutandis potentibus, aut in honore eis habendo ſoleamus noſtram ipſi ma-
3 num ori admovere, quæ † conſuetudo à veteribus ducta ac propagata videtur; Solebant enim illi cum præterirent aliquod monumentum, in quo divinitatis aliquid eſſe opinarentur, manum ad os referre, & tenui murmure preçari illos ligneos & lapideos Deos, ut ſibi faverent, *pro ut notat Muretus lib. 19. var. lect. c. 1.* Ubi ait, quod nos hodie in colendis potẽtibus eodem geſtu utimur, quo veteres Diis ſuis honorem exhibebant. Sunt & alia ſalutationum genera, quibus Nobiles & Principes honorari ſolent, ſed hæc in aulis à Cortiſanis ſunt ediſcenda. ſaltem hoc addimus, quod
4 Johannes Gioppius † Germanorum ſalutandi formulam, **Gott grüß euch** / à divina illa ac primæva benedictione, *Creſcite & multiplicamini* derivatam eſſe exiſtimet, *pro ut eum refert Simon Majol. tom. 2 dier. canicul. colloq. 2. fol. 126.* ſed riſum teneatis amici, quia lepidum eſt memoratui.

II.

5 Nobiles in ambulationibus, † & ſeſſionibus, aliiſq; id genus præferentiis, ſunt plebejis præferendi,

Caſſan.

Caſſana.in Catal.glor.mund part.8.conſid.38. & in conſuet. Burg.rubr.6.§.4.num.7. Azevedo conſil.29.num. 26. data † ſcilicet in cæteris paritate, *Menoch.conſil.* 6
126.num 36.in fin.lib.2. dignioribus † enim dignior 7
locus debetur, *per tex. & Dd.ſupra cap.10.alleg. quibus adde Schneidew.de feud.part.9.num.23. Henr.Hartman. tit.49.pract. Obſerv.4.num.4.* quod Athenis olim ſingularis præmii loco conferebatur, & à Romanis non modò in ſenatu, ſed etiam in theatralibus ſpectaculorum circis obſervabatur. Lipſius *in Amphitheatr.* Idq;
non † tantum obtinet in viris nobilibus, ſed etiam 8
in illorum uxoribus *Decian. reſp.84. num. 16. vol.5.*
cum diſpoſitum † in uno ex correlatis, intelligatur 9
etiam diſpoſitum in altero, *Curt.Iun.conſ.6.num.14. part.1.*

III.

Nobiles ſi in judiciis comparent, Judex, (qui in
Hungaria † in cauſis nobilium, non niſi nobilis eſt, 10
Ioh.Bonfin.lib.7.chronic. Hungar.4.partis) eos ſalutare
† & ad ſedendum invitare debet, *arg l.3.in fin. C.ubi* 11
ſenat.vel clariſſ.l.3. C.de off.div.jud.l.2. C.de prox.ſacr. ſcrin. Bon.de Curtil.tr.nobil p.5.num.34. Otalora de nobil. Hiſp.p.4.princ.cap.ult.num.5. Scaccias lib.1.de judic.cap. 86.n.19. Ubi ait, quod judex debeat conſiderare qualitatem rei, num ſit nobilis vel ignobilis, quia cum nobile debet urbanius agere, faciendo, quod ſedeat aliquo humiliori loco, *Schrader.conſ.3.n.197.vol.1.*

IV.

Nobiles † & illuſtres ad judicium non verbo, ſed 12
in ſcriptis ſunt citandi, *arg.l.quoties.17.§1.C.de dignit. Emer, à Rosbach.in proceſſ.civ tit.23.num.3. Maranta.in ſpecul.aur.part.6.de citat.num.76. Rebuff.ad conſt. regn. Gall.tom 3.tr. de citationib.in præfat.num.55. Cacheran.*
conſ.9.n.27. Unde conſequitur, quamvis citari † non 13
debeat, qui eſt præſens in judicio, *Gaill.1.obſ.51.n.8. Surdus conſ.227.n.16.lib.2. Cravett. conſ.348.num.24.*
part.3. Quod tamen † illuſtris homo citandus eſt, 14

T 5 quam-

quamvis præſens ſit, *Nic. Calvol. in prax. aur. §. citatio.*
14 *8. concl. 6. n. 64. ubi alleg. Angel.* tum † etiam longior
terminus in judiciis ipſis eſt præfigendus, *Ioh. Meichſ.*
deciſ. 1. n. 38. tom. 2. lib. 2. Ubi ait, volunt etiam practici,
quod non tantùm locorum diſtantia, in terminis prę-
figendis ſit cõſideranda, ſed etiam habenda ratio per-
ſonarum Illuſtrium præſertim. &c:

V.

15 Quamvis † in cauſis criminalibus, **in Peinlichen**
Sachen/ procurator intervenire non poſſit, *l pen. §. 1.*
ff. de publ. jud. l. ff. an per al. cauſ. appell. Gaill. lib. 1. de P. P.
c. 10. num 1. & ſeqq. Phil. Portius. lib. 5. comm. concluſ. 38.
16 *per tot.* hoc tamen limitatur † in perſonis illuſtribus,
quæ procuratorem in capitalibus criminibus conſti-
tuere poſſunt, *l. quicunq; 25. juncta Auth. Hoc jus C. de*
procur. Gaill. d. c. 10. n. 12. Tiraquell. de Nobil. c. 20. n. 141.
Portius d. concluſ. 38. limit. 7. Mart. de Caraz. tr. de Princ.
17 *q. 133. Nic. Everh. Iun. conſ. 41. n. 2. vol. 2.* ne † ob illo-
rum præſentiam timorem judici & parti incutiant, im-
pediantq; quò minus judicium tutè pertrãſeat, *Sebaſt.*
Vant. tr. de nullit. rubr. 11. de nullit. ex defect. inhabil. Con-
18 trarium tamen, † quod hoc tantùm verum ſit ratio-
ne cauſæ injuriarum, tenent *allegati apud Portium d.*
concluſ. 38. limit. 7. ſequitur Becerus claſſ. 6. diſput. 6.
th. 42.

VI.

19 Nobiles & Illuſtres † de calumnia perſonaliter
jurare non tenentur, *Weſenb. in par. C. de jurejur. num. 6.*
20 *in fin. Schrader. de feud. part. 10. ſect. 3. n. 77.* quia † ca-
lumniari non præſumuntur, *Natta conſ. 487. num 47.*
21 atq; verbum † ſimplex Principis ejusdem eſt effica-
ciæ, cujus eſt juramentum mercatoris, *Iohan. Bapt.*
Caccialup. in Rep. l. omnes 9. num. 107. ff. de juſt. & jur.
23 Niſi † I. Conſuetudo loci ſit in contrarium, pro ut
eſt in Saxonia, ubi illuſtres perſonæ coguntur ipſæ, &
non per procuratorem de calumnia jurare, *Warem.*
ab

ab Erenberg. de fœder. lib. 2 *cap.* 1. *num.* 124. Ubi ſe hoc vidiſſe obſervatum ſcribit in judicio appellationis Dreſdæ inter Illuſtriſſ. Ducem Ottonem Brunſwicenſ. & Luneb. & Comites à Schwartzburg / *Item teſtantur Knichen. de Sax. non prov. jur. verb. Luſ c* 4. *n.* 82 *& ſeqq. Dan. Moller lib.* 4. *ſemeſtr. cap.* 20. *n* 1. Quod tamen juri Saxonico haudquaquam conſentaneum eſſe arbitrãtur *Andr Rauchbar. part.* 1. *q.* 8. *n.* 18. *Colerus deciſ.* 115. *n.* 19. *& ſeqq. part* 1. 24

II. Niſi † de fracta pace ſuſpecti ſint Nobiles, Barones, Comites, tum enim coram adeſſe & reſpondere, per jusjurandum innocentiam ſuam teſtari, vel juramento ſe purgare tenentur, *per Ordin. Cam. part.* 2. *tit.* 10. *in princ. Denaiſ. injur. Cam. tit.* 253. §. 1. *& ſeq.* Excipiuntur Principes, † qui per procuratorem, eumque minimum Nobilem, der zum wenigſtẽ einer vom Adelſein ſoll Jusjurandum judici præſtant, *Ord. Cam. d. tit.* 10. §. Were aber der. 4. *Rauchbar. d. quæſt.* 8 *n.* 22. Sunt & alii caſus in quibus tam Nobiles & Illuſtres, quàm plebeji perſonaliter & propria manu jurare tenentur. Ut in ſanciendis † fœderibus, *Waremund. ab. Erenberg de fœder. lir.* 2 *cap.* 1. *num* 124. Ubi jusjurandum ita cohæret perſonæ jurantis, ut ab ea divelli non poſſit, *Bodinus lib,* 5. *de Repub. cap* 6. adeò ut non ſufficiat, ſi quis juraverit, Bey Adelichen/ Herzlichen/ Gräfflichen/ Fürſtlichen Ehren/ *Waremund. ab Erenberg. d. cap.* 1. *de fœder. num.* 122. A quo diſſentit *Beſold. lib.* 2. *pol cap.* 6. *num.* 33. ait tamen, tutius eſſe ſolemnẽ & religioſam interponi aſſertionem. Item † in terminis tutelæ & curatelæ; quã ſubiit Princeps. *Schrader. de feud. part.* 10. *num.* 236. Item † in terminis homagii ſubjectionis, *Gaill. de Arreſt. cap.* 7. *num.* 11. *Vult. de feud. cap* 7. *num.* 32. *Surdus conſ.* 159. *num.* 17. *lib.* 1. adeò † ut jusjurandum Vicarii etiam cum ſpeciali mandato intervenire nequeat, *Knichen. cap.* 3. *Encyclopæd. num.* 113. quod tamen putat *Schrader. conſil.* 17. *n.* 15. *vol.* 1. quamvis † aliud receptum ſit in homagio fideli-

(Right margin, in order down the passage: 25, 26, 27, 28, 29, 30)

fidelitatis, & juramento inveſtituræ, quod per procuratorem præſtari poteſt, *Dan. Moller. lib. 4. ſemeſtr. c. 20.*
31 *num. 4.* modò † ſpeciale mandatum habeat, *Schrad. de feud. part. 6. c. 4. numer. 30. & ſeq. Menoch. conſil. 426.*
32 *num. 38. tom. 5.* niſi † conſuetudo loci ſit in contrarium, quemadmodum in aula Electoris Saxoniæ, ubi præſentia Vaſalli ſemper requiritur, *Hartm. Piſtor. libr. 2. quaſt. 47. num. 58. & ſeqq.* Verùm de his & ſimilibus abunde Dd.

VII.

33 Nobiles † domi per Notarios vel Commiſſarios ſunt examinandi, ibique juramentum præſtare debere uno ore tradunt *Vinc. Caroc. tr. de juram. deciſor. q. 13. num. 8. & ſeq. Farinac. de teſtib. quaſt. 77. c. 5. per tot. Menoch. de recup. poſſ. remed. 15. numer. 359. & ſeq. Pacian. conſ. 118. num. 44. arg. l. ad perſonas, 15. ff. de jure jur. l. 2. §.*
34 *1. C. eod.* Quod tamen † ita intelligunt; ſi ſc. Nobiles vel immediatè Imperio ſubjecti ſint, *Ruland. de Com-*
35 *miſſar. p. 2. lib. 2. c. 5. num. 11.* vel in aliquo † officio dignitatem annexam habent, ut ſunt in Germania, Statthalter/ Hoffmeyſter/ Marſchalck/ *Hier. Setzer. de juram. lib. 3. c. 7. num. 7. Matth. Steph. de jurisd. lib. 2. p. 1. c. 7. in. 2. num. 80. & ſeqq.* Quaſi aliud ſtatuendum ſit, immediatè Imperio ſubjectis, nec tale officium habē-
36 tibus, licet hoc † in illis peculiare ſit, ſi cum ruſticis ſunt producendi, quod ſingulari citationi nomina ipſorum ſint inſerenda, & in productionis die ſeparatim, non unà cum ruſticis juramento aſtringendi, *Nic. Wineus in proceſſ. Cam. Imper. lib. 4. rubr. de proceſſ. com-*
37 *miſſ. tit. 1. fol. 149.* quod tamen † urbanitatis potius, quàm neceſſitatis eſſe putat *Ruland. de Commiſſ. part. 2. lib. 2. c. 12. n. 13.*

Circa hoc I. opportunè quæritur, an Commiſſa-
38 rius † præcisè cogatur accedere ædes nobilium? Et
39 videtur dicendum quod non, † volunt enim Dd. quod illud, ut ad egregias mittatur, ſit de gratia & urbanitate, & ideò Commiſſarium non teneri ſi nolit,

H. Hart.

H. Hartman. tit. 15. pract obſ. 17. num. 26. Ioan. Milæus ad conſt. Franc. rubr. 22. des Enqueſtes. num. 8 *Lud. Roman. ſingul.* 789. *num.* 1. Contrarium † tamen eſt verius, 40
Ioch. à Beuſt. in l. ad perſonas, num. 33. *ff. de jurejur. Ruland. de Commiſſar. p. 2. lib. 2. c. 5. num.* 18. Idque per *d. l. ad egregias* ponderando vocabulum oportet, † quod 41
neceſſitatem ſecum trahit, *Arumæus deciſ. 13. num.* 28. *lib: 1. H. Riminald. conſ. 633. num. 43. libr. 6. per tex alleg.* licet aliquando † etiam decentiam & honeſtatem, 42
large verò importet, ratione ſubjectæ materiæ, *Guttierez de tutel. part. 1. c. 16. n. 36. Gylman. in Symphor. tom. 1. part. 1. tit. 3. vol. 1. n. 11.* & idem ſit, † quod conſentaneum, vel opportunum eſt, *Everhard. in top. loco 95. n. 17. Guttierez. d. c. 16 n. 139. Ioſeph. Ludovic. deciſ. Peruſ. 78. n. 9. part. 2.* 43

Secundò quæritur † quis ferre debeat ſumptus, 44
quando ad perſonam nobilem eſt proficiſcendum, ut domi juret? Communibus † expenſis, & jurantis, 45
& partis adverſæ illud juramentum exigentis expediri debere putat *P. Coſtal. ad l. ad egregias, 15. ff. de jurejur. per l. ſed & loci. 4. ff. fin. regund.* Alii † ſumptibus pe- 46
tentis, & ſic expenſis adverſarii, *vid. Ruland. in formular. part. 2. lib. 2. c. 3. form. 16. 17. 19.* quia aliâs † Nobi- 47
lis in hoc non plenè frueretur privilegio, ſi ſuis expenſis id fieri deberet, *Bart. in l generaliter, §. his de C. de reb. cred. Guttierez. lib. 1. pract. quaſt. 63 num. 3.* & dignitas
† debet prodeſſe non obeſſe, *P. Barboſa ad l. ſi longius, 18. §. ſi filius f. num. 58. ff de jud.* augere † non minue- 48 49
re, *Cravett. conſ. 984. num. 101. part. 6. Bero conſ. 74. nu. 23. vol. 1.* Alii † ſumptibus Nobilis, ne dignitas ac 50
perſonæ nobilitas alteri ſit detrimento, *Borcholt. tr. de jurejur. c. 4. num. 18. Menoch. de A. I. Q. caſ. 228. num. 11. & ſeq. Capell. Tholoſ. deciſ. 100. num. 1. Matth. de Afflict. deciſ. 177. n. 1.* Alii † deniq; id committunt arbitrio 51
judicis, *Hottomann. diſp. ffor. 22. th. 33. propter l. generaliter, 12. §. 4. C. de reb. credit.*

VIII.

VIII.

Nobiles † non tenentur ire pedes, ſed equo vel
52 vehiculo uti debent, *Capoll. tr. de Imp. mil. delig. c. 4. nu. 34. Bon. de Curtil. de nobil. p. 5. n. 75. Gaill. 1. obſ. 99. n. 4. Lupus in rep. rubr. de donat. inter vir. & ux. §. 11. n. 9. Azevedo ad conſt. Hiſp. lib. 3. tit. 11. leg. 4. num. 1. Georg. de Ca-*
53 *bedo deciſ. 73. n. 14. part. 2.* Quod † etiam de Doctoribus affirmat *Fr. Marci deciſ. Delph. 649. n. 7. tom. 1.* Qui-
53 bus adſtipulatur, † quod olim apud Romanos, *Alex. ab Alexand. lib. 5. genial. dier. c. 18. in fin. P. Matth. libr. 5. hiſt. Franc. narrat. 1. n. 6. circa fin.* Parthos † & Perſas
54 lege Cyri, equo vehi, aut pedes ire nobilitatem à vulgo diſtinguebant, *Alex. Sardus Ferrarienſ. de morib. &*
55 *ritib. gent. lib. 1. c. 15.* Nullus † enim honeſtè genitus pedibus incedebat, *ait Iuſtinus lib. 4. facit l. 1. C. de honorator. vehicul.* Atque hujus enthymematis maximus
56 eſt uſus † in productionibus teſtium, cum enim teſtes ad dicendum matrimonium plerunq; ultra montes, (ut cum Practicis loquimur) ſint evocandi, ſumptus à parte producentis præſtandi ſunt, & quidem competentes, *per l. quoniam. 11. C. de teſtib. Iac. Ayrer. in proceſſ.*
57 *hiſtor. part. 1. c. 4. obſ. 1. per tot.* Sic etiam † ſi Nobiles à Commiſſariis citentur, ſe excuſare ſolent, daß ſie mit Pferdt vnd Wagen nicht verſehen. Ita quidam edere debens inſtrumētum ſe excuſabat in cauſa Aſcheburg contra Steinberg / *ut teſtatur Ruland. de Commiſſar. part. 1. lib. 5. c. 6. n. 8.* ubi tamen ait, quod hæc exceptio per partes in continenti refutari poſſit, cum ſi ipſimet non habent, locato accipere debeant recepto à parti-
58 bus pretio, ideoque plerunque † adjici in citationibus ſolet, daß ſie auff des producenten Vnkoſten er-
59 ſcheinen ſollen / ſi tamen ruſticus † equo vel vehiculo utatur, ſumptus illi præſtandi & refundendi non ſunt, *Felin. in c. cum omnes, nu. 39. de conſt. Tiraq. de nobil. c. 20. n. 77. Gaill. d. obſ. 99. n. 4. Amanell. de claris aquis, ſingul. 181. num. 1. Rebuff ad conſt. regn. Gall. tom. 3. tr. de expenſ. damn. art. 5. gloſſ. un. n. 8. Cephal. conſ. 216. n. 11. lib. 2.*

IX.

IX.

Nobilium facta † ſolemniori pompa ſunt pertra- 60
ctanda, Octav. Simoncoll. tr. de Decret. in præfat. nu. 85. &
lib. 1. tit. 2. n. 13. Unde † eorundem ſtudia, Card. Man- 61
tic. deciſ. 335. n. 1. Doctoratus, † c. cum ſit nimis. 2. verſ. 62
ipſosq; extr. de magiſtr. nuptiæ, † Adeliche Däntze/ & 63
exequiæ majoribus expenſis & ſolemnibus ſunt cele-
brandæ, l. ſi quis, 12. §. ſumptus ff. de relig. & ſumpt. fun.
Bon. de Curtili tr. nobil. p. 5. n. 82. Burſat. conſ. 226. n. 131.
lib. 3, in tantum, † ut nobilibus injuria fiat, ſi modico 64
ſumptu ſepeliantur, per l. etſi, 14. § judicem. 10 ff. de re-
lig. & ſumpt. fun. Inter cætera † in pompis funerali- 65
bus nobilium imagines majorum, noſtri vocant, die
Ahnen/ Schilt vñ Helm/ deferuntur, Caſſan. in Catal.
glor. mund part. 2. conſid. 6. Tiraq. nobil. c. 20. num. 149 &
ſeq. Welche/ † (ut & annulus ſignatorius) wann der 66
Letzte des Geſchlechts/ Stammes vnnd Nahmens
verſtorbē/ beym Grab zerbrochen/ zerſchlagen/ bey ge-
legt vnd zugleich mit begraben werden / Ioh. Rudinger.
cent. 5. obſ. 46. Et hoc eſt, ꝙ ait Tacitus, † lib. 16. Ann. 67
c. 16. ſ. Exequiæ à promiſcuo ſecernāt funere Nobiles.

X.

Nobiles † in criminalibus, ſatisdatione non one- 68
rantur, ſed juratoria cautio ab his exigitur, l. Quoties.
C. de dign. Weſenb. in par. ff tor. de cuſt. reor. n. 5. circa. fin.
Ant. Hering. de fidejuſſ. c. 10. n. 369. Cacher. deciſ. 70. n. 3.
quando ſc. † pœna non eſt capitalis, Hortenſ. Cavalc. 69
de brach. regio part. 2. n. 172. cum all. Imò † etiamſi de 70
pœna corporali ageretur, tamē ſub tali cautione per-
ſona nobilis eſſet relaxāda, Damhoud. pract. crim. c. 20.
n. 11. Weſ. conſ. 269. n. 114. part. 6. præſertim † ex jure 71
Saxonico in nobili bene poſſeſſionato, Landtrecht/ li.
1. art. 3. & 34. ubi gloſſ. & lib. 2. art. 3. & 5. ubi gl. n. 3. Licet
† id hodie in practica non obſervari dicant Iul. Clar. tr. 72
crim. §. fin. q. 46. n. 16. Far. lib. 1. prax. civ. q. 33. n. 64. ubi
ait, L. Quoties ab aula receſſiſſe, maximè ſi procedatur
ex officio, & agatur de delicto gravi, Gutt. li. 4. pra. q. 21.

num.

num.10.& ſeq. Nicol. Everh. Iun. conſil.8.num.4.vol.4.
73 De quo † videndum præjudicium Cameræ *apud Raph.Seiler. lib.2. ſentent.de die* 30. *Octobr. Anno* 34. Iſt Doctor T. ein Mandat an die Statt N. den gedachten T. auff genugſame Caution, in einer Herberg wie Edelmans gebrauch iſt / laut ſeines ſelbſt gethanen erbietens verſtrickt zubleiben / auß der angezogenen Gefänckmüß zuerledigen/hiermit geſchehener Einrede unverhindert erkandt.

XI.

74 Injuria † nobilibus illata longè aliter æſtimatur, quàm ea quæ ignobili infertur. *Dan. Moller. ad conſt. Sax. conſt.43.num.1.part.4. Marcell. Cala de modo artic. §.2. gl.un.num.797. Pruckman. conſ.22.num.42.vol.1.*
75 Sed † & gravius punitur iujuria nobilibus facta, quā quæ facta eſt plebejo. *§. poena 7. verſ. nam ſecundum. §. atrox 9. Inſtit. de injur. Bon. de curtil tr.nob.p.5.num 52. Otalora de nobil. Hiſp.p.4.princ.cap.ult.num.*11. præſer-
76 tim † ſi ſcripto contra Nobilem & in judicio commiſſa, *Meichſner. deciſ. Cam.4.poſt.princ. libr.1. fol.27.*
77 vel ad † totam nobilitatem in aliquem irritandam
78 excogitata ſit, *Cothman. conſ.59.n 35. vol.2.* Unde † alapa Nobili vel militi illata reputatur gravior offenſa, quā vulnus, *Petr. Belln.tr.de re militar.part.10.n.39.*
79 *65.& ſeqq Fr.Vivius deciſ.46.n.10.lib.1.* quia † etiam levis offenſa in nobile habetur pro magna, *Adr. Neguſ. in ſylv. reſponſor quaeſt.260.num.3. Herculan.tr.de caut.*
80 *de non offend.cap.26.num.*14. in tantum, † ut Nobilis à plebejo aggreſſus ad evitandam alapam, poſſit eum occidere, *Damhoud. pract.crim.cap.79.n.3. Proſper Faſeth.conſ.202.n.1.& ſeqq. Bero conſ.173.num.6.& ſeqq.*
81 *vol.3.* Sed an † Nobilis, cui in actu venationis, das Weide-Meſſer geſchlagen wirdt/vel propterea quod in exercitiis tormentorum vel baliſtarū à ſcopo aberraverit, vel aliâs die Sau bekommen hatt/ à ſcurra flagro quodam ligneo ſeu tabella ſuper nates percutitur,
82 oder gepritſchet wirdt/ (quem † morem à Romanis

anti-

antiquioribus ad Germanos dimanaſſe probat *Sim. Majol. tom. 2. dier. Canicul. colloq. 6 fol. 353.*) actione injuriarum agere poſſit? Neg. quia per jocum & luſum non infertur injuria, *l 3. §. 3. ff. de injur. Farinac. libr. 5. pract. crim. quaſt.* 105. *num.* 125. niſi in regione fieret, quæ hujus moris eſſet neſcia; Injuria † enim dicitur 83
quod ex more regionis pro tali habetur, *Alexand. conſ.* 203. *num.* 3. *lib.* 2. Quod de injuriarum actione diximus, hoc etiam in actione L. Aquiliæ † obtinet, idq́; 84
eò magis, quo majora ſunt opera nobilium, unde aliquãdo militi nobili utroq; oculo ex vulnere inſidioſè orbato in Cam. Imp. multa millia pro militaribus officiis, quibus poſtea cariturus erat per ſententiam fuiſſe adjudicata refert *Gaill libr. 2. de P. P. cap 2. numer.* 19. Secundò obtinet etiam † in ſtupro, quia gravior pœna imponitur, ſi ruſticus vel alius quiſpiam vilis conditionis homo puellam nobilem ſtuprat, *Berlich part. 5. concl pract.* 8. *num.* 104. *Teſſaur. deciſ. 3. n. 5. Farinac. conſ. 90. n. 15 ſub fi. lib.* 1. Et ita non ſemel in Scabinatu Lipſenſi reſponſum teſtatur *Dan. Moller. ad in com. ad conſt. Sax.* 27. *n* 4. *ſub fin.* 85

XII.

Propter nobilitatem † viri major & latior dos eſt 86
à parentibus conſtituenda, *Caſſan. in catal. glor. p. 8. conſid.* 40. *Capell. de Imper. mil. delig. c.* 4. *num.* 38. *Tiraq. de Nobil c.* 20 *num.* 163. *Caſar. Barz. deciſ* 122. *nu.* 10. *in fin. Menoch. conſ.* 1261. *num.* 34. *lib.* 13. *Bertrand. conſ.* 161. *num.* 22. *vol.* 5. juxta † qualitatem enim & dignitatem mariti dos conſtitui debet, *l. quaro.* 60. *l. cum poſt.* 69. §. *gener.* 5 *ff. de jur. dot.* Etiam † ex fructibus feudalibus ſi allodialia bona non ſufficiant, *H. Bocer. quaſt. feud. c.* 3. *quaſt.* 44. imò † ex ipſis bonis feudalibus, non quidem feudali jure, ſed ex æquitatis ratione, *Hartm. Piſtor. lib. 2. quaſt.* 37. *per tot. Vultej. de feud. cap.* 9. *num.* 57. *lib.* 1. *Thoming. conſ.* 15. *num.* 38. *vol.* 1. Quinimò licet nobilitas † quaſi altera dos ſit, *Tiraquell. de nobil. c.* 18. *n.* 19. *Ferrer. in not. ad deciſ.* 363. *Guid. Papa* 87 88 89 90

cum alleg. Pacian. conſ. 57. *num.* 32. Si tamen filia non poſſet nubere marito condigno familiæ ſuæ, (quæ
91 enim puella † nobilis, non poteſt ſecundùm ejus conditionem matrimonio copulari, pauper dicitur, *Rebuff. ad conſt. Gall. tom.* 1. *tr. de ſent. prov. art.* 3. *gl. ult.*
92 *n.* 6. *Decius conſ.* 120. *n.* 2.) pater † ei teneretur dotem conſtituere ultra legitimam, *Decian. reſp.* 78. *n.* 16. *vol.* 5. *Decius conſ.* 26. *n.* 4.

XIII.

93 Alimenta † ampliora taxanda & conſtituenda nobilibus quàm ignobilibus & ruſticis, *Roch. de Curte de jur. patron. rubr. & utile,* 3. *num.* 4. *Caſ. Lambertin. de jur. patr. quæſt.* 3. *pr. art.* 11. *num.* 1. *& art.* 12. *n.* 1. *Paul. Citadin. eod. tr. part.* 6. *art.* 4. *num.* 13. *Capoll. de Imp. mil. delig. c.* 4. *num.* 32. *in fin. & ſeq. Caſp. Baet. de inop. deb. c.* 17. *num.* 68. *& ſeqq. Gylman. in Symphor. tom.* 5. *relat.* 32.
94 *num.* 16. Nec † coguntur veſci ut pauperes, *c. non cogantur.* 41. *diſt. Ioan. Franc. de Pavin. de viſitat. quæſt.* 9. *n.* 37. *& ſeq. p.* 1. *Barbat. de præſtant. Cardin. quæſt.* 6. *n.* 17.
95 *& ſeq. p.* 1. *Ant. de Amat. deciſ.* 16. *n.* 30. vel † alimenta in hoſpitali ſumere, *Peregrin. conſ.* 41. *nu.* 17. *libr.* 1. *cum*
96 *alleg.* Sunt enim † conſtituenda alimenta ſecundùm dignitatem perſonæ, non tam debentis, quàm ejus cui debentur, *Trentacinq. lib.* 1. *reſol.* 1. *de aliment. num.* 23. *Rol. Covagnol deciſ.* 20 *numer.* 2. *& ſeqq. libr.* 1. *arg. l.* 1 §. *mulier.* 19. *ff. de ventr. in poſſ. mitt. l. ſed. ſi.* 15. §. 2. *ff. de uſufr. l. cum plures,* 12. § 3 *ff. de admin. tut.*

97 Quare † non tenentur comedere allium, cepas, panem atrum, caſeum & ſimilia, cum ſint propriè cibaria ruſticorum, Schwartz Brodt und harte Käß/ ſeynd der Bawren ſpecial Biſſen/ *Azevedo ad conſt. Hiſpan. lib.* 3 *tit.* 11. *leg.* 4. *num.* 2. *Bon. de Curtil. tr. nobil. p.* 5. *num.* 76. *Troil. Malvet. de Canoniſat. ſanctor. dub.* 3. *num.* 74. *& ſeqq. Surdus de aliment. tit.* 4. *quæſt.* 8. *num.* 8. ubi num. 14. ait, hoc eſſe † intelligendum de paupere
98 ruſtico, non de divite, *Coler. de proceſſ. Execut. p.* 2. *c.* 3. *num.* 120. *& ſeqq. Cephal. conſ.* 216. *num.* 11. *lib.* 2. Nobilium

Digitized by Google

bilium † autem cibi ſunt pulli & hujuſmodi delicati 99
cibi, *Tiraquell. de nobil. c.* 20. *num.* 142. *Ioan le Cirier de primogen. quaſt.* 3. *num.* 12. *libr.* 2. *Lambert de jur. patron.* 12. *art.* 3 *quaſt. princ. n.* 2 *& ſeq. Citadin. de jur. patron. part.* 6 *art.* 4. *n.* 14. *Weſenb. conſ.* 50. *n.* 21. *part.* 1. ubi ita conſuluit in cauſa Comitum Mansfeldenſium; neque obſtat, † quod parſimonia æq; Nobilem ac ignobi- 100
lem deceat, non enim repugnat parſimoniæ, ſi Nobilis utatur bonis cibis, ſi honorificam habeat domum, ſi ſervos, ſervas, & equos, *ut ait Menoch. conſ.* 1144. *n.* 73. *lib.* 11.

An verò † alimenta nobili debita extenduntur 101
ad famulos & pediſſequas, die Hoffburß ? Affirm. *Bonacoſſ. tr. de famul. & serv. quaſt.* 245. *Surdus de aliment. d. quaſt.* 18. *num.* 9 *& quaſt* 24. *numer.* 10 *Schneid. ad.* §. *ſunt præterea, num.* 8. *Inſt. de act. Covagnol. deciſ.* 20. *num.* 9. *lib.* 1. Et quidem ſecundúm dignitatem nobilis, *per l. habitatio,* 4. §. 1. *ff. de ventr. in poſſ mitt.*

An † tutor nobili minori cibaria delicata præſta- 102
re poteſt, & in calculo recipere? Aff. *Munnoz. de Eſcobar. de ratiocin. adminiſtrator. capit.* 22. *numer.* 52. *& ſeqq.* ubi eâdem indole limitat in minore ruſtico.

An autem † iſta dignitas, quam in alimentorum 103
præſtatione conſiderandam eſſe diximus, etiam in ſpurio nobili conſideranda ſit, acriter à Dd. diſputatur. Dicebatur veriorem eſſe negativam † opinio-
nem, propterea quod iſta alimenta dentur ſpurio ex 104
cauſa miſerationis, quo caſu non conſideratur dignitas, ſed neceſſitas, pro ut iſtam cauſam miſerationis in ſpecie de ſpurio conſiderant, *Lupus in c. per veſtras, not* 3. § 24. *num.* 3. *Rol. à Valle conſ.* 74. *numer.* 41. *vol.* 1.
Et quod ſpurio † nobili tenuiora alimenta provi- 105
deri debeant, in individuo tenent, *Barboſa in L.* 1. *part.* 4. *num.* 65. *cum alleg. ff. ſol. matr. Palaott. de noth. & ſpur. c.* 47. *in fin. Benintend. deciſ. Bonon.* 22. *n.* 8. *Ant. à Gamma deciſ.* 343. *num.* 4. *Cravett. conſ.* 219. *num.* 8. *Burſat.*

Digitized by Google

106 *conſ.62.num.19.lib.*1. Contrarium tamen † prædictis non obſtantibus verius eſſe, & quod etiam in ſpuriis ſit conſideranda dignitas & non neceſſitas, concludunt *Covarruv. de ſponſal.c.*8.§.6.*num.*7.*& ſeq. Surdus de aliment.tit.*4.*quæſt.*18.*num.*51. *Molina de Hiſpan.primog.lib.*2.*c.*15.*num.* 55. ubi quod ita ſervatur in practica, *Gratian.tom.*1.*diſcept.c.*112.*per tot.* qui cum quæſtionem hanc ita doctè explicarit, ut juxta Martialem, nō toga Cordyllis, non penula deſit olivis, ad eum brevitatis cauſa ſufficiat digitum intendiſſe.

XIV.

107 Licet pater † non teneatur alere filium inopem, qui ſuis manibus victum quærere poteſt, *l.ſi quis*, 5 §. *ſed ſi*, 7.*ff.de agnoſ.lib.Teſſaur.deciſ.*211.*numer.*13.*& ſeq. Surdus deciſ.*244.*num.*3.*libr.*1. *Azevedo conſ.*16.*num.*6.
108 *& ſeqq.* hoc tamen † non procedit in filio nobili cui potius eſſet mendicandum, (noſtri vocant auff die Würſt reitten/) *Munnoz.de Eſcobar. tr. de ratiocin.adminiſtr.c.*22.*num.*50.*cum ſeq.* quàm ad radicem manus ponere, vel opificio aliquo vitam parare, *Curtil. de Nobil p.*5.*num.*66. *Capoll.de Imper.mil. delig.c.*4.*numer.*33. *Tiraquell.de nobil cap.*20.*num.*104. *Fr. Marci deciſ.*805. *num.*5.*tom.*2.*Burſat.conſ.*62.*num.*23.*lib.* Et ſi contra
109 † nobilitatis decorem operaretur, nullam tamen mercedem laboris petere poterit, *Lupus ad rubr. de don.inter vir. & ux.* §.9.*num.*7.*& ad c.per veſtras*, §.33. *num.*7.*& ſeq. Maſcard.de probat.concluſ.*981.*nu.*7.*Menoch.conſ.*729.*num.*13.*lib.*8. ubi ait, non eſſe credendum, quod Nobilis, qui amici cauſa laborem aliquem ſuſcepit, ſuſceperit cauſa mercedis, ſed ut rem gratam amico faceret, cum, ut inquit Baldus, *in c.gravis, nu.*7.
110 *& ſeq.de reſtit.ſpol.* non conſueverit nobilis operas ſuas locare, *Pruckman.conſ.*22.*num.* 132.*vol.*1. Id enim † tantum poſſumus, quod ſalva dignitate poſſumus, *l.nepos.*125 *ff.de V.S.l.filius*, 15.*ff. de condit.inſtit. Alex. Raudenſ.de Analog.c.*34.*num.* 39.*& ſeqq.* nec eſt cum vituperatione conjunctum, *l.veſtis.*23.§.*muliebria ff.*

de

decur. & arg. leg. Limitatur † tamen, quod Nobili 111
dedecus non ſit operari, ſi conſuetudo civitatis vel regionis ferat, *Caſar. Barz. deciſ. 129. num. 26. & ſeq.* & concludit *Bartolus in l. 1. numer. 7. C. de mendic. val. quem refert. Surdus de aliment. tit. 7. quaſt. 6. numer. 14.* quod nobilis genere, qui cœpit mendicare, cogitur terram arare, quia longè magis indecorum eſt mendicare, quàm arare.

Atque hoc adeò ampliant Dd. Quod pater † non 112
ſolùm filiam naturalem alere, & modicè dotare teneatur *Gaill. 2 obſ. 88. per tot. cum alleg.* Sed etiam † pro 113
ea elocanda ſubditis collectam imperare, *juxta Chaſſan. ad conſuet Burg. tit. des juſtices rubr. 1. § . 4. text. mariage d' une fille, num. 5. & ſeqq. Zaſ. de feud. part. 7. n. 47. Schrader. de feud. p. 6 c 6 n. 102. Angel. de Vbald. conſ. 337. n 8.* quamvis non deſint, † qui probabiliter contradicant, 114
Frid. Mindan. libr. 2. de mandat. c. 44. n. 6. Sixtin. lib. 2 de Regal c. 14. n. 54. Roſenthal de feud. c. 5. concl. 79. n. 4. Bocer. de Collect. c. 6. num. 64 Garſ. Maſtrill. deciſ. 85. num. 26. p. 1.

XV.

Nobilitas † ejus in quem confertur privilegium 115
vel beneficium, operatur, ut latius extendatur conceſſio, *filiusf. 7 §. 3 ff. de donat. P. Surdus conſ. 453. n. 11. & ſeq. lib. 3.* quod augeatur † uſus vel utilitas, *l. ple-* 116
num. 12. §. 1. verſ. Iubentius, ff. de uſu & habit. l. ſi longius. 18. in fin. ff. de re jud. Tiraquell. de nobil. c. 20 num. 153 & ſeq. Pariſ. de Put. de re mil. libr. 7. quaſt. 1. num. 15. & 33. Cravett. conſ. 579 num. 26. p. 4. quod legatum † pin- 117
guius intelligatur conceſſum, *l. ſi. ſervus, 50. § ult. ff. de leg. 1. Capolla de Imp. mil. delig. c. 5. num. 17. Incip. ratione dignitatis. Natta conſ. 626. num. 9. tom. 3.* Unde † 118
legatum veſtium debet regulari ſecundùm qualitatem perſonarum & dignitatis, *Cavalcan. deciſ. 31. n. 15 part. 3.* quia ut inquit Baldus, *in l 1. n. 12. C. de legat.*

Digitized by Google

illud cenſetur relictum, quod perſonæ congruit legatarii, *Card. Mantica de conject. ult. vol. lib. 6. tit. 11. n. 11.*
119 Ac quamvis aliâs † ex legato in genere facto vel alias obſcurè, debeatur non quod eſt majus, ſed quod minus, aut certè mediocre, *l. qui lancem ff. de aur. & arg.*
120 *leg.* Hoc tamen † intelligitur, niſi propter eximiam nobilitatem teſtatoris amplius præſumatur, *Tiraq. de nobil. c. 37. nu. 34. Hipp. Riminald. conſ. 672. nu. 46. lib. 6.* Et hoc cumprimis ſi Nobilis pauper ſit. Quod enim
121 nobili pauperi † relictum eſt, in piam cauſam relictũ cenſetur, *Lupus in rep. rubr. de don. inter vir. & ux* §. 11. *n.* 11. *Decius conſ.* 120. *n.* 2. *Pereg. conſ.* 41. *per tot. & n.* 21. *lib.* 1. *Everh. lun. conſ.* 21. *n.* 7. *vol.* 1. in piam cauſam verò quod relinquitur, non reſtringendum ſed ampliandum eſt.

AD CAPUT XVI.

SUMMARIA.

1. *Ad munera patrimonialia etiam nobiles tenentur,* num. 2.

3. *Niſi conſuetudine vel præſcriptione aliud obſervetur.*

4. *Nobiles à collectis ſunt immunes, ratione ſcilicet bonorum pro quibus Domino ſervitia feudalia præſtant,* n. 5. & ſeq.

7. *Ratio differentiæ adſignatur.*

8. *Limitatur* I. *Niſi eſſet conſuetudo collectandi nobiles.*

9. *Conſuetudo in materia collectarum eſt maximi momenti.*

10. II. *Niſi Nobiles ſemel ſe collectari paſſi ſint.*

11. III. *Limitatur in collectis Imperii.*

12. *Tempore neceßitatis & belli nemo cenſetur immunis*, n.13.

14. *Si neceßitas tanta, ut ſuſtinere non poßit, niſi perveniatur ad exemptos.*

15. *Nec refert, etiamſi qualitas juriſdictionalis concurrat.*

16. *Vel Nobiles in aulis Principum verſentur.*

17. *Intellectus L. omnium. C. de teſtam.*

18. *Neceßitatis tempore an & quatenus Nobiles immediati in ſocietatem collectarum vocentur*, n.19.

20. *Privilegium generale non liberat à charitativo ſubſidio.*

21. *An Bona paganica quæ ſibi nobiles comparant, allodii nobilis naturam induunt*, n.28.

22. *Acceſſorium ſequitur naturam principalis.*

23. *Adhærentia ſunt ejuſdem conditionis.*

24. *De connexis judicatur æqualiter.*

25. *De unitis diſponitur uniformiter.*

26. *Augmentum ejus naturæ cenſetur, cujus eſt principale.*

27. *Contentum continentis ſui legibus æſtimatur.*

27. *Contrarium author ſequitur*, n.32.

30. *A brocardicis argumentum non deſumitur.*

31. *In materia exorbitante non fit extenſio à principali ad acceſſorium.*

32. *Exemptio extra ſuã cauſam non eſt extendenda.*

33. *Confirmatur hæc opinio ordinatione Principum Haßiæ.*

34. *Confirmatur etiam per præjudicia ſymbolizantia*, n.35. & ſeq.

37. *Nobiles à præſtatione vectigalium immunes ſunt.*

38. *Non juris authoritate, ut vult* Bocerus, *ſed præſcripta conſuetudine*, n.42. & ſeqq.

39. *Milites ob omiſſam profeſſionem à pœna commiſſi liberantur.*

41. *Oneribus tamen vectigalium ſubjugantur.*

47. *An privilegia non exigendi vectigalis data nobilibus, poſſint obeſſe teloneorum Dominis*, n.52. & ſeqq.

48. *Princeps non præſumitur præjudicare tertio.*

49. *Privilegium præjudicium tertii tangens ſtrictè eſt interpretandum.*

50. *Privilegium prius an & quatenus ſublatum cenſeatur per poſterius*, n.51.53. & ſeq.

54. *Differunt jus in re, & jus ad rem.*

55. *Non eſt par ratio debita amittere & lucrum capere.*

56. *Gravius eſt damnum pati, quam lucrum non ſentire.*

57. *Potior in dubio eſt cauſa ejus, qui agit de damno vitando.*

61. *Nobiles non coguntur ſuſcipere tutelam ignobilium.*

62. *Niſi hominum ſit penuria.*

Nobiles qui ſemel tutelam ignobilium ſuſcipiunt, an impoſterum ſibi præjudicent.

63. *Nobilibus immediatis Camera* Imp. *tutores dat, vel* Imp. n. 65.

64. *Etiamſi de territorii jurisdictione adhuc diſputetur.*

66. *Tutores dati non debent eſſe immediati.*

67.

67. *Conſiliarii, ſi Principi pupillo dentur tutores, dant fidejuſſores quos poſſunt, non autem præciſè alios Principes*, n. 68. & ſeq.

70. *Nobilibus mediatis non Cameræ dat tutores, ſed Princeps immediatus*, n. 71.

72. *Peculiaris & anomala ſanctio Angliæ quæ*, n. 73. & ſeqq.

CAPUT XVI.

De Privilegiis, quæ conſiſtunt in Immunitatibus.

I.

ETSI ad munera patrimonialia † ratione rei poſ- 1 ſeſſæ debita, ipſiq; inhærentia omnes indiſtinctè teneantur, etiam Nobiles, *Guttierez. libr. 3. & 4 pract. quæſt. 15. num. 18. Ioſ. de Seſſe deciſ. 129. num. 6. part. 2. Modeſt. Piſtor. conſ. 21. num. 22. vol. 1.* Ab his † enim 2 nulla dignitas nullum privilegium excuſat, *l. ſicut l. abbis. ff. de vac. & excuſ. l. fin. §. patrimonium. verſ. ab hujuſmodi. ff. de muner. H. Roſenthal de feud. cap. 5. concl. 72. n. 1.* niſi † conſuetudine aut præſcriptione aliud ob- 3 ſervetur, *Roſenthal d. cap. 5. concl. 78. n. 14. & in allegatis lit. l.* Ubi ait ſe ſcire hoc in pleriſq; locis Germaniæ uſu obtineri: Nobiles tamen † ratione bonorum feu- 4 dalium, pro quibus DOMINO ſuo ſervitia feudalia, Mann oder Lehendienſt / præſtant ad collectas & munera publica non tenentur, *Tiraquell. de nobil. c. 20. num. 166. & ſeq. P. Heig. part. 1. quæſt. 18. num. 21. & ſeq. Köppen. deciſ. 61. n. 3. lib. 1. Alb. Brun. conſ. feud. 103. n. 3. p. 1. Modeſt. Piſtor. conſ. 22. n. 30. vol. 1.* Qui enim † in 5 ſervitio ſunt Principis merito à collectis excuſantur.

Digitized by Google

6 *ut ait Petr. de Vineis libr.* 5. *Epiſt. n.* 39. & ſemel † decimatum, ulterius decimari non oportet, *Nicol. Balb. conſil. poſt Cacheran. deciſ* 68. *num.* 10. *Rol. à Valle conſ.* 1.
7 *n.* 21. *lib.* 2. Rationem differentiæ † aſſignat *Modeſt. Piſtor. d. conſ.* 9. *n.* 49. *& ſeq. vol.* 2. his verbis, **das** privilegium, inquit, **ſo die vom Adell in Ritter Gütern haben / das haben ſie nicht** ratione perſonæ vel nobilitatis, **ſondern** ratione ſervitiorum, **die ſie von den Ritter Gütern mit jhrem Leibe verdienen müſſen / darumb welche Güter keine Ritter Dienſte auff ſich haben / die ſeynd auch nicht Steurfrey / es habe ſie gleich einer vom Adell / oder ein ander** / *quem ſequuntur Ioh. Bidenbach. quæſt. nobil.* 18. *num.* 6. *& Thom. Maul. de Homag. tit.* 9. *num.* 68.

8 Quod tamen multis modis fallit. I. † Quando conſuetudo eſſet collectandi Nobiles pro feudis de quibus ſervitia præſtant, *Iacobin. de Homag. num.* 41. *in*
9 *fin.* 42. *&* 52. In materiâ † enim collectarum conſuetudinem eſſe maximi momenti, inter modernos poſt alios reſpondit *Peregr. conſ.* 102. *n.* 11. *vol.* 1. *Bertazzol. conſ. civ* 27. *n.* 10. *Surdus conſ.* 289. 13. *Nic. Reuſn. conſ.* 2. *n.* 47. *&* 52. *lib.* 1. Et utireginam attendendam laudat *Ant. de Petra poteſt. Princ. c.* 4. *part.* 1 *per tot.*

Secundò fallit, † ſi Nobiles ſemel ſe collectari paſſi
10 ſint. Nam per unum actum antiquatur poſſeſſio, & poterunt collectari, uſq; dum obtineant in proprietate, *Ioh. Garſ. de Nobil. gloſſ.* 6 *num.* 21. *& ſeq. Flores Diez de Mena quæſt. pract.* 21. *n* 248. *lib.* 2. Privilegium enim cõtrario actu, *Chaſſan. ad conſuet. Burg. rubr. des iuſtices.* §. 4. *verſ. noviſſimè n.* 16. *Meichſner, deciſ.* 6. *nu.* 124. *tom.* 1. *lib.* 1. imò non uſu amittitur, *per l. ſi quis. C. de pact. Acac. Enenckel. lib.* 3. *de privil. c.* 15. *n.* 27. *Maſtrill. deciſ.* 96. *n.* 1. *Alex. conſ.* 16. *num.* 23. *vol.* 5. Hinc legimus Nobilem vel immunem, ſi inſcribi ſe in æſtimo aut cataſtro paſſus intra decem dies (aliis anno) non provocet, ſibi præjudicare, quia tacitè renunciaſſe cogitatur, *l.* 1. *&* 2. *C. de his qui ſpont. Lancellott. de Attentat. p.* 2. *cap.* 4.

lim.

lim.25.n.4.Gylman.in Sympher. tom.2.p.1.vot.7.nu.19. Alex, Trentacinq.lib.1.reſol.9.num.4. de reſcript. Ant. de Amat.deciſ.159.num.9.Alex.conſ.136.num.11.lib.2. niſi fortè onus ſponte ſuſceperit, patriæ utilitatibus ceſſerit, aut gloriæ cupiditate pauliſper jus publicum relaxarit, *l.2.C.de his qui ſponte.* Et hoc imperii conſtitutio comprobavit, ſo innerhalb Menſchengedencken N.N. dem H. Reichs eins / zwey / oder mehrmal geſteuret / vnd das Reich alſo in poſſeſſion were / der ſoll nachmals (ſcil. donec in petitorio aliud decernatur, *Ægid. Boſſ.tit.de Principe,num,148.*) Vngeweigert Steuren / R.A. *de Anno* 48 §. Hatt aber / *&* §. Wo aber R.A. *de Anno* 78. §. Wo aber.

Tertiò † fallit in collectis univerſalibus, der Türckenſteur / oder des H. Reichs Anlagen / immunitas † enim conceſſa non intelligitur ab his, quæ neceſſitatis, *l.1.C.ut nem.lic.ſe ab Empt. P. Heig p.1.quaſt.18. num.23.& ſeqq.Mynſ.4.obſ.70.num. 2. & ſeqq. & latè conſil.1.decad.15.Thoming.deciſ.55.numer.21. Colerus conſ.1.num.263 & ſeqq.* & belli † tempore indicuntur, *Wintzler.de collect.deciſ.6.num.13.Rhemig.de Gonny de charitativ.ſubſid.quaſt.59.nu.35. Cacheran deciſ.39. num.20.& ſeq.Nevizan.conſ. 66.n.7. & ſeqq.* Da ſoll ein jeder belegt ſein / Geyſtlich oder Weltlich Exempt, oder nicht Exempt, Gefreyet oder nit Gefreyet / Niemandt außgenomen / R.A. *de Anno* 51.§. Solche der Standt / *Anno* 66.§. Dieweil nun dieſe / 41. *Anno* 94.§. Nach dem nun / præſertim † ſi neceſſitas tanta, ut ſuſtineri non poſſit, niſi perveniatur ad exemptos, *Curt. Iun.conſil.61.num.14.part.1.Natta conſ.257.numer.4. tom.2.Rol.à Valle conſil.80.n.23.vol.3.* 11 12 13 14

Idque in tantum verum eſt, † ut quamvis concurrat qualitas juriſdictionalis, *Bapt.Coſta tr.de quota & rata q.80.num.6.Caſp.Klock.de contribut.concluſ.38. lit.a.* vel nobiles † in aulis Principum verſentur, *Maul de Homag.tit.9.n.67.Modeſt.Piſtor.conſ.9.nu.44. & ſeq.lib.2. Flores Diez de Mena pract. qq.21.num.248.* 15 16

Neq

17 Nec obſtat † *L. omnium. C. de teſtam.* per quem textum diſſentire videtur *Ioan. Maurit. in l. un. verſ. cum tamen. C. de mulier. & in quo loc.* Nam licet illa lex præſumat, Principes non eſſe ſine nobilibus, tamen ob hoc nullum dat privilegium immunitatis, *Gylman. in ſymphor. tom. 4. part. 1. vot. 30. n. 82. & ſeqq. Modeſt. Piſtor.*
18 *d. conſ. 9. n. 44.* Neq; hi tantum † ſed & Nobiles immediati, die freye Reichs Ritterſchafft/ in ſocietatem harum collectarum vocantur, R. A. de Anno. 76. §. Wir wöllen auch. *Denaiſ. in jur. Cam. tit 99. num. 26.*
19 *Wintzl de collect. obſ. 14. n. 11. & ſeqq* Non quidem † ut cæteri ſtatus, denen jhr gewiſſer Auſchlag aufferlegt/ (Nobiles enim, im Landt zu Schwaben/ Francken/ vnnd am Rhein/ ſeindt in den Anſchlägen des H. Reichs nicht begriffen/ *ut loquitur Receſſ. Imp. de Anno* 542. § Demnach haben wir) ſed requiruntur à Cæſarea Majeſtate, vmb eine Chriſtliche vnnd mitleidende Hülffe/ ohne einigen gewiſſen Anſchlag/ Reichs Abſchied/ *de Anno* 500. §. Wir oder der ſo an vnſer ſtatt/ *Anno* 66 §. Wir wöllen auch/ *Anno* 57. §. Wir wöllen auch/ *Anno* 77. §. Dann weiters/ privilegium
20 enim † generale eximens à muneribus, non liberat à charitativo ſubſidio; *Bart. Bellencin. tr. de charitativ. ſubſid. quæſt. 58. nu. 2. Fr. Marci deciſ. 1023. per tot. tom. 1.* Quamvis aliis quibuſdam Imperii Receſſib. ipſi quoque Nobilitati certa quantitas, von hundert Gülden rechts werths/ einen halben Gülden vnd von tauſent Gülden werths Güter fünff Gülden/ in Turcicam collectam præſtanda definiatur, R. A. *de Anno* 1542. zu Speyr/ § vnd nemlich ſöllen.

21 An autē † bona paganica Bawergüter/ quæ Nobiles ſibi comparant, allodii nobilis der Freyen Ritter oder Adelichen Erbgüter/ jus & naturam induunt, & à collectis immunes ſunt? Videbatur affirmandum
23 ex vulgatiſſimis juris regulis, Acceſſorium † ſequi naturam rei principalis, *c. acceſſorium de R. I. in 6. Guido. Papa conſ. 205. n. 3. Ant. Galeat. conſ. 18. n. 14. vol. 1.* ad hærentia

rentia

rentia † eſſe ejuſdem conditionis, *l. quæ religioſis ff. de* 23
R V. l. fin ff. de vin. trit. & ol. leg. de connexis † judica- 24
ri æqualiter, *Ant. de Amatis. deciſ. 89. n. & ſeqq. Natta. conſ. 286. n. 4. tom. 2. Surdus conſ. 338. n. 3. lib. 3.* de unitis † diſponi uniformiter, *Trentacinqu. lib 1. reſol. 1.* 25
de conſuet. n. 9. in fin. P. Caball. conſ. 21. nu. 10. vol. 2. augmentum † ejuſdem naturæ, cujus eſt principale cen- 26
ſeri, *Gylman. deciſ. 54. n. 57. & ſeq. lib. 2. Cephal. conſ. 773. n. 4. & ſeqq. 5.* & contentum † continens ſui legi- 27
bus æſtimari, *Cothman. conſ 84. nu. 20. vol. 2. Cravett. conſ. 876. n. 1* Et hanc immunitatem qui cenſent in dubio etiam, ad bona poſtmodum quæſita referri, abundè Doctorum eſt, † *Anton. Faber. in Cod. lib. 9. tit. 28.* 28
defin 19. Rod Suarez. alleg. 6. nu. 8. Guido. Papa deciſ. 136. num. 1. Fab. de Anna. conſ. 61. n. 18. & 23. Natta conſ. 66. num. 13. Alexand. conſ. 178. per tot. lib. 2. Ac cum † teſte 29
Paulo ex regulis generaliſſimis jus non ſumatur, *l. 1. ibiq; Philipp. Mattha. n. 19. ff de R. I.* neq; à † brocardi- 30
cis argumentum, *Berojus conſ. 128. n. 19. vol. 2.* tum etiam in materia † exorbitante, & minus favorabili nõ 31
fiat extenſio à principali ad acceſſorium, *Cravett. conſ. 345. n. 4. part. 3.* multi æquius cenſuerunt, exemptionem velut odioſam & ſtricti juris, extra ſuam cauſam non eſſe extendendam, † *Bidenbach. quaſt. nobil. 19.* 32
n. 2. Köppen. deciſ. 61. n. 11. p. 1. Bero conſ. 24. num. 9. lib. 1. neque ad poſtmodum quæſita applicandam, *Loſæus de jure univerſitat. p. 3. cap. 13. n. 22. Cravett. conſ. 811. n. 14. Natta. conſ. 340. n. 1.* Atq; hac ratione, † Nobiles ple- 33
bejos agros, onera publica vel ſervitia vicina, Nachbar Dienſte/ad hærẽt, comparantem ad priſtina onera, vel antiquas collectas, teneri, *per l. 2. C. ſine cenſu Maul. de Homag. tit. 9. num. 68. Knichen. de veſt. pact. p. 2. c. 3. n. 91. & ſeqq. Ziegler. in concl. aur. §. Nobiles concl. 1. n. 132. & ſeqq. Meichſner. tom. 2. lib. 1. deciſ. 8. n. 46. Köppen. d. deciſ. 61. n. 4 & ſeqq. Modeſt. Piſt. conſ. 9. n. 48. vol. 2.* ne onus commune multis paucis imponatur, *l. actores C. de exact. trib.* Quæ opinio † ordinatione illuſtriſ- 34
ſimo-

ſimorum Haſſiæ Principum confirmata eſt, *teſte Ant. Gothofred. diſp. feud. 1. th. 2. lit. a.* Sed & in Comitiis Au-
34 guſtanis † cum hæc quæſtio in termino Symbolizanti Burggravio Miſniæ moveretur, juſſerunt Ordines, ſo er ander Herrſchafften vnnd Landt itzo innen hette/ oder künfftiglich an ſich bringen würde / die ohne das in des H. Reichs Regiſtern vnnd Anſchlagen begrieffen / daß er davon ſein Gebür auch tragen/ vnd entrichten ſölle/ Reichs Abſchied / *de Anno* 48. §. Mit den Geſanten. In tranſactione item Burgundi-
35 câ, † etſi variis caſibus & cauſis Belgium eximeretur, in textum tamen concordiæ legitur, doch ſoll dieſer Vertrag vnnd Bewilligung dem H. Reich an denen Landen/ ſo demſelben hiebevor verwandt geweſt / vnvorgreifflich / vnnd dardurch nichts benommen ſein/ *ut extat in Goldaſti à Haimsfeld.* Reichs-Satzung/ *ſub Anno* 48. Idem in Comitatu † Henneber-
36 genſi nuper obſervatum extitiſſe teſtatur *Dn. Victor de Exempt. Imper. concl.* 18.

II.

Nobiles † à vectigalis præſtatione immunes ſunt
37 non quidem † juris authoritate, *ut putat H. Bocerus,*
38 *de Regal. c. 2. num.* 197. *& ſeq.* quia ex militia privile-
39 gium allegare non poſſunt, quamvis enim milites † ob omiſſam profeſſionem à pœna commiſſi liberentur, *l. omnibus. 3. C. de vectigal. Sixtin. de Regal. lib. 2. c. 6. n.* 93. *Obrecht. de Regal. th.* 431. *Ruland. de Commiſſ. p. 4. lib. 2. c. 5. n.* 44. oneribus tamen † vectigalium ſubju-
40 gantur, *l. exprafat. 7. C. de Regal. Arniſæus de jur. Majeſt. c. 7. num.* 2. Et notat † pater prudentiæ, *Cornel. Tacit.*
41 *lib. 13. Annal.* Quod Nero cavit, ut militibus immunitas a vectigali ſervaretur, niſi in his quæ væno exercerent, brevi ſervatum, deinde fruſtra habitum eſſe;
42 ſed † ex antiquiſſima Germaniæ præſcripta conſuetudine, *Bidenbach. quæſt. nob. 18. n. Frid. Mindan. libr. 2. de mandat. c. 42. n. 20. Köppen. deciſ. 61. n. 4. p.* 1. quam tamen pluribus in locis eviluiſſe conſtat. De jure Saxonico

nico, † ſöllen Pfaffen vnnd Ritter Zollfrey ſeyn/ ſie 43
fahren/reiten oder gehen/wo ſie Schiffs oder Brückē nicht bedürffen/*tex. in* Landrecht/*lib. 2. art. 27.*

Quod autem de Nobilibus diximus. Id hodie † in 44
Imperii immediatis, des Reichs freyen Ritterſchafft/ maximè ex cōſuetudine & privilegiis obtinet, Rhenani enim & Wedderavici circuli Nobilibus immediatis à Carolo V: Ann. 1547. 3. Decemb. conceſſum, daß ſie all jhre eygne Frücht vnd Wein/ vñ was jhnen auff jhren eygnen Gütern/Zinſen/Gülten vnd Zehenden erwächſt oder gefelt/ oder ſie zu jhrer Haußhaltung erkauffen/ an allen Mauth vnd Zollſtätten frey vnbeſchweret werden/ iiſdem confirmatum † à Rudol 45
pho II. An. 91. declaratum verò & extenſum An. 1605. 9. Jul. daß ſolche Freyheiten/ von allen andern zu jhrer Haußhaltung vnd Bawgehörigen Noturfften/ ſo ſie aus andern Herrſchafftē zu Waſſer oder Landt durch jhre ſelb eygene Leut/Roß/Fuhr vnd Man/oder auch andere führen laſſen/ verſtanden/ vnd ſie dieſer itzgehörten Sachen eben ſo wenig als wegen Wein/ Getraid/ mit einigem Zoll/Mauth auffſchlag beſchwert werden ſöllen/ ſimilia † privilegia Nobiles des Frän- 46
ckiſchen vnnd Schwäbiſchen Kraiß/ tenere teſtatur *H. Klock. in diſcept. polit. jurid. de vectig. jure. concl. 31. lit. b.* Quod ſanè fruſtra factum fuiſſet, ſi conſuetudo generalis eos jam ante exemiſſet.

Verum an † Dominis teloneorū privilegia exigendi 47
vectigalis ab unoquoq; antiquiora habentibus, ea extenſio obſit, quæritur? Videbatur negandū. † Nunquā 48
n. de intentione Principis eſt præjudicare tertio, *l. 2. §. ſi quis. ff. ne quid in loc. publ.* ſed † privilegiū præjudiciū 49
tertii tangens, quantumvis ſpecie pietatis conceſſum ſtrictè eſt interpretandū, *Iac. Marchiſ. lib. 2. recoll. q. 59. n. 2.* adeò, † ut nō cenſeatur ſublatū prius niſi in poſte- 50
riori ejus mentio fiat, *Rod. Suarez. alleg. 9. n. 8. & all. 28. n. 10.* non quidē † in genere ſed ſpecie, *Fr. Viv. dec. 207.* 51
n. 4. lib. 1. Alex. conſ. 125. n. 6. libr. 2. Et hac ratione in his

noviо-

novioribus Nobilium immunitatibus, Ducum, Prin-
cipum aliorumq; ſtatuum privilegia, quorum vigore à
quocunq; tranſeunte vectigal exigere poſſunt ſublata
52 non ſunt. Æquiorem † nihilominus Nobilium cau-
ſam exiſtimat *H. Klock. de vectigal. concl.* 31. *lit. c.* cujus
verba cum noſtris additionibus referre debuimus, pri-
53 vilegium ſiquidem † conceſſum ſuper eo, quod aliâs
competebat, (ut Nobilibus conſuetudine jam præſcri-
pta immunitas à vectigalibus) valet etiam in præjudi-
cium alterius, nec poteſt cõqueri is qui damnum ſen-
tit, *l.* 3. §. *pen. ff. de itin. actuq; priv. Seraph. de Seraphin. de
privil. juram. priv.* 69. *n.* 10. *Decian. reſp.* 74. *n.* 54. *vol.* 3.
54 *Menoch. conſ.* 36. *n,* 27. *lib.* 1. Tum † quoq; maximè
differũt habere jus in re & ad rem, cui privilegium jus
ad rem conceſſum, illi privilegio poſteriori, etiam non
faciente mentionem prioris, id ipſum in totum auferri
poteſt, *Decius conſ.* 147. *n.* 4. *& ſeq. Men. d. conſ.* 36. *nu.* 4.
Sed Domini vectigalium non niſi jus in ſpe habent, ne-
55 que † par ratio debita amittere, & lucra capere, *l. fin.
C. de Codicill. l. un. C. de imponend. lucrat. deſcr.* quia gra-
56 vius † eſt damnum pati, quam lucrum non ſentire,
l. 1. §. *licentiam. C. de iur. delib. Natta conſ.* 481. *n.* 13. *tom.*
3. Nobiles agunt de damno evitando, alii de nõ omit-
57 tendo lucro; Potior autem † in privilegiatorum hu-
juſmodi concurſu ejus cauſa eſt, qui de damno vitan-
do agit, *Gutt. lib.* 4. *pract. q.* 3. *n.* 7. *Alex. Trentacinq. lib.* 1.
reſol. 1. *n.* 4. *de reſcript. Decius d. conſ.* 147. *n.* 5. Et ultima
declaratio privilegio Nobilium Ann. 1605. annexa, §.
Der Geſtalt/ tollit omnia privilegia & confirmationes
in contrarium, quæ jam conceſſa ſunt, & in futurum
cõcedentur, quod ſufficit ad enervandum privilegium
anterius clauſulam derogatoriam habens, *Hier. de Ca-
vallos com. opin. q.* 611. *Modeſt. Piſtor. conſ.* 12. *n.* 53. *vol.* 1.
qui in terminis vectigalium loquitur.

III.

58 Tutela † quamvis ſit munus publicum, *l.* 1. *ff. de
mun. & hon. l. ſi filiusf.* 9. *ff. de his qui ſunt ſui vel al. princ.*

Inſt.

*Inſt.de excuſ.tut.l.non tantum.*17.*§.*2.*ff.eod* hoc † au- 59
tem in invitum detur, *l.*3.*C.de ſuſpect.tut.l.*1. *in pr.ff.de admin.tut.§.pen.Inſt.de ſatud.* niſi † excuſationibus 60
deprecari poſſit, *l. nullus* 28.*l.vacuatis.*19.*C.de Decur. l.munus.*214.*ff.de V.S.* Nobiles † tamen tutelam pu- 61
pillorum ignobiliũ ſubire non coguntur, *l. nõ tantum.* 17.*§.*1.*ff.de excuſ.tut. Tiraquell.de nobil.c.*36.*num.*16. *& ſeq. Capolla de Imp.mil.delig.c.*4 *n.*39. *Bon. de Curt.tr. nobil.p.*5.*n.*43.*& ſeq.Caſſan.in Catal.glor.mund.p.*7 *conſid.*3 *p.*8.*conſid.*48.*Köppen.deciſ.*61.*n.*3.*p.*1.Niſi † ho- 62
minum, qui tutelam ſuſcipere poſſint, penuria ſit, *Chaſſan.ad conſuet.Burg.rubr.*1.*§* 4.*tex. Et ſur les hommes.n.*63.Sed Nobilis ſi voluntariè ſemel tutelam ignobilium ſuſcipiat, num imposterũ in alia de novo delata tenetur? Negat *Gozad.in conſ.*23.*n.*10. Et rectè, quia per actum unum contrarium, quis non perdit in aliis privilegium habens actum reiterabilem & ſucceſſivũ, *l.voluntaria.C.de excuſ.tut.Alex.Trentacinq.lib.*1.*reſol.* 9.*n.*1.*de reſcript.*veluti hoc conſideratum in cauſa des **Herren Biſchoffen zu Speyr Germerßheim.**

Extra ordinem autem dum nos tutelæ mentio detinet, non infructuoſa eſt inveſtigatio, quis Nobilibus in pupillari ætate conſtitutis, tutores conſtituat? Et minores vel immediati vel mediati Nobiles ſunt, ſi immediatè † Imperio ſubjecti, tum iis Camera Imp. 63
de tutoribus providet, *Gaill.*1.*obſ.*1.*n.*47. *Roſenthal.de feud.c.*12.*concl.*10.*n.*65.*& ſeq.Thom.Michael. de jurid. concluſ.*37.*lit.f.* Etiamſi † de territorii juriſdictione 64
adhuc diſputetur, *Deputat.* **Abſchied** / *de Anno* 600.*§.* **Wann zwiſchen zweyen** / 26. *Denaiſ. in jur. Cam tit.* 97.*§.*4.*Roding.pandec. Cam.lib.*1.*c.*18.*§.*5.*Caſp.Ziegler. in prax.aur.§.auſtrega.concl.*1.*num.*22.*Guil.Scipio deciſ. Spir.*111.*nu.*27.*libr.*2. Quod tamen nihil impedit, quo minus etiam Imperator, † qui concurrentem cum 65
Camera juriſdictionem habet, & cujus vicem judicat Camera, tutorem dare poſſit, *Conr. Rittershuſ.in Exp. Novell.part.*8.*c.*9.*n.*12.*Bachov.in not.ad Treutler.vol.*2.

66 *diſp.8.th.4.verſ.Unde quæritur.* Sed tutores † dati debentné eſſe immediati? Et quamvis Cameralium Vota pro varietate temporum variârint, per majora tamen concluſum, non requiri daß die tutores auch immediati ſeyn/ *Gylman.in Symphor.præjud. Cam.rubr.Tutela fol.347.* Ubi ait, quod Marchioni Badenſi datus teſtamento tutor fuerit der Cantzler/ qui fuit mediatus refert *Ruland.de Commiſſar.part.4.libr.4.c.16.n.46. Ant.*
67 *Hering.de fidejuſſ.c.8.n.104.* ubi ait, quod Proceres † ac Conſiliarii defuncti Principis juniorum Principum
68 tutores eſſe poſſint, qui hoc amplius † dant fidejuſſores quos poſſunt, non præcisè verò alios Nobiles vel Principes, *Chaſſan.ad conſuet.Burgund.rubr.6.§.1.verb. Caution ſuffiſante n.4. Iacobin.de feud.verb.Carolus.n.3.*
69 *& ſeq. Rol.à Valle conſ.18.n.55.vol.2.* quamvis enim † oneri injuncto ſint impares quo ad ſubſtantias & facultates, quia tamen gubernationis fidem habent, prorſus idonei cenſendi ſunt, *Iod. Damhoud. de patrocin.pupillor.c.6.n.34.& ſeq.part.1.*

70 Si verò Nobiles minores mediati † & Principibus ſubjecti ſunt, tum tutores in Camera non dantur, nec teſtamento dati, propter defectum juriſdictionis confirmantur, *Compilator.præjud.Cam.verb.Tutela fol.346.*
71 ſed ipſis petendi ſunt † à Principis conſiſtorio, ſupplici prius libello hoc nomine ipſi Principi porrecto, *H.Bocer.claſſ.1.diſp.14.theſ.57.arg.l.1.C.de tut.vel.cur. illuſtr.l.ult.§.ſin autem, 6.verſ.ſed ſiquidem.C.de curat. furioſ.* In dubio tamen, propter moræ periculum, & ne pupilli indefenſi relinquantur, tum etiam ſi bona eorum ſub diverſis juriſdictionibus ſita ſunt, Domini Aſſeſſores etiam mediatorum nobilium tutores confirmandos putarunt, *Symphorem.tom.3.d.fol.346. Rul. de Commiſſar.part.4.lib.4.c.16.n.47.* Ita in confirmatione deren von Saldern / ſupplicatio exhibebatur, pro confirmandis in teſtamento paterno deputatis tutoribus & curatoribus, decretum, ſeynd B. C. vnnd H. Gebrüdern von Saldern/ den hinderlaſſenen Minder-

derjehrigen vnd reſpectivè Vnmündigen Söhn/ vnd Töchtern zu Vormündern vnd Curatorn, doch daß ſie zuvor gewöhnlich Gelübt/ Eydt/ vnnd Obligation thun/ hiermit confirmiret, 26. *Febr. Anno* 90. In Anglia † peculiaris eſt ſanctio, ſed valdè anomala, quam 72
Tſheward ſchip vocant, à temporibus enim Henrici III. Nobilium tutelam Britanniæ Reges obtinent, *Polydor. Virgil. libr.* 16. *hiſt. Angl. in Henrico. III. Guttier. de tutel. & cur. part.* 3. *c.* 2. *n.* 14. Et à Malcolmo, † Re- 73
ges Scotiæ, *Hector. Boet. lib.* 11. *hiſtor. Scot. Colerus de re militiari. c. de tut. milit.* ita ut † nobilium pupillorum 74
immobilia poſſidentium ad annum uſq; 21. Rex legitimus tutor ſit, eorumq; reditus & vectigalia in fiſcum cogere poſſit, *Eman. à Meter. lib.* 13. *relat. bell. Belg. Smit. lib.* 3. *de Repub. Anglor. c.* 5. *Froſſard. lib.* 4. *hiſt. fol.* 278. *in Epit. Philipp. Horner. in theſaur. polit. in relat. regn. Britan.* Quæ lex, cum † etiam in Normanniæ Ducatu vigeat, 75
præſumi poteſt, eam à Normanniæ Ducibus cœpiſſe, *Conſuet. Norm. lib.* 5. *c. de la guarde des Orphelins.* Cur autem † jus illud anomalum conceſſum Regibus ſit, per 76
indicem oſtenditur, *à Dionyſ. Gothofred. de tutel. Elector. lib. refut.* 45. quo digitum intendiſſe nunc ſatis eſt.

AD CAPUT XV.

SUMMARIA.

1. *Lex in abſtracto Arithmetica proportione pœnam conſtituit.*

2. *Magiſtratus verò, cum lege exequitur, in concreto pœnam applicat. Et quatenus hoc verum ſit.*

3. *Nobiles regulariter mitius ſunt puniendi,* n. 4. & ſeq.

4. *Niſi nobilitas delictum augeat.*

11. *Quando crimen nobilitate augeri vel minui dicatur,* n. 12.

Digitized by Google

13. In quibus delictis nobiles pœna graviore vel pari puniantur quàm ignobiles, n. 14. & ſeqq.

21. Delinquens, ſi delicto perpetrato nobilis fiat, non excuſatur, quoniam cenſetur facta præventio, n. 22.

23. Iudæus pro furto commiſſo puniri poteſt, licet jam Chriſtianus factus ſit.

24. Nobiles in pœnis corporalibus mitius, at in pecuniariis gravius puniuntur.

25. Nobiles ex parva pœna corporali magis afficiuntur, quam ignobiles in magna,

26. Pœna corporalis minima eſt gravior pecuniaria maxima.

27. Quod tamen non procedit in perſonis vilibus.

28. Pœnæ quare imponantur, n. 29. & ſeq.

31. Pœna pecuniaria niſi magna ſit, non timetur à nobilibus.

32. Nobiles torqueri non debent, n. 33. & ſeqq.

37. Conſuetudo ut nobiles torqueri poſſint, de jure non valet, n. 38.

39. Hodie verò paſſim de conſuetudine torquentur, n. 40. & ſeq.

43. In quibus delictis torqueri nobiles poſſint, n. 44. & ſeqq.

53. Quando & quare torqueri debeant, n. 54. & ſeq.

56. Nobiles inconſulto Principe non ſunt torquendi.

57. Punire debet Rex non judex nobilem.

58. Plebejus ſi non habet in ære, luit in corpore.

59. Hæc regula non procedit in nobilibus. Et quare, n. 60. & ſeq.

62. Nobiles apud priſcos ſcabioſum canem pœnæ loco portabant.

63.

Digitized by Google

63. *Recenſentur exempla, n. 64.*

65. *Nobiles propter debitum civile non debent in carcerem duci.*

66. *Nobiles non conveniuntur in ſolidum.*

67. *Ius prætorium in ipſorum bonis non conſtituitur.*

68. *An & quatenus teneantur vendere palatia, quæ ob paupertatem reficere non poſſunt, n. 69. & ſeqq.*

72. *Limitatur. Niſi ſint conductores vectigalium.*

73. *Niſi ſint ſuſpecti de fuga.*

74. *Niſi bona in fraudem creditorum occultent.*

75. *Niſi tempore contractus ſe negaverint nobiles.*

76. *Niſi bona ſua turpiter conſumant, num. 77. & ſeq.*

79. *Nobiles non facilè debent arreſtari, n. 81. & ſeq.*

80. *Arreſtatio magis infamat nobilem quàm plebeium.*

83. *Nobiles quando arreſtari poßint, n. 84.*

85. *In vinculis ſubterraneis non ſunt detinendi. Limitatur, n. 99.*

86. *Nova tormentorum genera inventa.*

87. *Quid nobilibus pro carcere deputari debeat, n. 88. & ſeqq.*

93. *Stephani Regis Poloniæ conſtitutio.*

94. *Illuſtriores perſonæ antiquitus in libera cuſtodia manebant.*

95. *Cuſtodia militaris quænam propriè olim fuerit.*

96. *Quatenus excuſetur officialis, qui credidit nobili captivo, ſi nobilis aufugerit, n. 98.*

97. *Nobilium fuga refertur inter caſus fortuitos.*

Digitized by Google

100. *An nobilis carceratus poſſit ſe per programma purgare*, n.101.

102. *Ad triremium ergaſtula nobiles damnandi non ſunt. Limitatur.*

106. *Neq; ad ſtrapecordam adigendi.*

107. *Tholoſanus ſtrapecordam vocat* ξυλαγώγιον.

108. *Manus ipſis propterea quod alios in viis inſultârint, non eſt amputanda.*

109. *Ita pronunciarunt Ienenſes.*

110. *Præjudicium contrarium adfertur.*

111. *Nobiles propter furtum non ſunt ſuſpendendi*, n.113.117.

112. *Baldi deſuper opinio.*

113. *Pœna laquei dicitur ignominioſiſſima.*

114. *Fœdaq; mors appellatur, & informis, & de ratione*, n.115. *& ſeq.*

118. *Limitatur. Niſi in crimine proditionis vel perduellionis deprehenſi fuerint*, n. 119.

120. *Nobiles flagellis vel fuſtibus non ſunt cædendi.*

121. *Sed potius decapitandi.*

122. *Vel pœna perpetui carceris damnandi*, n.123.

124. *Pœna Nobilium apud Anglos, Italos, Hiſpanos, Belgas.*

125. *An Nobiles ad palinodiam adigi poſſint. Diſtinguitur.*

Privilegiatus contra pariter privilegiatum non utitur privilegio.

126. *Palinodiam canentem manet facti infamia.*

127. *Niſi per judicem in ſententia honoris reſervatio facta ſit.*

128. *Actio famoſa plebejo adverſus nobilem non cōpetit.*

129.

129. *De jure Saxonico contra nobiles datur hæc actio, n.* 130.

131. *Nobiles in Hiſpania ad revocationem damnari nequeunt.*

133. *Nobiles non poſſunt renunciare privilegiis ſuæ nobilitatis, n.* 134. 137.

135. *Ne juramento quidem.*

138. *Contrarium verius eſt, n.* 139. *& ſeqq.*

142. *Explicatur L jura,* 8 *ff. de* R.I.

143. *Niſi illa renunciatio cederet in præjudicium totius nobilitatis.*

144. *Nempe ut in patibulum agerentur.*

145. *Deportatio eſt pœna Nobilium.*

146. *In locum deportationis quænam pœna hodie ſucceſſerit, n.* 147. *&* 149.

148. *Bannitus æquiparatur deportato.*

CAPUT XV.

De privilegiis Nobilium, quæ conſiſtunt in pœnis temperandis.

TAmetſi lex in genere † & abſtracto citra aliquem perſonarum & rerum complexum, & ſine προσωποληψία pœnam conſtituit Arithmetica proportione, & ex lege talionis delicto eam commenſurat, *Weſenb. in par. ff tor. de juſt. & jur. n.* 11. *per tex. & Dd. alleg.* juſtitia tamen † legis executrix, ſeu magiſtratus inſtrumentum juſtitiæ, cum lege exequitur, & in cōcreto de pœna perſonę applicanda diſputat, rem ad proportionem Geometricam reducit: nec tantum quid facto debeatur, ſed quid congruat perſonæ tam ejus qui deliquit, quam illi in quem commiſſum eſt, expendit & examinat, *l. ſacrilegii,* 6. *ff. ad L. Iul. pecul. l. aut facta* 16. *l. moris,* 1 2

9.§ *fin.ff.de pœn.* Quod dubio caret in pœnis arbitrariis & difformibus. Sed an in uniformibus, determinatis & taxatis à lege vel ſtatuto habenda eſt diſtrictio perſonarum? Negant *Tiraq.de pœn.temper.cauſ.*31.*nu.*34. *& ſeq.Farinac.lib.*3.*pract.crim.q.*97.*n.*131.*Matt.Berlich. part.*5.*pract.concl.*62.*num.*31.*Vinc.de Franch.deciſ.*240. *n.*7.*Capoll.conſ.crim.*39.*n.* 35. niſi judex ex aliqua alia juſta cauſa præterquam ratione nobilitatis vellet pœnam minuere, *juxta l.etſi*,3.*C.ex quib.cauſ.infam.irreg.* Affirmat v. contra mentem omniũ Doctorum, *Thom. Grammat.deciſ.*32.*nu.*5. quod intellige circa qualitatem pœnæ, ſed non circa quantitatem. Atque hujus analogiæ Geometricæ & συμπαθείας ratione.

3 I. Nobiles † regulariter mitius ſunt puniendi quàm ignobiles, *c.qui contra.*24.*q.*1. *l.fin. ut nem.privatus tit. præd.Bon.de Curtil.tr.nob.p.*5.*n.*1.*& ſeqq.Thom Grammat.deciſ.*23.*n.*9.*& ſeq.Azevedo conſ.*29.*n.*10.*Farinac. conſ crim.*33.*n.*67.*lib.*1.*Bertrand.conſ.*43.*num.*1.*vol.*2. *part.*1. Etiamſi lex ſeu conſtitutio pœnalis expreſsè dixerit, delinquentem nullam miſericordiam conſequuturum, *Farinac.lib.* 3.*oper.crim.q.*98.*n.*97.*cum all. Hipp.Riminald.conſ.*245.*n.*67.*libr.*3. ut cæteri ad virtutem & veræ nobilitatis ſtudia inflammentur, *Bodin.lib.*

4 *6.de Repub.c.6.* Ita legimus † apud Suetonium, *in Auguſto c.*5. quod C. Lectorius adoleſcens patritii generis ad deprecandam graviorem pœnam adulterii natales inter cætera allegarit, & quod Scaurus propter vetuſtã nobilitatem & recentem patris memoriam abſolutus fuerit, *apud Valer.Max.libr.*8.*c.*1. *Melch.Iun.quaſt.pol.* 104.*n.* 6. Quod nec hodie in bene conſtitutis Rebuſp. Scabinis & Conſiſtoriis planè eviluit. Nam quod in-

5 ceſtus † pœna in Nobilibus mitior, quàm in plebejis pronunciarunt Lipſenſes contra Helmbolden von Brönigt/ *Coler.deciſ.*174.*n.*3.*& ſeq.patr.*1.*Matth.Berlich.pat.*4.*concl.pract.c.*33.*n.*31.*& ſeq.Ioch.Beuſt.de ma-*

6 *trim.part.*2.*c.*52.*in fin.* quod Nobilis adulter † habens rem cum ſoluta mitius puniendus ſit, reſponderunt Lipſen-

Lipſenſes Duci Erneſto Brunſwicenſi, Anno 58. *Cole-*
rus deciſ. 176. *n.* 3. *part.* 1. *Virgil. Pingizzer. quæſt. Sax.* 57.
n. 25. Diſſentiunt *Vinc de Franch. deciſ.* 240. *nu.* 5. *circa*
fin. Farinac, in pract crim. part. 3. *q.* 98 *nu.* 118. quod No-
bilis ſtuprator † mitiori pœna afficiendus, pronun- 7
ciarunt Wittebergenſes & Lipſenſes, *idem Colerus de-*
ciſ. 176. *nu.* 93. *p.* 1. niſi ſtuprum fuerit violentum, *Fari-*
nac. conſ. 33. *n.* 16. *&* 67. *libr.* 1. Nobili etiam ſacra tur-
banti † mitiorem pœnam dictaſſe Lipſenſes, teſta- 8
tur *Coler. deciſ.* 178. *n.* 3. *part.* 1. atq; hoc in omnibus de-
lictis, † quæ maximè non infamant, verum eſſe cre- 9
dit *Ioh. Bonif. de furtis* § *quod jure naturali n.* 69.

Limitatur autem, niſi Nobilitas † delictum au- 10
geat, veluti ſi peccatur colore nobilitatis, hoc n. caſu
gravius puniuntur nobiles, ſicuti gravius peccant, *l.*
omne, 6. §. 1. *ff. de re mil. Tiraq. de Nobil. c.* 20 *num.* 116. *&*
ſeqq. Maranta conſ. 47. *n.* 7. *Sixtin. conſ.* 10. *nu.* 31. *vol.* 3.
M. Thoming. conſ. 19. *n.* 43 *vol.* 2. *H. Riminald. conſ.* 245.
n. 75. *lib.* 3. Quia juxta *Horat. lib.* 2. *Carm. Ode.* 10.

Celſa graviore caſu
Decidunt turres.

Et *Iuvenal. Satyr.* 8.

Omne animi vitium tanto conſpectius in ſe,
Crimen habet, quanto major, qui peccat, habetur.

Tum verò crimen † dicitur augeri nobilitate, cum 11
delictum cedit in dedecus & contumeliam nobilitatis
vel dignitatis, *Gaill.* 2. *obſ.* 110. *n.* 4. *Riminald. Iun. d. conſ.*
245. *n.* 277. *Sixtin. d. conſ.* 10. *n.* 32. *vol.* 1. *Marpurg.* Et è
contra minui † dicitur, ſi qualitas delicti ex nobili- 12
tate incrementum non accipit, *Gail. d. obſ.* 110 *nu.* 45.
Ex his ergo fit, cum nihil magis repugnet nobilitati
quàm proditio, † ut Nobilis qui proditionem fabri- 13
cat non modo pœna ignobilium, ſed graviori punia-
tur, *Tiraquell. tr. de pœnis temper. cauſ.* 31. *n* 2. *Chaſſan. ad*
conſuet. Burg. rubr. 4. §. 20. *text. deſceindre n.* 5. nam quo
major in Principem eſt obligatio ac fides, eò ſeverior
fidei violatæ vindicta imponitur, *Bodin. lib.* 6. *de Repub.*

 c. 6.

c.6.Gutt.lib.4.pract.q 15.*n*.20. Idem obtinet II. In cri-
14 mine falſi, † cum falſitas ſit admodum aliena à nobilitate, veluti affinis proditioni cognataq;, *Tiraq. de pœn.cauſ.*31.*nu*.23.*Matth.de Afflict deciſ.*404.*num*.23. *Meichſn.deciſ.Cam* 5.*n*.9.*tom*.4.*Rimin. Iun.conſ.*245.*n*.
15 78.*lib*.3. III. In crimine † læſæ Majeſtatis, *Gigas tr. crim.laſ.Maj lib*.2.*tit.de pœn.q*.1.*n*.15.*& ſeqq*. IV. In
16 crimine † perjurii, *Socin.Iun.conſ.*39.*n*.41.*vol*.2. V. In
17 pœna talionis † quam ſubit Nobilis accuſans, ſi deficiat in probatione calumniosè, *Tiraq. de Nobil.c*.20. *n*.30.*Ioſeph.de Seſſe deciſ.*11.*n*.18.*part*.1. VI. In Nobili † nimium contumace, *Tiraq.d.c*. 20.*nu*.32.*Ioſ.de Seſſe d. deciſ.*11.*n*.18.*Sixtin.conſ M* 10.*n*.33.*vol*.2. VII. In nobili blaſphemo, *Matth.Berlich.part*.4.*pract.concl*.2.*n*.12. ubi ita Menſe Febr.An.1571. Scabinos Lipſenſes pro-
18 nunciaſſe teſtatur. VIII. In Nobili † contemptore mandatorum Principum, quem ſeverius ipſis popularibus puniri debere propter exemplum docet *Gaill*.2. *obſ.*110.*num*.44.*per l.un.in fin.C.de conduct. & proc*. IX.
19 aliisq; in delictis † enormibus, utpote hereſis, furti, *de quib.Farinac.libr*.3.*pract.q*.98.*cauſ.*18.*per tot*. Quid
20 verò † ſi quis delinquat, & delicto perpetrato Nobilis fiat nũ dignitas ſuperveniens excuſabit delinquen-
21 tem? Neg. Quoniam † cenſetur facta præventio, *juxta Dynum quem allegat Fr. Marci deciſ. Delph*.626.*n*.5.
23 *tom*.2. Ita etiam Judæus † pro furto commiſſo ante baptiſmum puniri poteſt, licet jam Chriſtianus factus ſit, *Decius conſ.*130.*per tot.Confer.Iul.Clar.lib*.5.*ſent.§. fin q*.51.*n*.19.*& ibi Bajard n*.47.*Hier.de Cavallos tom*.1. *pract.q*.294 *per tot. Ioan. Gerard.tom*.4.*locor. Theolog.c*. 23.§.129.

II.

24 Nobiles † in pœnis corporalibus mitius, at in pecuniariis gravius puniuntur cæteris tamẽ paribus, *Iul. Clarus lib*.5.*pract.crim*.§.*fin.q*.60.*n*.24.*Capolla de Imper. mil.delig.c*.5.*n*.13.*Gail*.2.*obſ.*110.*n*.45.*Fr. Marci de deciſ.* 673.*n*.1.*tom*.1.*Ioſeph.de Seſſe deciſ.*11.*per tot.part*.1.*Ber-*

tazzol.

tazzol.conſ. 356.*n.*11.*lib.* 2.*per tex. alleg.* Ratio differentiæ, quia magis † afficiuntur ex parva qualibet pœna 25
corporali, quam ignobiles in magna, *Marc. Mantua ſing.*126.*n.*2.*Menoch. de A. I. Q. caſ.* 447.*n.*11.*& ſeq. Hipp. Rimin. conſ.* 245.*n.*68.*lib.* 3. Hinc eleganter Bartolus, *in l.* 1.§.*fin. ff. de pœn.* ſcribit, id quod dici ſolet, quamlibet
† pœnam corporalem minimam eſſe graviorem qualibet pœna pecuniaria maxima *in l. ſervorum* 10.*in fin.* 26
ff. de pœn. Pruckm. de Reg. cum. alleg non procedere † in 27
perſonis vilibus, *l. hoc opere in fin. ff. de oper. libert. Everh. Speckh. cent.* 1.*q.*40.*n.* 6. E contra cum pœna † ob id 28
inter alias cauſas imponatur, ut peccantes emẽdatiores fiant, *Tiraq. ad Conſuet. Pict. leg.* 9. *connub n.* 226. ut
liberum † in malè agendò arbitrium abſcindatur, 29
Mart. Mont. à Cueva deciſ. Arrag. 7.*n.* 11. & cæteri metu
† pœnæ deterreantur, *l. bona fides.* 31. *in fin. ff. depoſiti. l. ſi quis.* 6.§.1.*ff. de pœn.* pœna imponenda eſt, quæ magis 30
timetur; Pœna autem pecuniaria, † niſi magna ſit, 31
non adeò timetur à Nobilibus, utpote frequenter locupletibus, *Schneid. ad §. pœnales. n.* 58. 62.*& ſeqq. Inſt. de act. Nic. Everhard. Iun. conſ.* 9.*n.*84. *vol.* 2.

III.

Nobiles † cruciatibus & torturis regulariter non 32
ſunt ſubjiciendi, *arg. l. omnes.* 33.*C. de Decur. l. milites.* 8. *l. Divo. C. de quaſt. Azevedo ad conſt. Hiſp. lib.* 6.*tit.* 2.*leg.* 4.*&* 5.*n.*34.*& ſeqq. Zang. de tortur. c.* 1.*n.*30 *& ſeq. Farinac. lib.* 1.*prax. crim. tit.* 5.*q.*41.*n.*74. *Tiraq. de Nob. c* 20. *n.*139. *Weſenb. conſ.* 50.*nu.* 20.*part.* 1. adeò † ut judex 33
torturę nobilem ſubjiciens capitali ſupplicio affici debeat, *Bald. in l. decuriones. C. de quaſt. Angel. tr. de malef. verb. quod fama publica pracedente. n.* 102. utq; judici † 34
nobilem torquere volenti de facto etiam manu militari reſiſti poſſit, *Hipp. de Marſil. ad l. Edictum. nu.* 3.*ff de quaſt. Duen regul.* 190.*n.*8.*Thom. Grammat. voto* 1.*n.* 15.
ac confeſſio † facta à Nobili in tortura non valeat, 35
nec pœnam afferat, *Duen. d. reg.* 190.*nu.* 7.*Conſul. conſt. Saxon. part.* 4.*q.*64.*n.* 5. aut ulli † nocere non poſſit, 36
Hipp,

Hipp. de Marſil. in pract. crim. §. diligenter. n. 135. *Conſuet. conſ. Saxon. d. q.* 64. *n.* 6 *part.* 4. Ibi, dieſer Perſon/ (quæ ſc. de jure torqueri nō poteſt,) Bekäntnüß/ ſo ſie in der Marter thäte/ ſoll andern kein Nachthenl bringen.

73 Et conſuetudo † contraria, ut videlicet Nobiles torqueri poſſint non valeat, *per l. omnes,* 33. *C. de Decur. Bocer. de tortur. c.* 4. *n.* 78. *& ſeqq. Schrader. de feud. part.* 9. *partis pr. ſ.* 13. *n.* 82. *& ſeqq. Chaſſan. ad conſuet. Burg. tit. des juſtices. rubr.* 1. §. 4. *n.* 8. *Fr. Marci deciſ.* 663. *n.* 4 *tom.*

83 1. *Decian. reſp.* 92. *n.* 135. *vol.* 2. quia non † poteſt introduci conſuetudo contra legem conſuetudini derogantem, *Auth. Caſſa & irrita. C. de S. S. Eccl.* Quamvis

39 † nemini cum Colero *de proceſſ. execut. p.* 2. *c.* 3. *n.* 173. author fuerim, quod iſtis juribus nimium fidat. Nam hodie de jure Saxonico privilegia de torquendis nobilibus ſublata ſint, *Weſ conſ.* 147. *n.* 12. *part.* 4. quem-

40 admodum † in regno Franciæ Nobiles, Barones & Comites quæſtioni ſubjiciuntur, ſi res exegerit, *Tiraq. de pœn. temperand. cauſ.* 31. *n.* 16. *Boer deciſ.* 163. *n.* 7. per

41 Italiam † etiam totam, & per Venetos prædictū privilegium non obſervatur, & conſuevit aliter judicari, *ut teſtatur Fr. Caſon. tr. de torment. c.* 10. *n.* 13. Quod tamen in delictis enormibus † obtinet, in quibus ve-

42 niam non merentur, ſed æq; ac ignobiles torturæ ſubjiciuntur, utpote.

43 I. In crimine † læſæ Majeſtatis, *arg. l. nullus. C ad L. Iul. Majeſt. l. Decuriones.* 16. *C. de quaſt Schrad. de feud. d. ſect.* 13. *n.* 84. *Reuſner. deciſ.* 17. *n.* 17. *libr.* 3. *Portius conſ.* 96. *n.* 44. *vol.* 2. *Weſenb. conſ.* 50. *n.* 2. *p.* 1.

44 II. In crimine † proditionis, *l. proditiones.* 7. *l.* 3. §. 5. *qui, ff. de re mil. Schrader. d. n.* 84. *Brunus de indic. & tortur. p.* 2. *q.* 4. *n.* 24. *Peregrin. conſ.* 2. *n.* 110 *lib.* 2.

45 III. In crimine † Veneficii, *l ſed etſi,* 7. *C. de malef. & mathem. Schrader. de feud. d. ſect.* 13. *n.* 84.

46 IV. In crimine † Homicidii, *Weſenb. conſ.* 147. *n.* 12. *part.* 2. *Graven. lib.* 2 *pract. concl.* 110. *n.* 5. *& ſeq. Lud. à Pegnera quaſt. crim.* 14. *n.* 14. *Reuſner. d. ciſ.* 16. *n.* 19. *& ſeq.*

ſeq. libr.2. maximè † verò ſi in aſſaſſinium incidat, *Schneid. ad §. pœnales. 12. n. 64. Inſt. de act. Zanger. de tortur. c. 1. n. 82. & ſeq.* Et quod homicidii pœna de jure ſit ultimi ſupplicii etiam in perſona nobili conſuluit, *Rol. à Valle conſ. 57. n. 2. lib. 4.* 47

V. In crimine † Sodomiæ, *Azevedo. ad conſt. Hiſp. lib. 8. tit. 21. leg. 1. n. 17. Guttierez. lib. 4. pract. q. 15. n. 18.* ubi ait, in Hiſpania propter hoc delictum torqueri nō ſolum Nobiles, ſed etiam illuſtres. 48

VI. In crimine † Magiæ, *Peregrin. conſ. 2. n. 110. lib. 2. per l. etſi. C. de malef.* 49

VII. In crimine † Hæreſis, *Fr. Marci deciſ. 663. n. 3. tom. 1. Portius conſ. 96. n. 44. vol. 2.* 50

VIII. In crimine † furti, *tex. in l. 1. C. quando lic. ſe unicuiq; vind. Covarruv. lib. 2. var. reſol. c. 9. n. 4.* 51

IX. In crimine † falſi, *Hier. Marilian. ad L. Quoties. num. 527. C. de rei vind. Thoming. deciſ. 7. n. 27. Socin. Iun. conſ. 39. n. 41. vol. 2. arg. l. ſi quis. 21. & ibi Salycet. n. 7. C. de falſ.* Modo † indicia urgentiora & graviora ſint aliis, quæ quoad alias perſonas legitima ac ſufficientia eſſe cenſentur, *Zanger. de tortur. d. c. 1. n. 81. Scaccias de judic. c. 97. n. 180. verſ. contrariam. lib. 1. Farinac. conſ. crim. 20. n. 10. lib. 1.* Nam † cum reatus omnem honoris prærogativam excludat, *l. 1. C. ubi ſenator. vel clariſſ.* beneficio legis, quam cōtemnendam cenſuerunt, nobiles ſe tueri non poſſunt, *l. fin. §. ſi vero. 12. C. de jur. deliber.* fruſtra † enim leges invocat, qui contra eas committit, *l. auxilium, 37. in fin. ff. de minorib. c. quia fruſtra, 14 de uſur.* & privilegium meretur amittere, qui privilegio ſibi conceſſo abutitur, *c. tuarum. §. verum. de priv. c. privilegium. 11. q. 3.* nec honos ei ſervatur, qui ſe deduxit in fœdus *l. ſenatoris 47. ff. de ritu nupt.* Non tamen † inconſulto, multo minus invito Principe hoc caſu nobiles torquēdi ſunt, *arg. l. Divi 27. §. 2. ff. de pœn. l. nullus. 4. C. ad L. Iul. Majeſt. l pen. ff. ad L. Corn. de Sicar. Thoming. deciſ. 7. n. 27. Meichſn. deciſ. Cam. 5. n. 8. tom. 4.* Punire † enim debet Rex, non judex Nobilem, *prace-*
52 53 54 55 56 57

ptum

ptum eſt Mœcenatis apud Dion. Caſſium lib. 52. Et indignum eſt à cane lanii pulchram damã devorari: quod Carolus V. uſurpare ſolebat, *Chyt. in orat. funeb. Car. V.*

IV.

58 Plebejus † cui pœna pecuniaria impoſita eſt, ſi ſolvendo non eſt, corporaliter punitur, *l. fin. ff. de in jus vocand. l. quia des ff. de incend. ruin. l. quicunq;* 4. *C. de ſerv. fugitiv. & paſſ.* unde regula illa trita & vulgata, qui nõ habet in ære, luat in corpore, quam Zaſius ita effert, ſubſidiarium tergum præbeat, cui nõ ſuppetit pecunia

59 *in* §. *pœnales,* 12. *Inſt. de act.* Verùm hæc regula † nõ procedit in Nobilibus, & perſonis egregiis, *Sich. ad l. quicunq;* 4 *nu.* 41. *C. de ſerv. fugitiv. Schneid. ad* §. *pœnales,* 12. *n.* 58. *Inſt. de act. Speckh. cent.* 1. *q.* 40. *n.* 5. *Covarruv. lib.*

60 2. *var. reſol c.* 9. *n.* 4. Nam † quotieſcunq; ex legis permiſſu pœna in aliam & diverſam commutanda venit, non in graviorem, ſed æqualem vel mitiorem converti debet, *arg. c. non afferamus. ubi gloſſ. in verb. ſceleratus, cauſ.* 24. *q.* 1. In nobili a. † quęlibet pœna corporalis vel etiam minima gravior eſt qualibet pœna pecuniaria, *ut ſupra diximus n.* 25. *& ſeqq. adde Farin. libr.* 1. *op. crim.*

61 *q.* 26. *n.* 22. *& lib.* 3. *q.* 98. *n.* 112. Ac licet † Nobilis non afficiatur pœna corporis, poteſt tamen tali affici, quæ reſpectu ipſius perſonæ non ſit pœna pecuniaria gravior, *Harprecht. tr crim.* §. *in ſumma,* 10. *n.* 35. *& ſeqq de injur.* Apud priſcos † Germanos ſcabioſus canis i-

62 gnominioſæ pœnæ loco viris nobilibus vicatim geſtandus imponebatur, utraque manu prioribus canis pedibus apprehenſis. *Henr. Panthaleon in proſopogia par.* 2. *in Frid. Barbaroſſ. Kirchn. de Rep. diſp.* 16. *coroll.* 4. *lit. b.*

63 qua pœna affectum fuiſſe Eberhardum † Comitem Franconiæ, quod Ottoni I. Imp. *Chriſt. Lehman lib.* 5.

64 *Chron. Spirenſ c.* 4. *poſt Witichind.* & Hermannum † Electorem Palatinum, quod Conrado IV. Imp. rebelles fuerint, meminerunt *Witichind. Monach. libr.* 2. *Otto Friſing. de geſt. Frid. Imp. lib.* 2. *c.* 28. *Gunther. in Ligurin. lib* 5. *Arnold. Lubec. continuator Helmold. lib.* 7. *c.* 2. *Cranzius in Saxon. lib.* 3. *c.* 15.

V.

V.

Nobiles † propter debitum civile, vel ex cauſa æris alieni non debent realiter citari, vel in carcerem duci, ſollen nicht an die Handt oder Hafft genommen werden/ut Saxo loquitur, *Azevedo ad conſt. Hiſp. lib. 6. tit. 2. leg. 4. n. 1. & 11. Gutt. de contract. jurat. part. 1. c. 16. n. 1. Gomez. tom. 2. var. reſol. c. 11. n. 54. Arze ab Otalor. de nobil. Hiſp. p. 2. c. 5. n. 32. Covarruv. lib. 2. var. reſ. c. 1. n. 4.* 65
Habet enim † beneficium competentiæ, ne in ſolidũ conveniantur, ſed in quantum facere poſſunt, habita ratione ſuæ nobilitatis, *Coler. de proceſſ. exec. c. 6. n. 146. & ſeq. part. 1. Tiraq de Nobil. c. 20. n. 142. Gylm. in Symphor. tom. 5. relat. 32. per tot. Conſult. conſtit. Sax. tom. 2. part. 3. q. 30. n. 2. arg. l. miles. 6. & l. item. 18. ff. de re jud.* 66
Neque jus † prætorium in ipſorum bonis feudalibus cõſtituitur, ita ut vendere cogantur caſtra ſua & latifundia, ſed contenti eſſe debẽt creditores, ut facta ſequeſtratione de fructibus eorum illis ſatis fiat, *Chaſſan. ad conſuet. Burg. in proem. tex. Conte de Flandres, n. 4 Gail. 1. obſ. 117. n. 5. ibiq; Graven pract. concl. 117. per tot. Ioh. Köppen. deciſ. 39. n. 5. & ſeq. p. 1. Weſenb. conſ. 50. per tot. ferè part. 1. Cravett. conſ. 197. n. 2. & ſeq. vol. 1.* 67
Nec obſtat † quod Nobilis cogi poſſit, ut caſtellum vel palatium vendat, quod ob paupertatem reficere nequit, ne civitas ruinis deformetur, *Tiraquell. de nobil. c. 37. nu. 132. Lud. Roman. ſingul. 784. nu. 1.* quod ſingulare tanquam aureum commendat, *Bart. Capoll. de ſerv. urban. præd. c. 59 de refectione, num. 4.* 68
Non enim † inde ſequitur, idem in privatorum gratiam concedendum, *Weſenb. conſ. 50. n. 15. p. 1.* 69
cum † publica privatis anteponantur, *l. 3. C. de primipilo Auth. res quæ C. comm. de leg.* & ob bonum publicum multa pro juſtis habentur, quę aliâs illicita ſunt, *l. 1. ff. de uſucap.* 70
ut hoc argumentum † à ſeparatis nihil concludat, *l fin. ff. de calumniator. H. Riminald. conſ. 34. n. 21. lib. 1.* 71

Limitatur autem, I. Niſi † Nobiles ſint conductores vectigalium, *Caſp. Baeza tr. de inop. debitor. c. 16. nu. 76.* 72

Flores

Flores Diez. de Mena pract. q. 21. n. 152. lib. 2. Grat. tom. 2. diſc. c. 328. n. 25. Gutt. lib. 3. & 4 pract. q. 13. n. 101. & ſeqq.

73 II. Niſi † ſuſpecti ſint de fuga, *Caſp. Baet. d. c. 16. n. 126. Covarruv. var. reſol. d. c. 1. n. 9. Azevedo ad conſt. Hiſp lib. 3. tit. 6. leg. 15. n. 12.*

III. Niſi † bona ſua in fraudẽ creditorum occultent

74 *Gutt. de contr. jur. d. c. 16. n. 14. & ſeqq. Az. ad conſt. Hiſp. lib. 6. tit. 2. leg. 4. n. 31. arg. §. Item ſi quis. 6. Inſt. de act.*

75 IV. Niſi † tempore contractus ſe negaverint nobiles propter commiſſum dolum, *Gomez. ad leges Tauri leg. 79. n. 5. & lib. 2. var. reſol. c. 11. n. 54. per. l. 1. C. ad SC. Macod. l. qui cum. 10 ff. de re jud. l. 2. C. ſi min. ſe maj. dix.*

76 V. Niſi † à virtutibus progenitorum degenerent, *Coler. de proceſſ. execut. c. 6. n. 151 part. 1. Caſp. Boet. de in-*

77 *op. deb. c. 17. n. 11. & ſeq.* & cum † M. Antonio Heliogabalo ſuum ſibi quemq; optimum hæredem præſupponant, alles verthuen/ darnach die creditores Enterben/ *Reuſn. in ſymbol. Impp. claſſ. 3.* Keller. *de off. jurid. polit. lib. 1. c. 16. Ruland. Commiſſ part. 1. libr. 6. c. 13. n. fin. lit. a.*

78 propter turpitudinem † ſcilic. vitæ, quam elegerunt, *Gratian. tom. 1, diſcept. for. c. 186. n. 26. Coler. d c. 6. n. 153. per l. 2. C. de ſecund. nupt. l. 1. C. ubi ſenat. vel clariſſ. l ſenatoris. 47. ff. de ſenator.*

VI.

79 Nobiles † non facilè debent arreſtari, *Coler. de pro-*

80 *ceſſ execut. part. 2. c. 3. n. 161.* cum n. arreſtatio † multo magis infamet nobilem quàm plebejum, *P. Peckius tr. de jure ſiſtend. c. 24. n. 1. Peregr. Iann. de cit. reali in proœm.*

81 *n. 6. Neviz. conſ. 52. n. 8.* afferatq; † damnum vel gravamen irreparabile, *Bald. in l. ſi clericus. n. 6.* C. *de Epiſc.*

82 *audient.* debet ſemper, † quamvis ſit licita fieri abſq; injuria, *Peckius. d. cap. 24, n. 3. arg. l ſi bene, 33. ff. de injur.* maximè cum in delictis atq; injuriis perſonarũ ratio ſit habenda, *ut ait Claudian. in l. aut facta. 16. ff. de pœn.*

83 E. g. Quod tamen ita † intelligendum, ſi ejuſmodi Nobiles ſe contineant intra metas ſuæ vocationis, ſecus ſi vocatione ſua egrediantur, alienisq; negotiis

ad

ad ſuam vocationem &dignitatem non pertinentibus ſe immiſceāt, puta ſi mercaturam exerceāt, tunc enim rectè arreſtari & perſonaliter detineri poſſunt, *Matth. Berlich part. 1. pract. concl. 51. n. 18. Coler. de proceſſ. Execut. d. c. 3. num. 162. Bapt. Caccialup. de debitor. ſuſpect. q. 5. n. 14. & ſeq.* Deinde † hoc privilegium nobilibus 84
denegatur, & illi bene arreſtari poſſunt, ſi prius judici arreſtum promiſerunt, tunc enim promiſſioni contravenire, & ex arreſto diſcedere non poſſunt, ſed ſi hoc fecerint, ſemper ſubſidiare, citari, & ad locum arreſti revocari poſſunt. Ratio eſt, quia per ejuſmodi promiſſionem ſuo privilegio quodammodo renunciaſſe videntur, *Coler. d. c. 3. n. 164. Berlich. d. concl. 51. num. 19.*

VII.

In vinculis ſubterraneis † Stock vnd Halßeiſen 85
(quo pertinent nova † tormentorum genera, Dheniſcher Mantel/Spaniſche Kappē/Engliſche Jungfraw/Braunſchwigiſche Stiffeln/ꝛc.) propter delicta 86
ex quibus capi poſſunt, non ſunt detinēdi *arg. l. 1. ff de carcer. reor. Bon. de curtil. de nobil p 5 n. 12. Tiraquell. de pœn. cauſ. 31. num. 10. & ſeqq. Ioh. le Cirier de primog. lib. 2. art. 2. nu. 6. Weſenb. conſ. 50. n. 20.* Sed vel † in civi- 87
tate, ne domo ſua, aut ex certo loco procedant, *Gail. de pignorat. obſ. 9. nu. 4. Farinac. lib. 1. oper. crim. qu. 36. nu. 61. Azevedo ad conſt. Hiſp. lib. 6. tit. 2. leg 6. num. 2. & ſeqq.* Cujus damnationis exēplum habemus in Equite illo Romano apud Suetonium *in Octavio, c. 24.* & in Julia uxore Imp. Tiberii, quam in uno oppido clauſam, domo quoq; egredi vetuit, *Sueton. in vita Tiberii pag. mihi 264* Vel † in hoſpitio, curia, & palatio, *Ru-* 88
ding. 2. obſ. 58. n. 6. Pruckman. conſ. 2. n. 331. vol. 1. Vel in loco † æditiore ſub cuſtodia militum vel commen- 89
tarienſium ſunt aſſervandi, *Coler. de proceſſ. executiv. part. 2. c. 3. nu. 177.* expenſis † tamen Nobilium, *Gut-* 90
tierez. de juram. confirm. part. 1. c. 16. nu. 3. maximè † ſi 91
nondum ſint convicti, *Tiraquell. de Nobil. c. 20 n. 30 & ſeq. Weſenb. conſ. 260. n. 58. & ſeq. part. 6.* Sic Nobilis † 92

Hiſpanus jure regio Hiſpaniarum ex nobilitatis privilegio in carcerem mitti non poteſt, nec in ipſius armis & equo rectè fit executio, *Carol. Tapia in l. fin. part. 2 n. 5. & ſeq. ff. de conſt. Princ. Fr. Sarmient. ſelect interpr. lib. 1.*
93 *c. 15. num. 5.* Sic Stephanus † Rex Poloniæ in conſtitutionibus Livonicis Warſoviæ die 4. Decemb. Anno 82. promulgatis *ſub Rubr. de captivitate ex criminibus,* ſancivit. *Cum aliquis Nobilis decreto publici conventus, judicio Præſidum aut terreſtri capitur, quod ſub certis pœnis in poteſtatem aut carcerem civilem non tradatur, ſed in manus Præſidum. Si quis autem in civitate, ubi nulla arx eſt, capitur, & auctoritate conventus Præſidu, aut judicii in carcerem civilem conjicitur, in poteſtate eorundem & non civitatis permaneat: Fidejuſſoria autem cautione à carcere liberetur, niſi cauſa fuerit criminalis,* quod refert *Hering. de fidejuſſ. c. 10. num. 372.* Antiquitus certè illu-
94 ſtriores † perſonas digniore ſq; regulariter in libera cuſtodia manſiſſe, & ob id vel conſuli, vel Prætori, vel Ædili, vel etiam Senatori commiſſos fuiſſe refert *Iuſt. Lipſ. in comm. ad Cornel. Tacit. lib. 6. Annal. nu. 8.* ex Saluſtio, Julio Firmico, Dione, Hieronymo, Sidonio, &
95 Cicerone. Qui etiam † *lib. 3. Annal. nu. 41.* explicat, quæ & qualis cuſtodia militaris fuerit, quod monemus propterea, ut tyrones intelligere queant, quid velit Ulpianus *in l. 1. verb. an militi tradenda, ff. de cuſtod.*
96 *reor.* Unde ſi Nobilis † detentus in palatio, pro crimine aufugeret, excuſandus erit officialis, qui poterat in ejus nobilitate confidere, eandemq; in palatio detinere non aliter devinctum, *Lupus in rubr. de don. inter vir. & ux §. 9. num. 14. & ſeq. Tiraquell. de nobil. c. 20. n. 28. Thom. Gramm. deciſ. 14. n. 3. & Boër. deciſ. 217. num. 9 &*
97 *ſeq. Azevedo conſ. 27. per tot.* refertur † enim Nobiliũ fuga inter caſus fortuitos, *Alph. ab Azeved. d. conſ 27. nu. 50.* ad quos nemo in dubio ſe obligaſſe præſumitur, *Meichſner. deciſ. 22. n. 134. tom. 4. Socin. Sen. conſ. 26.*
98 *nu. 1. vol. 3.* Teſtatur tamen † Angelus, (hujus enunciati primus author) Guelfum de pratis Bononiæ Prę-

torem

totem, ſummum vitæ diſcrimen adiiſſe parumq; abfuiſſe, quin ultimo ſupplicio afficeretur, quod huic præſumptioni confidens curiam cuidam nobili carcerem definiviſſet, qui fide rupta poſt deinde aufugiſſet, *ut in ſcripta immiſere Jaſon. in Rep. l. admonendi, num. 163. ff de jurejur. Tiraquell. de pœn. cauſ 31. n. 13. Petr. Royz. deciſ. Lithuan. 4. n. 49.* Limitantur † tamen ſupra dicta, 99
niſi is Nobilis ſemel aufugerit à palatio, quod illi fuerit loco carceris aſſignatum, nam debet poſtea in vinculis & carcere detineri, nec debet cum fidejuſſoribus relaxari, *Guttierez. de juram. confirm part. 1. c. 16. nu. 4. Tiraquell. de nobil. c. 20. n. 32.*

QV. An Nobilis † carceratus poſſit ſe per progra- 100
ma publicum, **durch ein offenes Schreiben**/ purgare? Johannes Sichardus † hoc ipſi licitum, at non con- 101
ſultum eſſe exiſtimat, antequam ejus innocentia innoteſcat *in conſ. crim. 9. n. 65.* Tum verò cui bono? Innocentia enim Apologia optima eſt.

IIX.

Ad triremes † **auff die Galeen**/ (quæ pœna ſuc- 102
ceſſit in locum antiquæ deportationis, † *Weſenb. in* 103
par. ff. ad L. Cornel. de Sicar. n. 17 & ad tit. de quaſt. nu. 5. ſive damnationis in metallum, † *Camill. Borell. de* 104
compromiſſ. §. 1. gloſſ. 3. nu. 322. Cavalcan. deciſ. 21. n. 3. lib. 5. & in mari † mediterraneo utpote in regno Si- 105
ciliæ, aliisq; locis Italiæ nimis recepta eſt, *Hortenſ. in Cavalcan. de brach. reg. part. 4. num. 28*) vel ad tempus vel perpetuo damnari non debent, *Farinac. prax. crim. part. 3. quaſt. 98. num. 99. Covarruv. lib. 2. var. reſol. c. 9. n. 3 & ſeq. Ioſeph. de Seſſe deciſ. 11. num. 6. part. 1. Fab. de Anna conſ. 34. n. 4. Cœpolla conſ. crim. 39 nu. 23.* Niſi delictum fuerit tale, ut nobilitatis honorem fœdaverit; *Farinac. d. quaſt. 98. num. 99. faciunt notata ſupra n. 10.* Neq; ad ſtrapecordam, † vel pœnam de chorda, *ut* 106
vocant Saxones part. 4 conſult. quaſt. 37. verſ. **Da aber**/ *tom. 1.* quod pœnæ genus ξυλαγωγιον vocat Tholoſanus, † *lib. 31. Syntagm. jur. univerſ. c. 37. n. 6. & ſeq.* & 107

in ſtativis præſidiiſque, in Guarniſonen vnnd Feſtungen/ apud nautas etiam Oceani Germanici frequens, inde non retro ab hinc annis in aulis Principum viſum, ſunt adagendi.

IX.

108 Manus ipſis † propterea, quod alios in via publica inſaltarunt, non eſt amputanda, *Matth. Berlich. part.* 4. *pract. concl.* 20. *num.* 24. Sed vel relegatione, vel carce-
109 re, vel alia pœna arbitraria ſunt puniendi. Et ita † Jenenſes in caſu contra Henricum ab Ertzdorff reſpondiſſe teſtatur *Matth. Coler. deciſ.* 155. *n.* 18. *& ſeq. part.* 1.
110 Contrarium tamen † jam ante Scabinos Lipſenſes *menſ. Septemb. Anno* 1584. pronunciaſſe, & cuidam Nobili vermög Sächſiſchem Recht etiam amputationem manus adjudicaſſe, notat *idem Berlich. d. concl.* 20. *nu.* 24. Nam quod latroni & viarum graſſatori etiam nobili pœna ordinaria imponenda, nec illa minuenda ſit, ſcripſerunt *Covarruv. lib.* 2. *var. reſol. c.* 9. *n.* 4. *Farinac. lib.* 3. *pract. crim. q.* 98. *n.* 117.

X.

111 Nobiles † propter furtum, vel aliud crimen ſuſpendio dignum laquei ſupplicio non ſunt plectendi, *Lupus in rep. rubr. de don. inter vir. & ux.* §. 9. *nu.* 29. *Farinac. p.* 3. *prax. crim. q.* 98. *n.* 100. *Capolla de Imp mil. delig. c.* 4. *nu.* 27. *Bajard. ad Iul. Clar.* §. *furtum. n.* 68. *Matth. de Afflict. in conſt. Terminum vitæ, nu.* 46. *lib.* 1. *Vinc. de Franch. deciſ.* 116. *nu.* 5. *& ſeq. Fr. Marci deciſ. Delph.* 778.
112 *n.* 6. *& ſeq. tom.* 2. Neq; ut Baldus † opinatus eſt, debent ſuſpendi, & erigi altius patibulum in honorem nobilitatis, quod ſequitur *Fab. de Arcad. deciſ. crim.* 25. *& deciſ. feud.* 25. Et refert *Guttierez. lib.* 4. *pract. quæſt. c.* 15. *n.* 20. Quemadmodum cum latrones aliquot ſuſpendio addicti eſſent in Dania, & unus ex eis, vitæ ſuæ conſulere cupiens, proclamaret, ſe conſanguineũ Regis eſſe, Regia Danorum ſtirpe oriundum, tum Rex Canutus, turpe eſt conſanguineum noſtrum vulgarium morte affici, decet nos ei impendere claritatem, & juſ-

& juſſit in nauticâ pinu ſolemne ei ſuſpendium exhibere, *Alb. Stadenſis in hiſtor. ſub Anno* 1133. Simile exemplum eſt apud Suetonium *in Galba c.* 9. & Marquardus Freherus *tr: de ſecret. judic. Weſtphal. in not. ad fin.* de Scabinis delinquentibus ſcribit, zwey Freyſchafften ſollen jhnen nehmen / vnnd hängen ſieben Füß höher / dann ein andern Dieb. Pœna enim † ignominioſa 113
Nobili vel in dignitate conſtituto regulariter non imponitur, *l. moris, 9. §. iſta. 11. ibi nec laquei pœna ff. de pœn. Grammat. deciſ.* 32. *nu.* 5. Jam vero pœna laquei † o- 114
mnium pœnarum eſt ignominioſiſſima, viliſſimaq; ac fœdiſſima, *ut tradit Bald. in rubr. de off. deleg. Capolla conſ. crim* 39. *n.* 13. *& ſeqq.* Unde Livius *lib. 2. hiſtor. Rom. decad.* 5. loquens de morte Q. Fulvii Flacci. Hic, inquit, fœda morte periit, nam (ut poſtea ſubdit) ſervi mane cubiculum ingreſſi, laqueo dependentem eum invenere. Et hinc † textus à paucis in hoc animadverſus, 115
in c. ſceleratior. de pœnitent. diſt. 3. id genus mortis informe appellavit. Quod & ante Virgilius *lib.* 12 *Æneid.* dixit;

Et nodum informis lethi trabe nectit ab alta.

Quo in loco Servius † informe ideo dicit appellari, quoniam in Pontificialibus libris cautum fuerat, ut qui laqueo vitam finiviſſet, inſepultus abjiceretur, quod ea mors eſſet infamoſiſſima. Propterea † ratione tam deteſtabilis mortis Nobilibus talis pœna non eſt inferenda, ſed ad mitiorem deveniendum, *Tiraquell. de pœn. temper. cauſ.* 31. *n.* 3. 4. *& ſeqq. Hipp. Riminald. conſ.* 245. *n.* 72. *& ſeqq. lib.* 3. Quod tamen Dd. limitant. Niſi † in crimine proditionis vel perduellionis deprehenſi fuerint, *Schrader. de feud part.* 9. *c.* 33. *n.* 66. *Clarus lib.* 5. *pract. crim. §. fin. q.* 60. *nu.* 24. *Farinac. d. quaſt.* 98. *nu.* 115. *Grammat. conſ.* 40. *n.* 11. quo caſu † etiam ſuſpenduntur nobiles in Gallia, *Bodin. lib.* 6. *de Repub. c.* 6.

(margin numbers, in order: 116, 117, 118, 119)

XI.

Nobiles † flagellis vel fuſtibus non ſunt cædendi, 120

daß man jhnen ein Paſſamezo auff dem Rücken ſpielet ut noſtri loquuntur, *arg. l. Decuriones, 5. C. ex quib. cauſ. infam. Boër. tr. de ſeditioſ. q. 7. num. 50. Ioſeph. Ludovic. deciſ. Lucenſ. 1. n. 23. Azevedo conſ. 29. nu. 1.* de quo etiam conquerebatur Paulus *in Act. Apoſtolor. c. 22. v. 26.* iſts auch recht/ einẽ Römiſchen Menſchen ohne Vrtheil vnd Recht geiſſeln/ civem enim Romanum virgis cædere crimen piaculari nota dignum exiſtimabatur, *P. G. Tholoſan. lib. de Repub. c. 3. nu. 24. ad fin.* Sed potius
121 † decapitandi, *Caſſan. in Catal. glor. mund. p. 8. conſid. 33. Tiraquell. de nobil. c. 20. nu. 111. Vinc. de Franch. deciſ. 569. n. 2. p. 4. Grammat. deciſ. 36. nu. 6. Fab. de Anna conſ. 34. n. 3 & ſeq. Farinac. conſ. crim. 33. num. 16. lib. 1.* Vel
122 pœna † perpetui carceris damnandi, *Lud. Rom. ſin-*
123 *gul. 667. n. 1. in fin.* Et in his terminis, quod, ſi uxor † nobilis adulterium committit ad perpetuos carceres condemnanda ſit, reſpondit *Weſenb. conſ. 295. nu. 39. part. 6.* cum incluſio talis ſit pro intruſione in monaſterium, cujus generis in Eccleſiis reformatis nunc nõ
124 eſt uſus. In Anglia † Illuſtres & Nobiles ex ſpeciali Regis gratia ſecuri decapitantur, *Eman. à Metern. lib. 3. relat. bell. Belg.* quod etiã apud Italos, Hiſpanos, Narbonenſes & Aquitanos in uſu eſſe refert *Bodin. d. c. 6. de Repub.* ubi addit, Belgas Nobilium jugulum gladio, pecudum in morem haurire conſueviſſe.

XII.

125 De Nobilibus † ſolet dubitari an illi ad palinodiam adigi poſſint? Et quidem ſi uterq; tam injurians quam injuriatus ſit nobilis dubium non eſt, quin is ad palinodiam compelli poſſit. Atq; ita Anno 1616. 27. Novemb. in aula Aldenburgenſi, & Anno 1607. 11. Decemb. in curiali judicio Lipſenſi judicatum fuiſſe teſtatur *Matth. Berlich. part. 4. pract. concl. 32. num. 28.* idque ideo, quoniam nobilis vel alius privilegiatus contra nobilem vel pariter privilegiatum non utitur privilegio, *Cavalcan. deciſ. 30. num. 17. 33. & ſeqq. part. 1. Flam. de Rube. conſ. 45. num. 17. vol. 1.* Si vero inju-

injuriatus eſt plebejus, major de hac quæſtione ſolet eſſe controverſia? De jure civili negamus, *Petr. à Placa in Epit. delict. c. 1. nu. 23. & ſeqq. Azevedo ad conſt. Hiſp. lib. 8. tit. 10. leg. 2. nu. 100. & ſeq. & num. 238. cum ſeqq.* quia palinodiam † canentem, manet facti infamia 126
Marqu. Freher. de exiſtimat. lib. 3. c. 9. n. 13. & ſeqq. Ant. Fab. in Cod. lib. 9. tit. 20 ue fin. 10. n. 2. niſi † in ſenten 127
tia honoris & exiſtimationis expreſsè obſervatio fiat, daß er ein Widerruff thun ſoll / aber doch ſeinen Ehren vnnachtheilich. *Bernh. Graven. lib. 1. pract. concl. 65. conſid. 1. n. 3. Weſenb. conſ. 22. n. 26. part. 1.* Atqui actio famoſa † plebejo adverſus Nobilem, humili adverſus 128
eum, qui dignitate excellit dari non debet, *l. non debet. 11. verſ. ſed nec. ff. de dol. malo. Covarruv. lib. 2. var reſol. c. 9. n. 4. Tiraquell. de Nobil. c. 20. n. 184.* De jure vero Saxonico † cum damnatum non ſequatur infamia, pœ 129
na recantationis ab Electore *in conſtit. novell. 42. part. 4.* in injuriantes ſtatuta etiam in nobili à plebejo convento locum habet, *ut docet Dan. Moller. ad d. conſt. 42. n 8. & ſeqq.* cui propter generalitatem & prægnantiam verborum, *in d. conſt. §. 3. verſ.* daß ein jeglicher wer der auch were / poſitorum calculum adjiciunt, *Petr. Friz. in diſp. inaugural. de Nobil. civil. concl. 25 lit. a.* adeò ut etiam Doctores, *Berlich d. concluſ. 62. num. 19.* ubi ait, ita Menſe Januar. Anno 1617. in ſupremo judicio appellationum contra quendam, J. U Doctorem, fuiſſe pronunciatũ, daß er Klagern einen offentlichen Widerruff / doch vnbeſchadet ſeiner Ehren zuthun vnnd 50. Reichsthaler Straffe zuerlegen ſchuldig. Imò Comites & ſimiles perſonæ illuſtres, ut palinodiam canãt rectè condemnari poſſint, *Reinhard. Roſa in addit. ad Dan. Moller. d. conſt. 42. num. 9. verſ. etiam in comitibus, Matth. Berlich. part. 5. pract. concl. 62. n. 30. & ſeq.* Unde Nobiles † hujus condemnatos dedecori ſibi futu- 130
rum putare, ſi in ſententia ipſis reſervatur exiſtimatio, notat *Weſenb. in paratit. ff. de injur. n. 18. verſ.* An autem in Hiſpania † à recantatione excuſari Nobilem, 131

ſed cogi pœnam pecuniariam perſolvere, nēpe quingentos ſolidos, ſcribunt *Petr. Salazar. tr. de uſu & conſuet. c. 1. n. 109. Parlador. lib. 1. rer. quotid. c. 17. num. 9.*
132 quæ ſingularis † quidem eſt Regis gratia, ſed exiſtimationi injuriati minus æquo conveniens, *monente Graven. lib. 1. pract, concl. 65. n. 10.*

XIII.

133 An Nobiles † renunciare poſſunt privilegiis ſuæ nobilitatis? E.g. ut pro debito civili in carcerem du-
134 cantur? Negant † *Gomez. tom. 2. var. reſol. c. 11. n. 54. Hier. de Cavallos pract. quaſt. 689. per tot. Guttierez. de juram. confirm. part. 1. c. 16. nu. 47. & ſeqq. Decian. reſp.*
135 *66. n. 66. vol. 3.* etiamſi † quis generaliter renunciet omni legum auxilio, *Caſp. Baeza de inop. debitor. c. 16.*
136 *n. 103.* vel † mediante juramento renunciatio facta ſit, *Azevedo ad conſt. Hiſp. lib 6. tit. 2. rubr. nu. 14. & ſeq. Item. n. 18. & ſeqq. Cavallos d. q. 689. num. 4. Gomez. ad*
137 *leg. Tauri. leg. 53. n. 49.* cum nobilitatis † jura ſanguinis jura ſint, *arg. l. 2. §. quæ omnia, C. de vet. jur. enucl. l. 1. C. de jur. aur. annul. l. ſtemmata ff. de gradib.* quæ nec renunciatione, nec ulla lege humana tolli poſſunt, *l. jura. 8. ff. de R. I. l. jus agnationis, 34. ff. de pact.* Affirmant
138 verò † *Covarruv. in c. quamvis de pact. in 6. 2. part. princ. n. 5. & ſeqq. Gratian. tom. 2. diſcept. for. c. 328. nu. 25. Garſias de Nobil. gl. 6. num. 18. & ſeqq.* Per regulas
139 vulgatiſſ. † quod contractus ex partium conventione legem accipiant, *l. 1. §. ſi convenit, 6. ff. depoſiti* & quilibet renunciare poſſit his, quæ in ſui favorem ſtatuta ſunt, *l. pen. C. de pact. l. pactum, 46. ff. eod. l. etſi, 4. §. 4. ff. ſi quis in caut. l. ſi judex, 41. ff. de minor.* Qui ergo jus ſuum remiſit, eo amplius uti non poteſt, *l. 1. §. qui ſemel, ff. de ſucceſſ. edict. l. quærit, §. ſi venditor. ff. de ædil. edict.* cum nemo ſit audiendus contra id, quod viva voce approbavit, *l. generaliter, 13. in fin. C. de non. num. pec. l. 4. C. de revoc. don. l. poſt mortem, 25. ff. de adopt. l. vin-*
140 *dicantem, 17. ff. de evict.* Quæ opinio † nobis in puncto juris videtur verior, quia privilegia nobilibus data, non

ta, non poſſunt dici jura ſanguinis, ſed jura ipſius nobilitatis, Nobilitas † autem ſanguis non eſt, ſed ſan- 141
guinis & generis qualitas. Quod ſi & hæc jura ſanguinis verè dici poſſent, non tamen de his intelligitur, *l. jura*, 8. *ff. de R. I.* quandoquidem † illa eſt intelligen- 142
da de juribus à naturali jure dependentibus, qualia ſunt ipſa agnatio, cōſanguinitas, amor & dilectio, quæ nulla civili conſtitutione tolli poſſunt. Jam verò Nobilitas ejusq; privilegia non à natura, ſed civili jure ſanguini tributa ſunt. *per tradita ſupra, c. 1. num.* 70. & ideò lege humana & civili ratione tolli & mutari poſſunt, §. *fin. Inſt. de legit. agn. tutel. l. eas*, 8. *ff de cap. minut.* Quod tamen limitari poteſt. Niſi † illa renunciatio 143
cedere in præjudicium & opprobrium totius nobilitatis, *per c. ſi diligenti. de foro compet. Cavallos. d. quæſt.* 689. *n.* 5. *Covarruv. d. part.* 2. *princ. num.* 5. nempe † ut 144
in patibulum ſeu infelicem arborem, *ut vocat Livius lib.* 1. *hiſtor. Rom. c.* 26. *& explicat. Turneb. lib.* 4. *adverſ. c.* 3. agerentur. In quibus & ſimilibus caſibus non valeret renunciatio.

XIV.

Cùm deportatio ſit pœna † nobilium, *ut ait Alberic. in l. illicitas*, §. *qui univerſas, n.* 6. *ff. de off. præſid.* Ubi 145
enim in jure ignobiles decapitantur & morti traduntur ibi nobiles deportantur, *l.* 3. §. *legis ff. ad L. Cornel. de Sicar. l. inter*, 6. §. 2. *ff. de intend. & releg. l. ſacrilegii*, 6. *ff. ad L. Jul. de pecul.* hæc verò deportatio apud nos ubi inſulæ non reperiuntur ab uſu & aula receſſerit, quæritur, quænam illi ſubrogata ſit? Ludovicus Romanus, † 146
Decapitationem illius loco ſucceſſiſſe ſcribit *ſingul.* 574. *n.* 1. *in fin.* Alii communiter † ſucceſſiſſe exilium 147
& bannum perpetuum dixerunt, *Petr. à Placa in Epit. delict. c.* 44. *n.* 1. *Cacheran. deciſ.* 105. *nu.* 3. *Cravett. conſ.* 120. *n.* 13. *part.* 2. Ex quo d bannitus † æquiparetur 148
deportato tenent *Ant. de Petra de poteſt. Princ. c.* 16. *nu.* 11. *& ſeqq. Ioan. Fichard. conſ.* 8. *n.* 5. *tom.* 2. Attamen † 149
cùm prædictæ pœnæ caudas colligatas non habeant,

nec pœna ſubrogata gravior eſſe debeat quam illa, in cujus locum ſurrogata eſt. Ideoq; verius dici poteſt, & ita apud nos practicatur, quod ejus loco arbitraria pœna citra mortem, juxta tamen delicti & delinquentium qualitates ſucceſſerit, *Menoch. de A. l. 9. caſ. 330. num. 5. Farinac. lib. 1. pract. crim. q. 19. n. 15. in fin. Capycius deciſ. 135. n. 2. Alexand. conſ. 55. n. 2. lib. 7.*

AD CAPUT XVI.

SUMMARIA.

1. *Mater tenetur lactare filium ſi poſſit.*

2. *Fallit in muliere nobili*, n. 3.

4. *Rationes hujus fallentiæ adnotantur.*

5. *Nutrix Principis efficitur nobilis, & maritum, cui nupta eſt, nobilem reddit.*

6. *Vxor tenetur marito ſervire.*

7. *Fallit in uxore nobili*, & n. 8.

10. *Sed reprobatur iſta fallentia*, n. 11.

9. *Manus calloſæ nulli opprobrio ſed laudi.*

12. *Explicatur l. interdum, §. ſed ſi liberta, ff. de oper. libert.*

13. *Donationes inter virum & uxorem prohibitæ ſunt.*

14. *Fallit, ſi maritus ignobilis det uxori nobili ſed pauperi.*

Ratio diverſitatis, n. 15. *Convertitur*, n. 17. & ſeq.

16. *Maritus non habet exceptionem non numeratæ dotis contra uxorem ſuam nobilem.*

19. *Fallit 2. ſi uxor det marito, ut nobilitatem accipiat.*

20. Dona-

20. *Donatio regulariter non præſumitur.*

21. *Niſi donans eſſe nobilis,* n.22.

22. *Obligatio naturalis non habet locum in nobilibus.*

Donatio facta nobili debet eſſe ſine ulla ſpe cujuſpiam remunerationis.

23. *Remunerans nobilem videtur propriè donare.*

24. *Donatio concubinæ facta valet: Niſi donator fuerit Nobilis.*

26. *Iocalia data uxori, poſſunt ſoluto matrimonio repeti,* n.27.

Fallit in perſonis nobilibus, adde n.33.

29. *Maximè ſi divitiæ & fructus dotis id patiantur.*

30. *Conſuetudo Saxoniæ.*

31. Morgengabe *quid, & unde ſic dicatur,* n.32.

34. *Pater habet juriſdictionem in liberos.*

35. *Declaratur in Nobilium, Comitum, Principum liberis.*

36. *An hæc declaratio etiam in delictis procedat.*

37. *An dignitas liberet filium à patria poteſtate.*

38. *Fugere inſultantem nemo tenetur ſive nobilis ſit ſive ignobilis,* n.41. & ſeq.

39. *Turpe & ignominioſum eſt Germanis fugere.*

42. *Manlii ſeditioſa oratio apud Livium.*

44. *Limitant tamen Dd. quaſi plebeii fugere teneantur non verò Nobiles,* n.45.

46. *Etiam ipſe aggreſſor nobilis eſſet.*

47. *Nobilis ex quatuor gradibus proavorum, poteſt provocare Deum.*

48. *Aſinus intumeſcit auribus, quando per comparem apprehenditur.*

50. Pre-

50. *Provocato nobili ignominioſum eſt, ſi non compareat.*

52. *Provocato non comparenti mappa in menſa reſecatur.*

53. *Ignominioſæ notationis ritus in Germania,* n.51.

54. *Niſi per perſonalem comparitionem fuga purgetur.*

55. *Vel virtute deleatur.*

56. *An Nobilis ruſticus provocans ruſticum pugnare debeat per ſe, vel per famulum ſuum.*

Duellum inter Nobiles licitum eſt.

57. *Chirographum non integraliter ſcriptum, ſed tantum ſubſcriptum probat.*

58. *Paria ſunt ſcribere, & ſubſcribere.*

59. *Fallit in ſubſcriptione facta à viro nobili.*

60. *Pacta de futura ſucceſſione non valent.*

61. *Limitatur in pactis perſonarum nobilium,* n.62.

62. *Nobiles receptiſſimo uſu pro militibus habentur.*

64. *An L.licet, C.de pact. habet locum in militibus in procinctu aut acie non conſtitutis. Controvertitur,* n.68.

65. *Nobiles in privatorum numero non comprehenduntur.*

66. *Privatorum duo ſunt genera.*

67. *Dictio privatos, quomodo in d.l.licet accipiatur.*

69. *Adverſus Nobiles in litem jurari nō poteſt,* n.71.

70. *Non niſi ob dolum in litem jurari poteſt.*

72. *Contrarium de jure verius eſt.*

74. *Pro nobilibus præſumitur in iis, quæ ad nobilitatem pertinent.*

75. *Nobilitas ſuſpicionem veriſimilem non aufert.*

76. *In dolo eſt, qui juſſui judicis non paret.*

77. Iu-

77. *Iuramentum in litem locum habet adverſus Principem.*

78. *Conſtitutio generalis non comprehendit nobiles & illuſtres.*

79. *Controvertitur, ſed iſta opinio eſt verior,* n. 80.

81. *Nobiles poſſunt ſubditis imponere collectam pro nobilitate nacta.*

82. Römerzug *quid.*

83. *Remedium, l. 2. C. de reſcind. vend. non datur nobilibus.*

84. *Quo remedio ſi uti voluerint, cogitandum illis erit, quod jactura quidem rei familiaris ſi vincant, illis reſarciatur, at quod interim nobilitatem, pietatem, exiſtimationem fœdè conſpurcent,* n. 85.

86. *L. 2. qui ad nobiles pertinere aſſeverat, is edoceat prius Lupum illum ad quem ſcribebatur nobilem fuiſſe,* n. 87.

88. *Contrarium reſpondit Academia Roſtochienſis.*

89. *Quæ opinio æquior, ſi læſio dimidium juſti pretii excedat.*

90. *Res nimia ſubtilitate perverti non debet.*

91. *Nimirum ſubtiliZare eſt pernitioſè errare.*

92. *Pruckmannus refutatur.*

93. *Nobiles & potentes ſimpliciter inter ſe differunt.*

94. *Nobiles arces inexpugnabiles habentes ſunt fidejuſſores idonei: modò ſubſint Principi, qui arcem expugnare poßit,* n. 103.

95. *Non præſumitur nobiles ſinere ſuos fidejuſſores damnum pati.*

96. *Contraria ſententia tutior & verior eſt.*

97. *Fidejuſſor debet eſſe facilis conventionis.*

98. *Li-*

98. *Litigare cum potentiore durum.*

99. *Vbi leo figit pedes, ibi cætera animalia quieſcunt*

100. *Piſces minutos magnos comeſt.* n. 101.

102. *Paria ſunt, non eſſe ſolvendo vel conveniendo.*

105. *Potentes nemo tutò aggreditur.*

106. *Potentes quinam propriè ſint.*

107. *Comes Palatinus non poteſt legitimare nobiles, niſi ſpecialem conceſſionem habeat.*

108. *Legitimandi facultas non præſumitur niſi probetur.*

109. *An comites Palatini poſſint legitimare Comites, Principes*, num. 112. & ſeq.

110. *Legitimandi facultas ultra nobiles non extenditur.*

111. *Principes generali oratione non comprehenduntur.*

114. *Tutor per interpoſitam perſonam, ſe ipſo authoritatem præſtante res pupilli emere non poteſt.*

115. *Fallit in Nobili.*

116. *Vilis homo cogi poteſt, ut carnificis officio fungatur. Non verò nobilis*, num. 118.

117. *Carnificis munus publicum eſt.*

Caput XVI.

Miſcellum, quædam prætermiſſa pertractans.

Cum in prædictis capitibus quantum fieri unquam potuit, unicè dederimus operam, ut ſingula privilegia ſuis locis aptè diſponerentur, neceſſarium fuit

non-

nonnulla indiſcuſſa imò & intacta relinquere, quæ prioribus adaptari ſatis commodè nequiverunt. Illorum igitur tractationem ſub nomine miſcellaneorum & prætermiſſorum ad exemplum Senecæ *lib. 7. de benefic. c. 1. in pr.* & Tiraquellæ *de nobil. c. 37. in pr.* jam ſubjicimus, ne ſtudioſus lector quidquam deſiderare queat.

I.

Licet mater † teneatur lactare filium ſi poſſit, *l. nec filium 9. C. de patr. poteſt. Alviſ. de Albert. ſingul. 159. A. Gell. lib. 12. noct. Att. Fr. Patrit. de Regn inſtit. lib. 2. tit. 5. c. 6.* Fallit tamen † in nobili muliere, cui verecundũ eſt lactare filium, *Garſias de expenſ. & mel. c. 30. nu 30. & ſeqq. Capoll. de Imp. mil. delig. c. 4. in 23. privil. nobil. Bon. de Curtili tr. Nobil. p. 5. num 68. Lupus in rep c. per veſtras § 33. nu 8. de don. inter vir & ux,* puta ſi † eam dedeceat, *Azo. in ſumma aur. ad l. nec filium. 9 nu. 2.* ubi tamen in matronas nobiles, quę infantes nutrire verecundum, ſinu verò catellos fovere honorificum exiſtimant, invehit *Ant. de Guevaca in horolog. Princ. c 2. lib. 1.* Rationes † hujus ſilentiæ dant *Ioan. Caſus lib 7. Sphær. civit. c. 17. Ioh. Olorin. part. 1. Ethigraph. mundi c. 2.* ut eò citius poſt partum amplexentur Venerem *arg. c. ad ejus, §. prava. 5. diſt.* & faciem à rugis conſervent. *Patrit. de Reipub. inſtit. lib. 4. tit. 6.* Notant autem Dd. † quod Nutrix Principis non ſolùm efficiatur nobilis, ſed etiam quod plebejum cui nupta eſt nobilem efficiat, *Ant. Faber in Cod. forenſ. lib. 9. tit. 28. de fin. 21 per tot.* Digna ſanè res, quando in favorem meretricum ita luditur cum dignitatibus & privilegiis. 1 2 3 4 5

II.

Licet uxor † teneatur marito in parandis cibis, lavãdis pedibus, capite, lectoq; ſternendo ſervitum ire, *Trentacinq. lib 1. reſol. 1. nu. 8. & ſeq. de patr. poteſt. Hier. Magon. deciſ. Flor. 65 n. 3. Flam. de Rube. conſ. 24. nu. 59. & ſeqq. Alexand. conſ. 133. num. 3 & ſeqq lib 4.* Hoc tamen limitant † Dd. niſi ea ſit Nobilis, *Bon. d. Curtil.* 6 7

til. de nobil.p. 5.*n.*69.90.*& ſeq. Lupus in rubr de don. inter vir.& ux.* §. 31. *num.* 2. *Rod. Suarez. in libro fori. in leg.* 9.*tit. de litibus,nu.*13.*in fin. Gratian. tom.* 1.*diſcept. c.* 120.*num.* 58. *Decian. reſp.* 74. *num.* 36. *vol.* 4. *Decius conſ.* 202.*nu.* 6. cui propterea eſſet dedecori ea facere, *arg. l. interdum*, 34. *verſ. ſed ſi liberta*, *ff. de oper. libert.*
8 Præſertim † cum pro talibus obſequiis habeant famulos & ancillas, *Natta conſ.* 462.*num.* 12.*tom.*2. At
9 cum manus calloſæ † nulli opprobrio ſint, ſed laudi, *H. Kirchner. de Repub. diſp.* 13.*th.* 1.*lit.c.* exemptionem
10 non video. Et juris † communis diſpoſitione, uxor marito tenetur præſtare operas, *l. ſicut*, 48.*ff. de oper. libert. l. ſed ſi vir. ff. de don. inter vir. & ux. Signorol. de Ho-*
11 *mod. conſ.* 63.*in pr. part.* 1. Neque excepta † reperitur uxor nobilis, cur ergo ſtare prohibeatur? *arg. l. ſanci-mus*, 27. *C. de teſtam. l. præcipimus*, 32.§ *fin. Cod. de appell.*
12 Neq; obſtat, † *d. l. interdum.* 34. loquitur enim de liberta, cui dignitas acceſſit, quæ illam excuſat, ut in ſimili dicitur, *in l. filiusfam.* 8.§.*ult. ff. de procur.* Nam quæ poſtea emergunt novo auxilio indigent, *l. de ætate*, 11. §.*ex cauſa*, 8.*ff. de interrog. in jur. fac.* Nos autem loquimur de uxore, cui jam ab initio contracti matrimonii inerat ea nobilitatis dignitas, quæ ideo illi nihil prodeſſe, quin id faciat, cui in conſequentiam matrimonii ſe obligat.

III.

13 Licet donationes † inter virum & uxorem regulariter prohibitę ſint, *t. t. ff. & Cod. de don. inter vir. & ux. c. donatio. extr. eod. l. hac edictali*, 6. *C. de ſecund. nupt.*
14 Valet tamen 1. donatio † mariti ignobilis facta uxori nobili, ſed pauperi, cum habeat ſpem reciprocæ donationis ad recompenſationem inæqualitatis, *arg. l.* 7. §. *ſi vir, ff. de don. inter vir. & ux. Hier. Marilian. ad L. quoties, C. de rei vind. n.* 157. *Bald. Novell. tr. de dote part.* 10.*num.* 8. *& ſeq. Cypræus de jure connub. c.* 14.§.6.*n.*7. *Clarus* 4.*ſent.*§. *donatio, q.* 9. *n.* 5. *Surdus conſ.* 164.*nu.* 6.
15 *lib.* 1. Nam maritus † dat pecuniam, uxor verò nobilita-

litatem, quæ altera quaſi dos eſt, *Gail. 2. obſ. 40. in fin. Azevedo ad conſt. Hiſp. lib. 5. tit. 2. leg. 2. n. 8. Zaſius inter conſ. matrim. conſ. 11. n. 3. Menoch. conſ. 1261. n. 35. lib. 13.* adeò ut etiamſi Nobiliſſa dotem promiſerit, quam ſolvere non poteſt, maritus non poſſit † opponere Ex 16
ceptionem non numeratæ dotis, contra uxorem ſuam nobilem, *gloſſ in l. ſi voluntate, C. de dot. promiſſ. Alber. de Malet. tr. de teſtib. part. 1. n. 4.* ubi ait hoc ſingulare eſſe. Quamvis Bocero † hæc donatio non videatur reci- 17
proca, vel ob cauſam præteritam, cum ſemper ejuſmodi cauſa fingi poſſet, *claſſ. 2. diſp. 19. th. 2. lit. c.* Et quod conſtante matrimonio doteque conſtituta maritus ignobilis in compenſationem nobilitatis uxori donare non poſſit, tenent † *Treutler. vol. 2. diſp. 19. theſ. 4.* 18
lit. b. in fin Lupus in rubr. de don. inter vir. & ux. §. 32. num. 9. II. Valet † donatio etiam conſtante matri- 19
monio, ſi uxor marito aliquid donet, ut ex eo nobilitatem adipiſcatur, *arg l quod adipiſcenda, 40. & ſeqq. ff. de don. inter virum & uxor.*

IV.

Licet donatio † regulariter non præſumatur, *arg.* 20
l. cum de. 25. in pr. verſ. qui enim, ff. de probat. Menoch de A. I. Q. caſ. 88. num. 1. & ſeqq. Maſcard. de probat concl. 555. n. 1. & ſeqq. Bocer. de donat. c. 1. nu. 19. & ſeqq. cum donare ſit perdere, *l. filiusfam. 7. in pr. ff. de don. Cephal. conſ. 308. num. 42. lib. 2.* perdere autem non eſt virtutis ſed vitii. Nobilitas † tamen viri, facit præſumi do- 21
nationem, *Lupus in d. rubr. §. 1. nu. 9. 14. & ſeq. Caſſana in Catalog. p. 8. conſid. 35. Maſcard. d. concl. 555. num. 58. & ſeqq. Menoch. d. caſ. 88. n. 49. Surdus deciſ. 166. nu. 19. Hondeda. conſ. 30. nu. 1. & ſeq. & n. 19. volum. 2. Burſat. conſ. 420. nu. 22. lib. 4.* Natura enim † nobilium eſt 22
donare, per textum *in c. 1. de donat.* literis aureis, aut ſi quis auro pretioſius, eſt ſcribendum, *ut ait Riminald. Iun. conſ. 672. n. 44. lib. 6.* In tantum ut, ſi Nobilis in aliquem donum confert, donatarius illi non obligetur ad antidora. Cùm hæc obligatio † naturalis non ha- 23

beat locum in nobilibus, *Ioan. Lup. in d. rubr.* §. *9. n. 7. Hipp. Riminald. conſ. 569. n. 90. lib. 5.* cujus donatio debet eſſe ſine ulla ſpe cujuſpiæ remunerationis pecuniariç, *Iacob. Belviſ. in* §. *fin. qui feud. dar. poſſ. Tiraquell.*
24 *de Nobil. c. 37. n. 4.* ita ut remunerans † nobilem, propriè, purè, & ſimpliciter donare videatur, *ut declarat Hipp. Riminald. in Inſt. ad tit. de donat. in pr. num.* 400. *&*
25 *ſeqq.* Quamvis † verò concubinæ legatum, ſeu donatio facta regulariter valeat, *tex. in l. affectionis*, 5. *ff. de donat.* ubi generaliter probatur, quòd etiam inhoneſtæ donationes affectionis cauſa valent & ſuſtinentur, *l. donationes*, 31. *ff. eod. Lupus de don. inter vir. & uxor. in rubr.* §. *37. n. 1. & ſeqq. Iaſon. conſ. 37. per tot. vol.* 1. Concubinæ tamen ſeu meretrici donatio ſeu legatum factum ab aliquo nobili vel illuſtri perſona non valet, *Ioſeph. Ludov. concluſ. 25. fallent. 2. Peregrin. de jure fiſci lib. 2. tit. 9. rubr. de concubin. nu.* 10. *Farinac. part. 1. fragm. crim. lit. C. n. 583. Ruin. conſ. 109. n. 32. lib. 3.*

V.

26 Licet veſtes, † annuli, catenæ & alia ornamenta pretioſa, quæ vulgò jocalia vocant, & ſponſæ nuptiarum tempore à ſponſo dantur, non ita perfectè donatę cenſeantur, quin mortua uxore à marito, *Iul. Clarus lib. 3. ſent.* §. *donatio, q. 10. n. 3. Colerus tr. de aliment. lib. 1. c. 11. n. 61. & ſeqq. Gaill. 2. obſ. 91. n. 2. Capell. Tholoſ. deciſ. 337. n. 1. Matth. de Afflict. deciſ. 315. per tot. Natta*
27 *conſ. 147. nu.* 8. Vel † ſoluto matrimonio ab heredibus mariti repeti poſſint, *Marcell. Cala de mod. articul. & preb. gl. un.* §. *2. n. 1442. Surdus deciſ. 166. nu. 4. & per tot. Vinc. Hondeda conſ. 30. n. 10. & ſeqq. vol. 2.* Hoc ta-
28 men fallit † in perſonis nobilibus quibus ea pretioſa jocalia ita data eſſe præſumuntur, ut à marito, vel ipſius heredibus repeti non poſſint, *Barboſa ad L. qua dotis, 34. num.* 80 *ff. ſol. matr. Gratian. tom. 1. diſcept. for. c. 189 n. 15. Surdus deciſ. 166. n. 31. Pruckman. conſ. 34.*
29 *nu. 83. vol.* 1. maximè † ſi divitiæ & fructus dotis id patiantur, *Bertazzol. conſ. civ. 59. n. 31. & ſeq. Hondeda. d. conſ.*

d.conſ. 30. *n.* 19. *vol.* 2. Id quod quotidie in Saxonia † 30
practicari videmus, ubi heredes torquem vel catenam
auream, quam Sponſus altero die nuptiarum poſt cō-
cubitum nach gehaltenem Beylager / Sponſæ in vir-
ginitatis præmium dat, repetere non poſſunt, quę do-
natio † quia ante prandium fieri ſolet, vulgari idio- 31
mate Morgengab dicitur, *Rudinger cent.* 3. *obſerv.* 77.
Matth. Wehner. *pract. obſ. lit. M. verb.* Morgengab.
quaſi operæ † nocturnæ pretium, *Sichard. ad rubr. C.* 32
de donat. ante nupt. nu. 12. Unde † quidam propriam 33
non habens catenam, cum acceptam à ſorore com-
modato, Sponſæ donaſſet, impetravit ab ea poſt nu-
ptias, ut ſorori reſtitueret, promittens ſe ei aliam ejuſ-
dem valoris quamprimum daturum, aut pretium ejus
ſoluturum. Paulò poſt autē eo defuncto heredes ejus
à vidua conventi ſolvere, quod promiſerat nolebant,
ſed contrarium reſponſum fuiſſe refert *Dan. Moller.*
lib. 1. *ſemeſtr. c.* 32. *n.* 1.

VI.

Licet pater † habeat juriſdictionem in filios & li- 34
beros, *l. qui juriſdictioni*, 10. *de juriſd.* alioquin ſi pater
non haberet juriſdictionem, fruſtra quæreret ibi in ea
lege JCtus an poſſit liberis jus dicere. Hoc tamen limi-
tatur † in Nobili, qui eſt Dominus alicujus terri- 35
torii, & in eo imperium habet jure proprietatis, *Caſp.*
Ziegler. in pract. concluſ. §. Nobiles. concl. 1. *n.* 14. *Cothman.*
conſ. 2. *n.* 8. *vol.* 5. Multo verò magis limitatur in Prin-
cipum Comitumvé liberis, propter ordinis parem di-
gnitatem & ſtatum, *Nicol. Betſ. de pact. famil. illuſtr. c.* 8.
fol. 454. *& ſeqq.* ut propterea imperio, & juriſdictione
paterna exempti, niſi quatenus pater jure patriæ pote-
ſtatis in illos animadvertere poteſt, *Competitor & ami-*
cus noſter Georg. Schubhardt / *in diſp. inaug. de Auſtregis*
concl. 3. *lit. h.* quamvis hanc limitationem dubio non
carere dicat *Beſold. lib.* 3. *diſp. nomicopol. diſſert.* 3. *num.* 4.
Quapropter Wilhelmus Naſſovius, Princeps Oraniæ
in Apologia ſua Philippum II. Regem Hiſpan. incuſat,

Digitized by Google

quòd unicum tot Regnorum heredem Carolum filiũ paucorum Inquiſitorum judicio capitali ſubmiſerit, cùm ad regni ordines id ſpectaret. Tum quia liberi PP. Comitum, &c. non minus Imperii ſtatus ſunt, & nominantur patribus vivẽtibus, quàm defunctis. Hæc enim qualitas, ut loquitur Beſtius *d. c.* 8 *fol.* 436. dignitatis, toti familiæ tribuitur, daß ſie alle die von dem Stamme geboren werden / des H. Reichs Fürſten vnd Graffen ſeyn / nec qualitas patrimonii eſt ſed dignitas perſonæ, *Auctor* des gründlichen Berichts des H. Reichs Statt Friedberg Standt / *c.* 2. *n.* 15. Tum quia liberi cum patre pro una habentur perſona ob jus poteſtatis, *l. in ſuis*, 11. *ff. de liber. & poſth.* tum quia etiam vivo patre cenſentur domini rerum paternarum, *§ ſui*, 2. *Inſt. de her qualit. & differ.* adeoq; etiam juriſdictionis. Itaq; hoc caſu pater ſuper liberos, tanquam par ſuper pares non habet imperium, *l.* 4. *ff. de recept. arbitr. l ille*, 13. *§.* 3. *ff. ad SC. Trebell. Modeſt. Piſtor. part.* 4. *quæſt.* 169. *per tot.* Ubi *n.* 5. refert, cum præfectus quidam Zuicavienſis requireret Johannem Nobilem à Weiſſenbach / ut filium ſuum H. citaret in ſubſidium, quo coram judicio præfecturæ appareret, ſe confeciſſe filio exceptionem dilatoriam, quaſi pater non habeat jus eum citandi, & ipſe non ſit legitimè citatus, ſed ita bene immediatè ſubjectus juriſdictioni Principis, ut pater ipſius, ut ita per Principem oporteat eũ citari, wie in andern Schrifftſaſſen / daß alſo der Sohn / ſo wol für ein Schrifftſaſſen zu achten als der Vatter / *Matth. Berlich. part.* 1. *pract. concl.* 8. *n.* 19. *alleg. Decian. reſp.* 118. *num.* 16. *lib.* 3. Sic in Germania inter Magnates frequentiſſimum exiſtit, quod duo pluresvè in una ditione, commune imperium habeant, geſampte zwey / drey oder Mehrherrige Herrſchafften / ſo etliche vom Adel vnter einander / oder mit einem höhern Standt gemein haben. Ubi neutri quoq; competit in alterum juriſdictio, impares licet videantur reſpectu tituli, *Beſold. lib.* 1. *pol. c.* 5 *nu.* 10. *ubi alleg. Surd. conſ.* 47. *lib.* 1.

Digitized by Google

lib. 1. Licet ſeniori quandam prærogativam adſcribat *Goldaſt.lib.* 1. *de Majorat. c.* 25. An autem † hæc non 36
tantum in contractibus, ſed etiam delictis obtineant, ut filius patris nobilis delinquens non per ſubſidium patris, ſed immediatè à Principe debeat citari? Negat *Iacob. Schultes in addit. ad Modeſt. Piſtor. part.* 4. *d. quaſt.* 169. *nu.* 6. *& ſeq.* Econtrà affirmant *Matth. Berlich. d. part.* 1. *concl* 8 *num.* 20. *& ſeq.* An † dignitas vel nobi- 37
litas liberat filium à patria poteſtate? Aff. quatenus filius damnum ex illa recipere poteſt. Neg. quatenus commodum, &c. *Paul. Æmil. de Except. teſtam. tit.* 4. *Except.* 19. *part* 2. *n.* 38. *Angel. Peruſ. tr. de Suitate, quaſt.* 5. *n* 14. *per Novell.* 81. *c.* 2.

VII.

Quamvis communis Dd. opinio ſit, neminem † 38
inſultatũ fugere teneri tum quod degeneres animos timor arguat, *Virgil. lib* 4. *Æneid. in pr.* tum quod turpe ſit & ignominioſum præſertim Germanis, † fugere. 39
Barth. Romulej. ad L. ut vim, num. 61. *part.* 1 *ff. de I. & I. Sixtin. conſ. M.* 2. *n.* 46. *vol.* 2. *Bertrand conſ.* 290. *nu.* 10. *vol.* 3 *part.* 1. tum † quod periculoſum ſit, propter la- 40
pſus periculum, *Everhard, Iun. conſ.* 67. *num.* 14. *vol.* 1. non habita diſtinctione † nobilium vel ignobilium, 41
nam illud periculum æq; poſſe accidere plebejo quam nobili, conſiderãt, *Bocer. claſſ.* 6. *diſp.* 1. *th* 23. *Obrecht. ad L.* 3. *nu.* 194. *& ſeqq ff. de I. & I. Matth. Steph. de juriſd. lib.* 2. *p.* 1. *c.* 7. *m.* 2. *num.* 84. *Farinac. part.* 5. *oper. crim. quaſt.* 125. *n.* 126. Nec † enim Dii de cœlo deſcendãt, 42
ut quenquam defendant, ſeu adjuvent, *maſcula ſed ſeditioſa ajebat Manlii oratio apud Livium lib* 6. *hiſt. Rom.* [illegible] 18. quodq; † ob fugam aggreſſor animoſior reddatur, *Bertazzol. conſ.* 312. *n.* 11. *lib.* 2. & fugientem magis 43
magisq; inſequatur, *Boter. lib.* 2. *de polit. illuſtr. c.* 4. Eam tamen Dd. opinionem ita communiter limitant, † 44
Gail. 2. *obſ.* 100. *n.* 7. *& ſeq. Tiraq. de nobil. c.* 20. *nu.* 36. *& ſeq. Bon. de Curtil tr. Nob. p.* 5. *nu.* 89. *Pruckman. conſ.* 22. *n.* 79. *vol.* 1. *Azevedo conſ.* 21. *num.* 37. *Farinac. conſ.*

 crim.

Digitized by Google

50. *Provocato nobili ignominioſum eſt, ſi non comp*areat.

52. *Provocato non comparenti mappa in menſa reſecatur.*

53. *Ignominioſæ notationis ritus in Germania*, n. 51.

54. *Niſi per perſonalem comparitionem fuga purgetur.*

55. *Vel virtute deleatur.*

56. *An Nobilis ruſticus provocans ruſticum pugnare debeat per ſe, vel per famulum ſuum.*

Duellum inter Nobiles licitum eſt.

57. *Chirographum non integraliter ſcriptum, ſed tantum ſubſcriptum probat.*

58. *Paria ſunt ſcribere, & ſubſcribere.*

59. *Fallit in ſubſcriptione facta à viro nobili.*

60. *Pacta de futura ſucceſſione non valent.*

61. *Limitatur in pactis perſonarum nobilium*, n. 62.

62. *Nobiles receptiſſimo uſu pro militibus habentur.*

64. *An L. licet, C. de pact. habet locum in militibus in procinctu aut acie non conſtitutis. Controvertitur*, n. 68.

65. *Nobiles in privatorum numero non comprehenduntur.*

66. *Privatorum duo ſunt genera.*

67. *Dictio privatos, quomodo in d. l. licet accipiatur.*

69. *Adverſus Nobiles in litem jurari nõ poteſt*, n. 71.

70. *Non niſi ob dolum in litem jurari poteſt.*

72. *Contrarium de jure verius eſt.*

74. *Pro nobilibus præſumitur in iis, quæ ad nobilitatem pertinent.*

75. *Nobilitas ſuſpicionem veriſimilem non aufert.*

76. *In dolo eſt, qui juſſui judicis non paret.*

77. *Iu-*

77. *Iuramentum in litem locum habet adverſus Principem.*

78. *Conſtitutio generalis non comprehendit nobiles & illuſtres.*

79. *Controvertitur, ſed iſta opinio eſt verior,* n. 80.

81. *Nobiles poſſunt ſubditis imponere collectam pro nobilitate nacta.*

82. Römerzug *quid.*

83. *Remedium, l. 2. C. de reſcind. vend. non datur nobilibus.*

84. *Quo remedio ſi uti voluerint, cogitandum illis erit, quod jactura quidem rei familiaris ſi vincant, illis reſarciatur, at quod interim nobilitatem, pietatem, exiſtimationem fœdè conſpurcent,* n. 85.

86. *L. 2. qui ad nobiles pertinere aſſeverat, is edoceat prius Lupum illum ad quem ſcribebatur nobilem fuiſſe,* n. 87.

88. *Contrarium reſpondit Academia Roſtochienſis.*

89. *Quæ opinio æquior, ſi læſio dimidium juſti pretii excedat.*

90. *Res nimia ſubtilitate perverti non debet.*

91. *Nimirum ſubtilizare eſt pernitioſè errare.*

92. *Pruckmannus refutatur.*

93. *Nobiles & potentes ſimpliciter inter ſe differunt.*

94. *Nobiles arces inexpugnabiles habentes ſunt fidejuſſores idonei: modò ſubſint Principi, qui arcem expugnare poſſit,* n. 103.

95. *Non præſumitur nobiles ſinere ſuos fidejuſſores damnum pati.*

96. *Contraria ſententia tutior & verior eſt.*

97. *Fidejuſſor debet eſſe facilis conventionis.*

98. *Li-*

98. *Litigare cum potentiore durum.*

99. *Vbi leo figit pedes, ibi cætera animalia quieſcun.*

100. *Piſces minutos magnos comeſt.* n.101.

102. *Paria ſunt, non eſſe ſolvendo vel convenien.*

105. *Potentes nemo tutò aggreditur.*

106. *Potentes quinam propriè ſint.*

107. *Comes Palatinus non poteſt legitimare nobilen, niſi ſpecialem conceſſionem habeat.*

108. *Legitimandi facultas non præſumitur niſi probetur.*

109. *An comites Palatini poſſint legitimare Comites, Principes*, num. 112. & ſeq.

110. *Legitimandi facultas ultra nobiles non extenditur.*

111. *Principes generali oratione non comprehenduntur.*

114. *Tutor per interpoſitam perſonam, ſe ipſo authoritatem præſtante res pupilli emere non poteſt.*

115. *Fallit in Nobili.*

116. *Vilis homo cogi poteſt, ut carnificis officio fungatur. Non verò nobilis*, num. 118.

117. *Carnificis munus publicum eſt.*

CAPUT XVI.

Miſcellum, quædam prætermiſſa pertractans.

CUm in prædictis capitibus quantum fieri unquam potuit, unicè dederimus operam, ut ſingula privilegia ſuis locis aptè diſponerentur, neceſſarium fuit

non-

nonnulla indiſcuſſa imò & intacta relinquere, quæ prioribus adaptari ſatis commodè nequiverunt. Illorum igitur tractationem ſub nomine miſcellaneorum & prætermiſſorum ad exemplum Senecæ *lib. 7. de benefic. c. 1. in pr.* & Tiraquellæ *de nobil. c. 37. in pr.* jam ſubjicimus, ne ſtudioſus lector quidquam deſiderare queat.

I.

Licet mater † teneatur lactare filium ſi poſſit, *l. nec* 1
filium 9. C. de patr. poteſt. Alviſ. de Albert. ſingul. 159. A.
Gell. lib. 12. noct. Att. Fr Patrit. de Regu inſtit. lib. 2. tit. 5.
c. 6. Fallit tamen † in nobili muliere, cui verecundũ 2
eſt lactare filium, *Garſias de expenſ. & mel. c 30. nu. 30.*
& ſeqq. Capoll. de Imp. mil. delig. c. 4. in 23. privil. nobil.
Bon de Curtili tr. Nobil. p. 5. num 68. Lupus in rep c. per
veſtras § 33. nu 8. de don. inter vir & ux, puta ſi † eam 3
dedeceat, *Azo. in ſumma aur. ad l. nec filium. 9 nu. 2.* ubi
tamen in matronas nobiles, quę infantes nutrire verecundum, ſinu verò catellos fovere honorificum exiſtimant, invehit *Ant. de Guevara in horolog. Princ. c 2.*
lib. 1. Rationes † hujus fallentiæ dant *Ioan. Caſus lib* 4
7. Sphær. civit. c. 17. Ioh. Olorin. part. 1. Ethigraph. mundi
c. 2. ut eò citius poſt partum amplexentur Venerem *arg. c. ad ejus, §. prava. 5. diſt.* & faciem à rugis conſervent. *Patrit. de Reipub. inſtit. lib. 4. tit. 6.* Notant autem
Dd. † quod Nutrix Principis non ſolùm efficiatur 5
nobilis, ſed etiam quod plebejum cui nupta eſt nobilem efficiat, *Ant. Faber in Cod. foren ſ. lib. 9. tit 28. de fin. 21 per tot.* Digna ſanè res, quando in favorem meretricum ita luditur cum dignitatibus & privilegiis.

II.

Licet uxor † teneatur marito in parandis cibis, la- 6
vãdis pedibus, capite, lectoq; ſternendo ſervitum ire, *Trentacinq. lib 1. reſol. 1. nu. 8. & ſeq. de patr. poteſt. Hier. Magon. deciſ. Flor. 65. n. 3. Flam. de Rube. conſ. 24. nu. 59. & ſeqq. Alexand. conſ. 133. num. 3 & ſeqq lib 4.* Hoc
tamen limitant † Dd. niſi ea ſit Nobilis, *Bon. d. Cur-* 7
til.

til. de nobil.p. 5.*n.*69.90.*& ſeq. Lupus in rubr. de don. inter vir. & ux.* §. 31. *num.* 2. *Rod. Suarez. in libro fori. in leg.* 9. *tit. de litibus, nu.* 13. *in fin. Gratian. tom.* 1. *diſcept. c.* 120. *num.* 58. *Decian. reſp.* 74. *num.* 36. *vol.* 4. *Decius conſ.* 201. *nu.* 6. cui propterea eſſet dedecori ea facere, *arg. l. interdum*, 34. *verſ. ſed ſi liberta, ff. de oper. libert.*
8 Præſertim † cum pro talibus obſequiis habeant famulos & ancillas, *Natta conſ.* 462. *num.* 12. *tom.* 2. At
9 cum manus calloſæ † nulli opprobrio ſint, ſed laudi, *H. Kirchner. de Repub. diſp.* 13. *th.* 1. *lit. c.* exemptionem
10 non video. Et juris † communis diſpoſitione, uxor marito tenetur præſtare operas, *l. ſicut*, 48. *ff. de oper. libert. l. ſed ſi vir. ff. de don. inter vir. & ux. Signorol. de Ho-*
11 *mod. conſ.* 63. *in pr. part.* 1. Neque excepta † reperitur uxor nobilis, cur ergo ſtare prohibeatur? *arg. l. ſancimus*, 27. *C. de teſtam. l. præcipimus*, 32. § *fin. Cod. de appell.*
12 Neq; obſtat, † *d. l. interdum.* 34. loquitur enim de liberta, cui dignitas acceſſit, quæ illam excuſat, ut in ſimili dicitur, *in l. filiusfam.* 8. §. *ult. ff. de procur.* Nam quæ poſtea emergunt novo auxilio indigent, *l. de ætate*, 11. §. *ex cauſa*, 8. *ff. de interrog. in jur. fac.* Nos autem loquimur de uxore, cui jam ab initio contracti matrimonii inerat ea nobilitatis dignitas, quæ ideo illi nihil prodeſſe, quin id faciat, cui in conſequentiam matrimonii ſe obligat.

III.

13 Licet donationes † inter virum & uxorem regulariter prohibitæ ſint, *t. t. ff. & Cod. de don. inter vir. & ux. c. donatio. extr. eod. l. hac edictali*, 6. *C. de ſecund. nupt.*
14 Valet tamen 1. donatio † mariti ignobilis facta uxori nobili, ſed pauperi, cum habeat ſpem reciprocæ donationis ad recompenſationem inæqualitatis, *arg. l.* 7. §. *ſi vir, ff. de don. inter vir. & ux. Hier. Marilian. ad L. quoties, C. de rei vind. n.* 157. *Bald. Novell. tr. de dote part.* 10. *num.* 8. *& ſeq. Cypræus de jure connub. c.* 14. §. 6. *n.* 7. *Clarus* 4. *ſent.* §. *donatio, q.* 9. *n.* 5. *Surdus conſ.* 164. *nu.* 6.
15 *lib.* 1. Nam maritus † dat pecuniam, uxor verò nobilita-

litatem, quæ altera quaſi dos eſt, *Gail. 2. obſ. 40. in fin. Azevedo ad conſt. Hiſp. lib. 5. tit. 2. leg. 2. n. 8. Zaſius inter conſ. matrim. conſ. 11. n. 3. Menoch. conſ. 1261. n. 35. lib. 13.* adeò ut etiamſi Nobiliſſa dotem promiſerit, quam ſolvere non poteſt, maritus non poſſit † opponere Ex- 16
ceptionem non numeratæ dotis, contra uxorem ſuam nobilem, *gloſſ in l. ſi voluntate, C. de dot. promiſſ. Alber. de Malet. tr. de teſtib. part. 1. n. 4.* ubi ait hoc ſingulare eſſe.
Quamvis Bocero † hæc donatio non videatur reci- 17
proca, vel ob cauſam præteritam, cum ſemper ejuſmodi cauſa fingi poſſet, *claſſ. 2. diſp. 19. th. 2. lit. c.* Et quod conſtante matrimonio dotéque conſtituta maritus ignobilis in compenſationem nobilitatis uxori donare non poſſit, tenent † *Treutler. vol. 2. diſp. 19. theſ. 4.* 18
lit. b. in fin. Lupus in rubr. de don. inter vir. & ux. §. 32. num. 9. II. Valet † donatio etiam conſtante matri- 19
monio, ſi uxor marito aliquid donet, ut ex eo nobilitatem adipiſcatur, *arg l quod adipiſcenda, 40. & ſeqq. ff. de don. inter virum & uxor.*

IV.

Licet donatio † regulariter non præſumatur, *arg.* 20
l. cum de. 25. in pr. verſ. qui enim, ff. de probat. Menoch de A. I. Q. caſ. 88. num. 1. & ſeqq. Maſcard. de probat concl. 555. n. 1. & ſeqq. Bocer. de donat. c. 1. nu. 19. & ſeqq. cum donare ſit perdere, *l. filiusfam. 7. in pr. ff. de don. Cephal. conſ. 308. num. 42. lib. 2.* perdere autem non eſt virtutis ſed vitii. Nobilitas † tamen viri, facit præſumi do- 21
nationem, *Lupus in d. rubr. §. 1. nu. 9. 14. & ſeq. Caſſana in Catalog. p. 8. conſid. 35. Maſcard. d. concl. 555. num. 58. & ſeqq. Menoch. d. caſ. 88. n. 49. Surdus deciſ. 166. nu. 19. Hondeda. conſ. 30. nu. 1. & ſeq. & n. 19. volum. 2. Burſat. conſ. 420. nu. 22. lib. 4.* Natura enim † nobilium eſt 22
donare, per textum *in c. 1. de donat.* literis aureis, aut ſi quis auro pretioſius, eſt ſcribendum, *ut ait Riminald. Iun. conſ. 672. n. 44. lib. 6.* In tantum ut, ſi Nobilis in aliquem donum confert, donatarius illi non obligetur ad antidora. Cùm hæc obligatio † naturalis non ha- 23

beat locum in nobilibus, *Ioan. Lup. in d. rubr. §. 9. n. 7. Hipp. Riminald. conſ. 569. n. 90. lib. 5.* cujus donatio debet eſſe ſine ulla ſpe cujuſpiæ remunerationis pecuniariç, *Iacob. Belviſ. in §. fin. qui feud. dar. poſſ. Tiraquell.*
24 *de Nobil. c. 37. n. 4.* ita ut remunerans † nobilem, propriè, purè, & ſimpliciter donare videatur, *ut declarat Hipp. Riminald. in Inſt. ad tit. de donat. in pr. num. 400. &*
25 *ſeqq.* Quamvis † verò concubinæ legatum, ſeu donatio facta regulariter valeat, *tex. in l. affectionis, 5. ff. de donat.* ubi generaliter probatur, quòd etiam inhoneſtæ donationes affectionis cauſa valent & ſuſtinentur, *l. donationes, 31. ff. eod. Lupus de don. inter vir. & uxor. in rubr. § 37. n. 1. & ſeqq. Iaſon. conſ. 37. per tot. vol. 1.* Concubinæ tamen ſeu meretrici donatio ſeu legatum factum ab aliquo nobili vel illuſtri perſona non valet, *Ioſeph. Ludov. concluſ. 25. fallent. 2. Peregrin. de jure fiſci lib. 2. tit. 9. rubr. de concubin. nu. 10. Farinac. part. 1. fragm. crim. lit. C. n. 583. Ruin. conſ. 109. n. 32. lib. 3.*

V.

26 Licet veſtes, † annuli, catenæ & alia ornamenta pretioſa, quæ vulgò jocalia vocant, & ſponſæ nuptiarum tempore à ſponſo dantur, non ita perfectè donatę cenſeantur, quin mortua uxore à marito, *Iul. Clarus lib. 3. ſent. §. donatio, q. 10. n. 3. Colerus tr. de aliment. lib. 1. c. 11. n. 61. & ſeqq. Gaill. 2. obſ. 91. n. 2. Capell. Tholoſ. deciſ. 337. n. 1. Matth. de Afflict. deciſ. 315. per tot. Natta*
27 *conſ. 147. nu. 8.* Vel † ſoluto matrimonio ab heredibus mariti repeti poſſint, *Marcell. Cala de mod. articul. & prob. gl. un. §. 2. n. 1442. Surdus deciſ. 166. nu. 4. & per tot. Vinc. Hondeda conſ. 30. n. 10. & ſeqq. vol. 2.* Hoc ta-
28 men fallit † in perſonis nobilibus quibus ea pretioſa jocalia ita data eſſe præſumuntur, ut à marito, vel ipſius heredibus repeti non poſſint, *Barboſa ad L. qua dotis, 34. num. 80. ff. ſol. matr. Gratian. tom. 1. diſcept. for. c. 189. n. 15. Surdus deciſ. 166. n. 31. Pruckman. conſ. 34.*
29 *nu. 83. vol. 1.* maximè † ſi divitiæ & fructus dotis id patiantur, *Bertazzol. conſ. civ. 59. n. 31. & ſeq. Hondeda. d. conſ.*

d.conſ. 30.*n.* 19. *vol.* 2. Id quod quotidie in Saxonia † 30
practicari videmus, ubi heredes torquem vel catenam auream, quam Sponſus altero die nuptiarum pōſt cō-cubitum **nach gehaltenem Beylager** / Sponſæ in virginitatis præmium dat, repetere non poſſunt, quę donatio † quia ante prandium fieri ſolet, vulgari idio- 31
mate **Morgengab** dicitur, *Rudinger cent.* 3. *obſerv.* 77. *Matth.* Wehner. *pract. obſ. lit. M. verb.* **Morgengab.** quaſi operæ † nocturnæ pretium, *Sichard. ad rubr. C.* 32
de donat. ante nupt. nu. 12. Unde † quidam propriam 33
non habens catenam, cum acceptam à ſorore commodato, Sponſæ donaſſet, impetravit ab ea poſt nuptias, ut ſorori reſtitueret, promittens ſe ei aliam ejuſdem valoris quamprimum daturum, aut pretium ejus ſoluturum. Paulò poſt autē eo defuncto heredes ejus à vidua conventi ſolvere, quod promiſerat nolebant, ſed contrarium reſponſum fuiſſe refert *Dan. Moller. lib.* 1. *ſemeſtr. c.* 32. *n.* 1.

VI.

Licet pater † habeat juriſdictionem in filios & li- 34
beros; *l. qui juriſdictioni,* 10. *de juriſd.* alioquin ſi pater non haberet juriſdictionem, fruſtra quæreret ibi in ea lege JCtus an poſſit liberis jus dicere. Hoc tamen limitatur † in Nobili, qui eſt Dominus alicujus terri- 35
torii, & in eo imperium habet jure proprietatis, *Caſp. Ziegler. in pract. concluſ.* §. *Nobiles. concl.* 1. *n.* 14. *Cothman. conſ.* 2. *n.* 8. *vol.* 5. Multo verò magis limitatur in Principum Comitumvé liberis, propter ordinis parem dignitatem & ſtatum, *Nicol. Betſ. de pact. famil. illuſtr. c.* 8. *fol.* 434. *& ſeqq.* ut propterea imperio, & juriſdictione paterna exempti, niſi quatenus pater jure patriæ poteſtatis in illos animadvertere poteſt, *Competitor & amicus noſter Georg.* **Schubhardt** / *in diſp. inaug. de Auſtregis concl.* 3. *lit. h.* quamvis hanc limitationem dubio non carere dicat *Beſold. lib.* 3. *diſp. nomicopol. diſſert.* 3. *num.* 4. Quapropter Wilhelmus Naſſovius, Princeps Oraniæ *in Apologia ſua* Philippum II. Regem Hiſpan. incuſat,

Digitized by Google

lib. 1. Licet ſeniori quandam prærogativam adſcribat *Goldaſt. lib.* 1. *de Majorat. c.* 25. An autem † hæc non 36
tantum in contractibus, ſed etiam delictis obtineant, ut filius patris nobilis delinquens non per ſubſidium patris, ſed immediatè à Principe debeat citari? Negat *Iacob. Schultes in addit. ad Modeſt. Piſtor. part.* 4. *d. quaſt.* 169. *nu.* 6. *& ſeq.* Econtrà affirmant *Matth. Berlich. d. part.* 1. *concl* 8 *num.* 20. *& ſeq.* An † dignitas vel nobi- 37
litas liberat filium à patria poteſtate? Aff. quatenus filius damnum ex illa recipere poteſt. Neg. quatenus commodum, &c. *Paul. Æmil. de Except. teſtam. tit.* 4. *Except.* 19. *part* 2. *n.* 38. *Angel. Peruſ. tr. de Suitate, quaſt.* 5. *n* 14. *per Novell.* 81. *c.* 2.

VII.

Quamvis communis Dd. opinio ſit, neminem † 38
inſultatū fugere teneri tum quod degeneres animos timor arguat, *Virgil. lib* 4. *Æneid. in pr.* tum quod turpe ſit & ignominioſum præſertim Germanis, † fugere. 39
Barth. Romulej. ad L. ut vim, num. 61. *part.* 1 *ff. de I. & I. Sixtin. conſ. M.* 2. *n.* 46. *vol.* 2. *Bertrand conſ.* 290. *nu.* 10. *vol.* 3 *part.* 1. tum † quod periculoſum ſit, propter la- 40
pſus periculum, *Everhard. Iun. conſ.* 67. *num.* 14. *vol.* 1. non habita diſtinctione † nobilium vel ignobilium, 41
nam illud periculum æq; poſſe accidere plebejo quam nobili, conſiderāt, *Bocer. claſſ.* 6. *diſp.* 1. *th* 23. *Obrecht. ad L.* 3. *nu.* 194. *& ſeqq ff. de I. & I. Matth. Steph. de juriſd. lib.* 2. *p.* 1. *c.* 7. *m.* 2. *num.* 84. *Farinac. part.* 5. *oper. crim. quaſt.* 125. *n.* 126. Nec † enim Dii de cœlo deſcendāt, 42
ut quenquam defendant, ſeu adjuvent, *maſcula ſed ſeditioſa ajebat Manlii oratio apud Livium lib* 6. *hiſt. Rom.* n. 18. quodq; † ob fugam aggreſſor animoſior reddatur, 43
Bertazzol. conſ. 312. *n.* 11. *lib.* 2. & fugientem magis magisq; inſequatur, *Boter. lib.* 2. *de polit. illuſtr. c.* 4. Eam tamen Dd. opinionem ita communiter limitant, † 44
Gail. 2. *obſ.* 100. *n.* 7. *& ſeq. Tiraq. de nobil. c.* 20. *nu.* 36. *& ſeq. Bon. de Curtil tr. Nob. p.* 5. *nu.* 89. *Pruckman. conſ.* 22. *n.* 79. *vol.* 1. *Azevedo conſ.* 21. *num.* 37. *Farinac. conſ.*

Digitized by Google

crim. 141. *n*. 20. *lib*. 2. *Gerh. Mazoll. conſ*. 71. *n*. 42. *vol*. 1.
ut procedat tantùm in Nobilibus, quaſi plebeji inſul-
45 tati fugere teneantur, non verò Nobiles, quibus †
fuga turpis ſit & ignominioſa, *Vincent. de Anna in con-
ſtit. Terminum vitæ, n*. 65. *Paris de Put. tr. de re mil. lib*. 6.
q. 18. *num*. 15. *Petr. Gerard. ſingul*. 82. *nu*. 5. *Decian. reſp*.
34. *n*. 62. *& ſeqq. vol*. 4. *Burſat. conſ*. 271. *num*. 23. *lib*. 3.
Weſenb. conſ. 19. *nu*. 17. *p*. 1. *Bero conſ*. 173. *nu*. 27. *vol*. 3.
45 Etiamſi † ipſe aggreſſor Nobilis ſit, Petr. *Calepha in-
ter conſ. crim. diverſor*. 103. *nu*. 11. *lib*. 1. *Cephal. conſ*. 566.
num. 30. *lib*. 4. ubi addit ex Alciato *tr. de ſingul. certam*.
47 *q*. 33. quod Nobllis † ex quatuor gradibus proavo-
rum, poſſit provocare Ducem, *idem Paris de Put. de re
mil. lib*. 7, *q*. 8. *Nobilis pro juſta cauſa per tot*. Nam & aſi-
48 nus † indignatur, ac auribus intumeſcit, quando per
comparem apprehenditur, *gloſſ. in l. hæres*, 43. *ff. de ac-
quir. her. Everb à Middelb. in top. loco* 14. *in pr. Nic. Boër.
de ord. grad. utriuſq; fori part*. 2. *n*. 60. *Nevizan. conſ*. 12.
49 *n*. 58. *inter conſ. Bruni vol*. 1. Unde Nobilis † provo-
catus auff Ehr vnd Herkommen/ non comparens, aut
50 fugiens, ignominia † notatur in Germania, vnd für
51 Ehrloß geſcholten/ † in acie militari ſtatio cum ipſo
non obſervatur, in der Schlacht-Ordnung wird nit
bey jhm gehalten/ ſondern muß auß dem Felde reiten/
menſis, atq; compotationibus Nobilium arcetur. Et
52 in hujuſmodi † ignominiæ ſignum, conſuetum eſſe
laciniam ſeu mappam, quâ menſa integitur, pro ea
parte ac latitudine, quam talis in decumbendo occu-
pavit reſecari teſtis eſt *Ioh. Sichard conſ. crim*. 8. *nu*. 46.
ubi ait id in aula Comitis Wilhelmi de Naſſaw in ar-
ce Dillenberg cuidam obtigiſſe, *refert Cothman. reſp*. 5.
53 *num*. 55. *vol*. 5. Quod genus † notationis & inſignis
ignominiæ apud Germanos uſitatiſſ. fuiſſe teſtatur
Rodolph. Agricol. in Epiſt. de congreſſ. Friderici Cæſaris cum
54 *Carolo Duce Burgund*. Niſi † per perſonalem com-
paritionem illa prior fuga poſtea purgetur, *Bartol. in
l. ſi quis*, §. *ſicuti, ff. de ædil. edict. Sichard. d. conſ*. 8. *n*. 38.
vel

vel † virtute deleatur, *ut eſt apud Iul. Cæſar. lib. 2. de bell. Gall.* 55

Nam victis etiam redit in præcordia virtus, *Virg. lib. 2. Æneid. verſ.* 567. An Nobilis † provocans ruſti- 56
cum pugnabit per ſe, vel per famulum ſuum? Prius negat *Iacob. de Caſtill. tr. de Duell. lib.* 1. *c.* 2. *nu.* 1. *& ſeqq.* Utrumq; admittit *Paris de Puteo. tr. de re mil. lib.* 4. *c. An miles per tot.* Diſtinguit *Guil. de Ludo ſingul.* 106. *nu.* 1. Nobilem non teneri ſequi ruſticum provocantem, ſed provocatum. *Idem tenet Tiraquell. de Nobil. c.* 20. *nu.* 61. ubi ait Nobilem aliũ Nobilem poſſe ad duellum vocare tanquam rem licetam. Item ad duellum provocare non niſi genere nobili licere, tenet *poſt Bald. Cravett. conſ.* 982. *n.* 4. *tom.* 6. Verùm inter Nobiles quoq; barbarica duella per Imp. Matthiam ſeveriſſimè prohibita eſſe patet ex imperiali ſanctione, quã exhibet *Cothman. conſ.* 2. *nu.* 233. *vol.* 5.

VIII.

Quamvis chirographum † debitoris mandato 57
ſcriptum, ab ipſo verò ſubſcriptum, perinde habeatur ac ſi debitor ſcripſiſſet, *l. Divus*, §. *item*, *ff. de falſ. l. ſi ego*, 9. §. *caterum*, 3. *verſ. planè*, *ff. de jur. dot. Andr.* Clud. *tr. de condict. c.* 4. *n.* 48. *Hering. de fidejuſſ. c.* 17. *nu.* 10. nam paria ſunt † ſcribere & ſubſcribere, nihilq; intereſt ſua 58
manu quis inſtrumentum ſcribat ac ſubſcribat, *per tex. alleg. à Menoch. de A. I Q. caſ.* 94. *n.* 14. ubi ait, ſubſcriptionem repræſentare totam ſcripturam cui ſubjicitur, *Thoming. deciſ.* 35. *num.* 12. *Vultej. conſ.* 18. *n.* 79. *vol.* 3. *M.* hoc tamen limitant † in ſubſcriptione facta à 59
viro nobili, cujus chirographum ſcriptum pariter & ſubſcriptum propria manu debet eſſe, ut perinde atq; publico inſtrumento fides ei adhibeatur, & executioni mandetur, *Fr. Caldas de Empt. & Vend. c.* 6. *nu.* 8. Verum hæc lex Tauri Hiſpanorum non practicatur in Germania.

IX.

Quamvis pacta † de futura ſucceſſione, ut maximè 60

inter privatos jure improbata ſint, *ut ſunt textus rotundi in l.licet,C.de pact.l.factum quod*, 15 *C.eod.l. hereditas*, 5.*C.de pact.convent. H. Vult. conſ.* 34 *num.* 145.*& ſeqq.*
61 *vol.*3. *cum alleg.* inter Nobiles † tamen, & perſonas magnificas valent,& ſuſtinentur,*Nicol. Betſ de pact fa-*
62 *mil.illuſtr.c.*8. argumento eſt, † *d.l.licet, Cod. de pact.* quæ licet loquatur de militibus, idem tamen etiam de
63 nobilibus, qui † receptiſſimo omnium nationum uſu pro militibus habentur, & magnificis perſonis dicendum eſſe conſuluit *Decius conſ.*516.*nu*, 3. *& Iaſon.*
64 *conſ.*5.*num.*16.*vol.*3.quod & illi fatentur, qui † opinantur *d.l.licet* locum habere non tantum in militibus actu militantibus, ſed etiam in his, qui in procinctu aut acie conſtituti non ſunt neque ad belli diſcrimen pergunt, inter quos ſunt *Zaſius conſ.* 1 *num.* 35. *vol* 2. *Nic.Reuſner.conſ.*3.*n.*35.*vol.* 1.*Hotioman.conſ* 74.*n.*41. dicens hanc eſſe communem omnium ſcribentium opinionem. Quod magis confirmatur *ex d.l.licet*, quæ privatis tantum perſonis hujuſmodi pacta mutua pro-
65 hibet, in quarum numero † non comprehenduntur perſonę nobiles, & in dignitate conſtitutæ, *gloſſ in c. fin. verb.dignitas.diſt.*4.*Farinac. conſ.*95 *num.* 10. *lib.*1. Quamvis textus *in c. qui contra*, 24. *q.* 1. à gloſſa allegatus contrarium dicat, diſtinguit enim privatos in
66 ignobiles,& nobiles, atq; ita facit duo † privatorum
67 genera; Ex quo fundamento Decius † *quem ſequuntur Cacheran decis.*100.*nu.* 45. & omnes diſſentientes dictionem, privatos, de qua in *d.l.licet* ſumpſit pro non
68 privilegiatis. Diſſentiunt autem † *P. Peckius de teſtam. conjug.lib* 1.*c.*8.*n.*5.*Boër.conſ.* 46.*n.*5. *Vult.conſ.* 34.*nu.* 290.*& ſeq.vol*, 3.*Marp.*

X.

69 An adverſus † Nobiles in litem jurari poteſt? Vi-
70 debatur negandum, juris enim eſt † non niſi ob dolum jurari in litem poſſe, *Bapt.Plot.tr.de in lit.jur* § 4.
71 *n.*7.*&* 20.*Köppen.deciſ.*2.*num.* 11.*p.*2. Jam verò † in nobilibus omnis doli fraudisq; ſuſpicio ceſſat, *Tiraquell.*

quell. de nobil. c. 20. *n.* 20. *Petr. Royz deciſ. Lith.* 4. *nu.* 50. Hoc tamen non obſtante contrarium † reſpondit 72
Fr. Pruckman. conſ. 2. *num.* 424. *& ſeqq. vol.* 2. Neq; † 73
enim à machinationibus excuſationem præſtat illud, quod pro nobilibus præſumitur. Nam † præſumptio 74
hæc obtinet ſecundùm quid tantum, & quatenus id de quo agitur ad nobilitatem pertinuerit, *ut declarat gloſſ. in c. illud. lit. h. diſt.* 4. *Pruckman. d. conſ.* 2. *nu.* 435.
vol. 1. Unde † in illis, quæ à nobilitate ſeparata ſunt, 75
dolus æq; ac in plebejis præſumitur, tum quoq; nobilitas præſumptionem non aufert, quæ veriſimiliter adeſt, *Meichſner. deciſ. Cam.* 14. *nu.* 71. *tom.* 3. *per l.* 1. *C.*
ſi quacunq; prædit poteſt. Quid enim ſi Nobilis † jus 76
dicentis imperio parere noluerit? in dolo ſanè conſtitueretur, *Maſcard. de probat. concl.* 531. *n.* 89. *tex. in l. non poteſt, ff de R. I.* Quorſum illud quoq; referendum eſt,
adverſus Principem † in litem rectè jurari, tunc et- 77
iam, cum nulla probationis difficultas apparuerit, *ut in ſpecie decidit Seraph. de Seraphin. tr. de juram. privil.* 31. *nu.* 97. Quod ſi in litem ſacramento adverſus Principem locus eſt, conſequenter Principes quoq; in dolo quandoq; conſtituantur, quidni Nobiles?

XI.

An conſtitutio generalis comprehendit etiam perſonas conſtitutas in dignitate, nō in vulgari tantum, ut Nobiles, ſed etiam in magna & maxima ut Barones, Comites, Principes, Reges? Negant † *Matth. de* 78
Afflict. deciſ. 265. *n.* 15. *& ſeqq. Roman. conſ.* 498 *num.* 6. *Gozadin. conſ.* 76. *nu.* 11. *Iaſon. conſ.* 117. *n.* 11. *volum.* 4. *Pariſ. conſ.* 141. *n.* 8. *lib.* 4. *Schrader. conſ.* 4. *n.* 65. *volum.* 1.
licet † quoad hoc contrarium teneant *Ioan. le Ci-* 79
rier. de primog. lib. 1. *q.* 24. *n.* 31. *& ſeq. Carol. Ruin. conſ.* 4. *nu.* 19. *lib.* 5. Sed iſta † opinio verior & communior 80
eſt, quam etiam communiter receptam eſſe atteſtatur, *Quintil. Mandoſ. in reg. Cancellar. reg.* 19. *q.* 2. *n.* 4. Vide *Menoch. conſ.* 1157. *n.* 17. *& ſeqq. lib.* 12. qui diſtinguit & opiniones conciliat.

XII.

81 An Nobiles * vel alii ſubditis ſuis tributum vel collectas imponere poſſunt propterea, quod equeſtrem dignitatem nacti ſint? Aff. *Ant. Faber. in Cod foreńſ. lib. 4. tit. 42. de fin. 5. & ſeqq. Chaſſan. in conſuet. Burg. tit des juſtices, & droicts d' icelles, §. 4. verb. nouvelle chevaliere*, non quidem pro arbitrio, quantum lubet, ſed quod juſtum & moderatum videtur, *arg. l. ſi libertus, 30. ff. de*
82 *oper. libert.* Sic ſubditi * Imperii contribuunt Imperatori zum Römerzug / ſo der Kayſ. Majeſt. zu Holung jhrer Cron in Italia / bewilliget vnd eine Hülff iſt / von 4000. zu Roß / vnnd 20000 zu Fuß / Reichs Abſchiedt / *de Anno* 1521. §. vnd als wir / *& ſeq.*

XIII.

83 An Nobilis * remedio, *l. 2. Cod. de reſcind. vend.* uti poſſit? Negat *Pruckman. conſ. 49. num. 99. & ſeq. vol. 1.*
84 *& conſ. 50. n. 587. & ſeqq.* Præſertim * ſi cum alio nobili quid geſſerit, idq; quod geſtum vel tranſactum eſt ſuo ſigillo manusq; ſubſcriptione & fide confirmarit, *Borcholt. conſ. 4 poſt pr. verſ.* zum andern / *vol. 1. Decian.*
85 *reſp. 44. n. 34. vol.* 1. ubi ajunt, * quod Nobiles pacta & tranſactiones imprimis firmiter ſervare debeant, Alioqui enim dum læſionem in re familiari perceptam reſarcire cupit, fiet ut pietatem, exiſtimationem, verecundiam, nobilitatem commaculet, atq; fœdè inquinet, *Cothman conſ. 28. n. 281. & ſeq. vol. 1. per l. filius. ff.*
86 *de condit. inſtit.* Pro ſecundo, * *d. l. 2.* Diocletianus & Maximinianus Impp. ad preces ſupplices Lupi cujuſdam reſcripſerunt, *ut patet ex inſcriptione, d. l. 2. tradit*q;
87 *Molina. in tr. uſurar. n. 172.* Sin itaq; * legis ejus uſum quis ad Nobiles quoq; extendere velit, edoceat prius Nobilem hunc Lupum fuiſſe, quam uſq; eò progrediatur, *ut argumentatur Pruckman. in conſ. 50. num. 594. vol.* 1. nec enim nobilitas præſumitur ſed ab allegante probanda eſt, *ut infra c. 20. nu. 1. & ſeqq. declaravimus.*
88 Contrarium tamen * nempe nobilem etiam remedio hujus legis experiri poſſe reſpondit JCtorum Collegium

legium

legium in Academia Roſtochienſi, *ut videre eſt apud Cothman. conſ. 50. n. 222. vol. 3.* quæ opinio æquior eſt imprimis † ſi læſio dimidium juſti precii non in modica ſed in magna quantitate excedat, & ita valdè enormis ſit, non enim † debet res nimia ſubtilitate perverti, *Decius conſ. 666. n. 5. per tex. alleg.* quia nimium † ſubtilizare, nihil aliud eſt quam pernitioſè errare, *Ioſeph. Ludovic. deciſ. Lucenſ. 48. n. 2. Decian. reſp. 17. n. 19. volum. 1.* Et ſi veritati ſubnixum eſſet † Pruckmanni paradoxon, miſerrima eſſet nobilium conditio, & nulla ſe lege juvare, nulla conſtitutione juris uti poſſent, niſi prius probaſſent, legem aut conſtitutionem illam, qua uti vellent, ad preces ejus, qui genere nobilis fuit, promulgatam eſſe. Quàm vero hoc ſit inconveniens, & juris ratione alienum, quilibet non omninò bardus facili negotio dijudicabit. 89 90 91 92

XIV.

An Nobiles & Potentes (nobiles enim † & potentes ſimpliciter inter ſe differunt, & potentes omnes poſſunt dici nobiles, ſed non è converſo, *Aug. Bero. conſ. 22. n. 16. & ſeq. vol. 3.*) Arces inexpugnabiles habentes fidejuſſores ſunt idonei? Videbatur dicendum, † propterea quod ditati facultatibus ſint, quib. reum principalem liberare & tueri poſſunt, quemadmodum † etiam non præſumitur, Nobiles ſinere ſuos fidejuſſores damnum pati, *ut reſpondit Petr. Ioan. Anchoran. quaſt. 32. n. 6. lib. 1.* At tutior † eſt ſententia contraria, *juxta Ovid. lib. 3. triſt.* 93 94 95 96

Nam quanquam ſoli poſſunt prodeſſe potentes
Non proſunt, potius plurimum obeſſe ſolent.

Et ſi noverimus fidejuſſores vocari locupletes, non tantùm ex facultatibus, *l. quos nos, 234. §. 1. ff. de V. S.* Sed † etiam ex conveniendi facilitate, *l. 2. in pr. l. 7. in pr. ff. qui ſatisd. cog. l. 3. ff. de fidejuſſ.* nobiles non eſſe reputandos pro idoneis, conſtabit. Litigare † enim cum potentiore durum, *Corneus conſ. 261. nu. 9. & ſeq. vol. 3.* Et notum eſt illud vulgatum, ubi leo † figit pedes, 97 98 99

pedes, ibi quieſcunt cætera animalia, *Knichen. de jur. territ. c. 4. n. 37 Meichſner. deciſ. 42. nu. 5. lib. 1. Capyc. deciſ. 27. n 35. Cothman. conſ. 47. nu. 107. part. 1.* Et piſces
100 † ſæpè minutos magnus comeſt, *ex Varrone Lipſ. lib. 1. de conſtant.*

101 *Et fluvios † cogunt undâ coëunte minores*
In nomen transferre ſuum. Claud. in bello Getic.

102 Paria autem † ſunt non eſſe ſolvendo debitorem facultatibus, vel non eſſe ſolvendo conveniendi facultate, *Gaill. 2. obſ. 27. Hering. de fidejuſſ. c. 8. n. 150. & ſeqq. Ant. à Gama deciſ. 21. n. 3. Natta conſ. 491. n. 4. & ſeqq.*
103 *tom. 3.* Ac licet poſt Angelum † affirment *Hier. Gratus conſ. 18. n. 29. vol. 1. & Rol. à Valle conſ. 1. n. 78. vol. 1.* quod tales nobiles fidejuſſores idonei, modò ſubſint Principi, qui caſtrum facilè expugnare poſſit, eorun-
104 dem tamen ſententiam refutârunt † *Vinc. Caroc. de excuſ. bon. part. 2. q. 36. num. 15. Boër. deciſ. 238. n 5. Me-*
105 *noch. conſ. 2 num. 218. lib. 1.* quoniam nemo † potentes tutò aggredi poteſt, *Seneca in Medea verſ. 430* qui non facile tamen expelli, *Weſenb. in par. ff. ad tit. uti poſſidetis, n. 6.*

106 Propriè autem potentes † definiuntur, qui opibus & gratia valent, ac conventu ſunt difficiles, *t. t. C ne lic. potent. ubi Cujac. Hering. de fidejuſſ. c. 8. num. 133. & ſeq.* Quiq; tam impotenter ſe gerunt, ut omnibus ſint terribiles, *l. ne quicquam, §. pen. ff. de off. proconſ. l. 2. C. ne ruſtican. l. nolumus, 22. C. de teſtam.* Quiq; ut Plato, *in Hippia* ait, faciunt quod volunt, & quando volunt. Talesq; enumerantur, *apud Pruckman. conſ. 36. nu. 107. & ſeqq. vol. 1. Aurer. Corbul. de jur. Emphyt. c. 14. nu. 2. & ſeqq.* Et ſunt, 1. PRINCEPS, COMES BARO *Corbul. de jure Emphyt. d. c. 14. num. 6.* qui ideò heredes non poſſunt inſtitui in teſtamento nuncupativo, *l. nullus, C. de teſtam.* 2. ECCLESIA, *Gravett. conſ. 205. nu. 44. part. 2. Calcan. conſ. 7. num. 7.* 3. CAPITANEUS, Capitain/ Obriſter/ Rittmeiſter/ *Raph. Fulg. conſ. 20. per tot.* 4. CANCELLARIUS PRINCIPIS, *Ant. de*

Petra

Digitized by Google

Petra de poteſt. princ. c. 14. num. 18. Bald. conſ. 151. lib. 1. 5. DOCTOR, cum ſit difficilis ad conveniendum, *Alex. Raudenſ. deciſ. Piſan. 15. n. 173. & ſeq.* 6. CIVITAS, *Corbul. d. c. 14. n. 15. Ancharan. conſ. ult. n. 3.* 7. MILES, *Ant. de Petra, d. c. 14. n. 18. Cravetta conſ. 205. num. 43. part. 2. Bald. conſ. 151. circa fin. lib. 1.* 8. VIDUA, ratione privilegii, *Dyrus conſ. 24. in pr. & n. 3.* 9. CAUSIDICUS, *Natta conſ. 143. n. 10. tom. 1.* 10. Deniq; FAMILIARES POTENTIORUM, *Ant. de Petra de jur. quaſit. non toll. c. 15. nu. 20.* Quiq; alium impedire poſſunt, *Menoch. conſ. 690. n. 9. vol. 7.*

XV.

An Comes Palatinus poteſt legitimare Nobiles? Neg. niſi † in facultate legitimandi ſpecialis nobiliũ 107
facta ſit mentio, *Surdus conſ. 452. n. 1. lib. 4.* quæ legitimandi † facultas non præſumitur, niſi probetur, *Pa- 108
riſ. conſ. 4. n. 6. & ſeqq. lib. 2. Hondeda. conſ. 71. nu. 13. & ſeqq. vol. 2. Curt. Sen. conſ. 17. n. 9. & ſeq. p. 1. Ant. Galeat. Malvaſ. conſ. 18. num. 2. vol. 1.* Quid verò ſi Nobilium mentio fiat an legitimare poteſt in magna nobilitate conſtitutos, ut ſunt filii Ducum, Marchionum, Baronum, Comitum? Ac quamvis † ita opinati ſint *Pe- 109
regrin. conſ. 20. n. 10. lib. 1. Pet. Surdus conſ. 453. num. 9. lib. 4.* illorum tamen opinio erronea eſt, nec ad mores Germaniæ accommodata. Non enim † extenditur 110
legitimandi facultas in Comite Palatino, ultra nobiles, *Sixtin. lib. 1. de Regal. c. 4. n. 114.* cum Principes † 111
& aliæ perſonæ dignitatem regalem habentes non cẽſeantur generali oratione comprehenſę, *P. Heining. part. 1. quaſt. 9. n. 4. adde 5. n. 78. & ſeqq. h. c.* Atque ita in individuo docuerunt, † *Marta tr. de clauſul. part. 2.* 112
cl. 26. n. 1. & ſeq. Et deciſ. Piſon. vot. 212. nu. 27. cum ſeq. Caſſan. in Catal. glor. mund. part. 8. conſid. 46. Decian. reſp. 7. num. 10. vol. 3. & reſp. 84. num. 12. vol. 5. Menoch. conſ. 1110. n. 1. lib. 12. quod in generali conceſſione legitimandi data ab Impp. Comitibus Palatinis, non cenſeatur conceſſa facultas legitimãdi viros illuſtres.

Niſi

Digitized by Google

113 Niſi † expreſsè dictum fuiſſet, quoniam ſoboles tálium perſonarum magis à lege abhorretur, quam aliæ, *Ancheran. conſ.* 388. *n.* 7.

XVI.

114 Quamvis ſi tutor † palàm per interpoſitam perſonam, ſe ipſo authoritatem præſtante, rem pupilli emat, præſumatur fraus, nec valeat emptio, *l. pupillus*, 5. §. 3.
115 *ff. de author. tut.* Id tamen limitant † in tutore nobili *Bart. Capoll. de Imp. mil. delig. in* 17. *privil. nobil. Tiraquell. de Nobil. c.* 20. *num.* 40. Quod eſt ſingulare, ſi verum eſt.

XVII.

116 Quamvis, ſi Carnifex † non reperitur, Princeps vel Magiſtratus cogere poſſit etiam liberum hominẽ, ut carnificis officio fungatur, *poſt Bart. & Bald. Ant. de Petra de poteſt. princ. c.* 32. *q.* 5. *nu.* 31. *Maranta in ſpe-*
117 *cul. aur. part.* 6. *act.* 3. *& ult. num.* 25. quia † carnificis munus publicum eſt, *Ferd. Vaſqu. lib.* 1. *controv. c.* 8. *n.* 6. ad quod poſſe quem cogi tralaticium eſt. Hoc tamen
118 † limitatur procedere in homine tantùm vili, non nobili, *Dambouder. tr. crim. c.* 81. *nu.* 11. *Tiraquell. de Nobil. c.* 20. *n.* 103. *cum alleg.*

Ad Caput XVII.

Summaria.

1. *Nobilium variæ ſunt differentiæ.* 1. *Sunt Nobiles, qui totaliter Landſaſſi ſunt, nu.* 2. 4. *& ſeq. n.* 7.

3. *Quælibet patria quo ad nobiles in ſuo ſenſu abundat.*

5. *Nobiles in Saxonia ſubjiciuntur & immediatè & mediatè.*

6. *Iuriſdictio primitiva & derivativa.*

§. I. Sunt

8. II. Sunt nobiles qui ſunt Landſaſſen / ratione tamen aliquot bonorum privilegiati ſunt, n. 9.

Sattelgüter / quæ dicantur.

10. Nobiles die Riedteſel ſeynd Erbmarſchalck des Hauſes Heſſen.

11. III. Sunt Nobiles, qui vocantur Saltz-Junckern.

12. IV. Sunt Patritii civitatum imperialium.

13. De horum origine.

14. V. Sunt Nobiles immediatè imperio ſubjecti.

15. Hi ratione ſitus in tres claſſes diſtinguuntur.

16. Equites Franconiæ in ſex loca diſtinguuntur.

17. Equites Sueviæ in quinq; quaterniones ſeparantur.

18. Equites Rhenani in Rhenanos & Wedderavicos dividuntur.

19. Propriè immediati quinam ſint.

20. Iuriſdictio territorialis ad immediatos non extenditur.

21. In Alſatia nobiles immediati reperiuntur. Vocantur aliàs gefreyete Landſaſſen.

22. Qua occaſione immediati ſuam libertatem obtineant.

23. An olim omnes nobiles immediati fuerint, n. 25. & ſeqq.

24. Guilielmi Grumbachii molitio.

29. Ducatus Fräconiæ pertinet ad Epiſcopos Würtzburgenſes.

30. Epiſcopatus Würtzburgenſis unde nomen habeat.

31. Epiſcopus Würtzburgenſis ſemper nudum gla-

dium

dium juxta ſe poſitum habet, quoties ad aram ſacra facit.

32. Poſt Carolum M. fuerunt Franconiæ Duces.

33. Epiſcopi non habent plenarium Franconiæ Ducatus jus, ſed tantum nomen & inſcriptionem Ducis.

34. Marchiones Brandeburgenſes Epiſcopos non ſalutant Duces Franconiæ.

36. Tractus Rhenanus olim pertinuit ad Duces Sueviæ.

37. Electoris Palatini dominatus unde ſuccreverit.

39. Nobiles immediati quare ſic vocentur, n. 42.

40. Nemo in imperio Romano eſt ἀκέφαλος.

41. Omnes præſumuntur immediati, quoties contrarium non oſtenditur.

43. Nobiles mediati ubi ſuam primam inſtantiam habeant.

44. Immediatæ qualitati nihil detrahit, quod multi nobiles Principum vaſalli ſint. Exornatur, num. 45. & ſeqq.

49. Dominus eſt vaſalli Iudex in cauſis feudalibus.

50. Non vero quo ad actiones perſonales.

51. Principes libertati nobilium inſidiantur.

52. Cæſar Nobiles in poſſeſſione libertatis tueri mandavit.

53. Ratione perſonarum & dignitatis nulla eſt inter Nobiles differentia, ſed ratione majoris libertatis, n. 55.

54. Mediati ad officia & honores vocantur, quibus immediati poſſunt.

56. Immediati comparantur civitatibus imperialibus.

57. Immediati majori libertate fruuntur, quam Auſtriaci Comites & Barones.

58. Tan-

Digitized by Google

58. *Tantum poſſunt in ſuo, quantum Cæſar in univerſo.*

59. *Non probatur quem eſſe immediatum, propterea, quod ad Torneamenta vocatus ſit.*

60. *Saxones olim ad Torneamenta vocati ſunt.*

61. *Verba* der alten Turnier Ordnung *declarantur, num.* 64.

62. *Expreſſum in jure quid dicatur, nu.* 63.

65. *Nobiles immediati olim fuerunt ſtatus imperii.*

66. *Aves regales unam volantem omnes ſequuntur.*

67. *Priſcus Cæſareus ſtylus, nobilium mentionem facit.*

68. *Nobiles ad certum circulum vocati, quinam.*

69. *Nobiles quare ad comitia non vocentur.*

70. *Contrarium quod Nobiles ſtatus non fuerint, tuetur author.*

71. *Applaudet Authori* der Donawertiſchen Erinnerung.

73. *Henrici Bruningi conjectura. Refutatur, nu.* 75. *& ſeqq.*

75. *Præcipuus honor eſt ac fuit eſſe ſtatum imperii.*

77. *Nobiles immediati ab onere contributionum non ſunt immunes.*

78. *Hodie Nobiles immediati ſtatus imperii nō ſunt.*

79. *Non reperiuntur in matricula etiam antiquiſſima.*

40. *Ad Comitia imperialia non vocantur.*

41. *Qua ratione Whenerus Nobiles ſtatus eſſe dixerit.*

42. *Diverſa ſunt, eſſe ſtatum, & imperio immediatè ſubjectum.*

43. *Civitates imperii hac in parte excellunt Nobiles.*

44. *Sunt enim ſtatus imperii.*

45. *Et jus ſedendi ac ſuffragandi in Comitiis ſortiuntur.*

46. *Error Peuceri.*

47. *Nobiles habent jus Auſtregarum.*

48. *Et in hac parte civitates imperiales ſuperant, num.49.*

50. *Nobiles poſſunt privilegio Auſtregarum renunciare. Intellige ut, n.54.*

51. *Res ad ſuam naturam facilè revertitur.*

53. *Superior poteſt prorogare juriſdictionem inferioris.*

52. *Declaratur L. ult. C. ſi non à comp. jud.*

58. *Nobiles mediati, immediatos coram Auſtregis convenire non poſſunt. Excipiuntur Electores & Principes, n. 60. & ſeq.*

55. *Auſtregæ ſunt juris ſtrictiſſimi, neq; extenduntur, num.56.*

57. *Quid requiratur, ut Auſtregæ locum habeant.*

59. *Qua in parte & quomodo Nobiles mediati plebejis æquiparentur.*

62. *Nobiles immediati pace religionis fruuntur.*

63. *Declaratur, §.* vnnd in ſolchem Frieden in R.A. *de Anno 55.n.64. & ſeq.*

68. *Cujus eſt ditio, illius etiam debet eſſe inſtitutio.*

69. *Nec refert juriſdictionem habeant, vel non habeant, n.74. & ſeq.*

70. *Argumenta, quæ in contrarium adferri ſolent, n.72. Reſolvuntur, n.77. & ſeqq.*

71. Ori-

Digitized by Google

71. *Originalis copulæ natura quæ.*

73. Vogt *quid?*

76. *Elector Palatinus habet Spiræ religionis exercitium.*

77. *Nobiles ſtatibus æquati ſunt quo ad* Religion Frieden.

80. *Merum imperium cum religione nihil habet commune.*

81. *Religionis mutandæ poteſtas ad juriſdictionem non pertinet.*

82. *Nobiles in feudis ab Eccleſiaſticis dependentibus non poſſunt religionem mutare. Contrarium author ſtatuit, num. 88.*

83. *Subditi tenentur profiteri religionem ſui Domini.*

84. *Vaſallus & ſubditus comparantur. Intellige, ut num. 89.*

85. *Vaſallus & fructuarius æquiparantur.*

86. *Vſufructuarius non poteſt mutare formã fundi.*

87. *Pagi & oppidi forma conſiſtit in politia & religione.*

90. *Declaratur, §.* Wo aber unſere/ *dicti Receſſ.*

95. *Vaſallorum & ſubditorum ſimul obſequii formula ſanctior eſt.*

96. *An ſaltem domi in arce ſuâ pro ſe & familia liberum religionis exercitium habere poſſunt.*

99. *Poſſe concluditur & præjudiciis illuſtratur, nu. 99. & ſeqq.*

102. *Nobiles ſi in ſolidum ſubditi ſint, Domini religionem ſequi tenentur, niſi emigrare velint.*

Ius detractionis vulgò Abzug oder Nachſtewr / etiam contra nobiles locum habet.

105. Nobiles immediati habent juriſdictionem territorialem.

106. Quam juriſdictionem aliter accipit Bidenbachius.

107. Declaratur, & n. 108.

109. Nobiles immediati poſſunt habere regalia.

110. Ius exigendi decimas ex fodinis & mineris.

111. Ratione enim decimæ regalibus annumerantur.

112. Ius cudendi monetam.

113. Collectationem habent acciſiæ.

114. Quæ collectatio regalibus annumeratur.

115. Ius habent collectandi ſuos ſubditos.

116. Etiam pro maritanda filia.

117. Ius collectandi eſt de Regalibus.

118. Ius habent venandi, n. 119. & ſeqq.

122. Venatione urſina Nobiles Haſſiæ Riedeſel inveſtiti.

123. Venatio hodie reputatur de regalibus.

124. Merum & mixtum habent imperium.

125. Quæ inter regalia referuntur.

126. Merum imperium plura regalia ſub ſe comprehendit.

127. Nobiles immediati habent fiſcum, non mediati, quorum accuſator Peinlicher Anwalt dicitur, num. 128.

129. Declaratur decretum Cameræ Imperialis, n. 130.

131. Ius habendi Iudæos eſt de Regalibus.

133. Mediatorum privilegia non dicuntur regalia ſed nobiles conceſſiones.

134. No-

134. *Nobiles habent jus Archivi, non quidem de jure, ſed de conſuetudine, n.135. & 128.*

136. *Nobilium libri cenſuales nullam fidem merentur. Ratio.*

137. *Tametſi illorum libri multum veritatis habeant.*

139. *Nobiles conjunctim habentur pro ſtatu imperii.*

140. *Nobiles diœtas indicere & celebrare poſſunt, num. 141.*

142. *Conventus ad bonum finem liciti ſunt, ut & fœdera, num. 143.*

144. *Conventicula illicita Nobilium maturè ſunt diſsipanda.*

145. *Ius habent mittendi legatos. Declaratur, nu. 146. 148. & ſeq.*

147. *Differunt* Geſandte *&* Abgeſandte.

150. *Kirchnerus taxatur.*

151. *Libertas Nobilium Germanorum, quod pro lubitu queunt exterorum bellis intereſſe.*

152. *Inter gravamina Principum Germaniæ refertur edictum. Ne quis exteris militet.*

153. *Ius habent conſtituendi fœdera.*

154. *Nobiles immediati inter illuſtres referuntur, num. 155.*

156. *Actum agere aut eadem dicere æquè ridiculum.*

Caput XVII.

De jure Nobilium liberorum, & de eorundem privilegiis quibuſdam particularibus.

NObilium, ſi hodiernum ſtatum Imperii Germani-
1 ci ſpectes, variæ ſunt differentiæ. I. Sunt † Nobiles ordinibus & Principibus imperii immediatè ſubjecti, vocanturq; gemittelde vom Adel oder Landſaſ-
2 ſen/ qui † indifferenter omnibus in cauſis etiam nõ feudalibus coram Domino, vor jhrem Landsfürſten
3 comparere tenentur, circa quos Nobiles † quælibet patria in ritu vivendi ſuo ſenſu abundat, *ut ait Simon. Majol. tom 4. dier. canicul. colloqu. 5. fol.* 318. Quemad-
4 modum † in Bavaria Nobiles homines municipales ſunt, *Chriſt Beſold. de juriſd. c* 18. ut & in Marchia, Ducatu Brunſwicenſi, Megapolitano, Principatu Haſſiæ *Ioh. Gœdd. de reſt Bar. Vallendar. num.* 370. in ſuperiori Palatinatu in der Ober Pfaltz/ *Meichſner. deciſ. 8. nu. 4. tom. 2. lib. 1 fol. 799.* in Archi Ducatu Auſtriæ, *Beſold. lib. 1. pol c. 10. num. 66.* in Saxonia quoque quamvis pleriq; municipales & Landſaſſii ſint, *Frider. Mindan. de conti-*
5 *nent. cauſ. c. 3. num. 6.* alii tamen † vocantur Cantzeley oder Schrifftſaſſen/ alii Amptſaſſen/ Schriftſaſſios eos dicunt, quibus Princeps aut Cancellaria imperitat, Ambtſaſſios verò die vnter Emptern ſitzen / qui Toparchis & Præfectis, den Ampt-Schöſſern ſubjiciuntur, nec illis à Principe vel ex aula imperitatur, *Dan Moller. ad conſt. nov. Auguſt p. 1. conſtit. 5. Anton. Godfrid diſp. feud. 7. th. 4 lit. a. Knichen. de Sax. non prov.*
7 *jur. verb. Ducum. c. 6. num. 23.* In Principatu † Anhaltino Præfecturis ſubjiciuntur, Ambtſaſſiisq; accenſentur, quicunque juriſdictione deſtituuntur cæteris tamen

men paribus, *Knichen. de veſtitur. pact. p. 2. c. 5. nu. 16.*

II. Sunt Nobiles, † qui ſunt Landſaſſen/ tamen 8
ratione aliquorum bonorum privilegiati ſunt, quę dicuntur Sattelgüter. Ratione illorum † ſunt æquè 9
des Reichs Conſtitutionen fähig als andere. Ita Marfeldt im Stifft Münſter / Steinheimb vnnd Prumbt. Item Fortun in Ducatu Clivenſi, da ſonſten lauter Landſaſſen ſeyn/ ratione der Herꝛſchafft Witting/ vnd Königelding/ ſunt ſpecialiter privilegiati, ſic ratione eorum bonorum eis proceſſus decreti, ut in cauſa Steinheim contra Dortmünde/ mandati de relaxando arreſto, *Gylman. tom. 3. Symphor. verb. Nobilitas, fol. 235.* *Whener. in pract. obſ. lit. S. verb.* Sattelgüter. Sic Nobiles † die Riedeſeln in Jſenbach/ præſtant 10
reale homagium Landgraviis Haſſiæ, & ſunt pars equeſtris ordinis in Haſſia Erb-Marſchälck des Hauſes Heſſen / comparentque in omnibus conventibus provincialibus. Item hominium reale præſtant Abbati Fuldenſi, & ibi quoq; ſunt membrum equeſtris ordinis, nihilominus tamen in Camera multos proceſſus obtinuerunt, non contra alios immediatos tantùm, ſed etiam contra ipſum Abbatem, *Gylman. deciſ. Cam. 46. n. 153. part. 1.*

III. Sunt Nobiles, † qui vocantur Saltz-Juncker n/ quorum equeſtris ludus Cupæ vehendæ Anno 11
1273. tempore Johannis Ducis Brunſwicenſis & Luneb. in ipſo feſto Bacchanaliorum ſemper celebrãdus certis ſolennitatibus eſt introductus.

IV. Sunt Patritii † Civitatum Imperii, quos Geſchlechter oder Statt-Junckern vocamus, *Ludovic. Schwartzmaj. lib. 1. Miſcell. c. 13.* à Græcis καλοὶ κἀγαθοὶ dici ſolent, quibus nobiliores ſunt Patritii Auguſtani; De quorum † origine *Wolf. Crauſ. in libr.* Vom 12 13
Stam̃ vnd Ankunfft des Hauſes Sachſen/ *Anno* 55. *edito, & Anno* 87. *Magdeburgi recuſo lit. c.* 111. §. Zu dem hat er (nempe Henricus Auceps, Anno 924) befohlen Herſchaw zuthun / vnnd Muſterung zuhalten / die

 Mann-

Digitized by Google

Mannſchafft zum Kriege abzurichten/vnd in andern Rittermäſſigen Dingen zu üben / welche ſich nun hierin Mannlich vnnd wol erzeigt/die ſeynd den andern fürgezogen/mit Schildt/Helm vnd Rittermäſſigen Wapen verehret / vnnd die nechſte nach dem Adel gehalten worden/vnnd dahero ſollen erſtlich die Geſchlechter allhie in Teutſchlandt vnd Sachſiſchen Landen gekommen ſeyn. Hæc ille.

14 V. Sunt Nobiles liberi, † qui nulli ſtatui ſubſunt, ſed immediatè imperio ſubjecti, vocanturq́; die freye vom Adel/die freye Adeliche Reichs Ritterſchafft/ welche ohne Mittel der Kayſerlichen Majeſtät/vnd dem Reich vnterworffen / *Receſſ. Imp. de Anno* 55. §. vnd in ſolchem Friedt *Ord. Cam. part.* 2. *tit.* 1. Ibi Edelman oder ander des Adels der / oder die dem Reich ohne Mittel vnterworffen / de quibus in præſenti palæſtra.

15 Liberi Nobiles, ratione loci, in tres claſſes † diſtinguuntur, Franconicam, (auſſer den Fürſtenthumben Sachſen Coburg) Suevicam & Rhenanam, R. A. *de Anno* 1500. *tit.* Was man mit der Ritterſchafft zu Francken/Schwaben vnnd Rheinländer handelen ſolle / R. A. zu Speyer / *de Anno* 1542. §. Demnach
16 haben wir / & paſſim Equites Franconiæ † rurſus in ſex loca communiter diſtinguuntur, 1. Odenwalt/ 2. Steigerwaldt/ 3. Gebirg/ 4. Altmuhl/ 5. Pann/ (al. die Buchen oder Buchnaw/) 6. Rohr oder Weide
17 (al. die Rohn oder Wahren.) Equites Sueviæ † in quinq; quaterniones ſeparantur, in fünff Quartier oder Viertheil/ 1 Hegauw/ Bodenſee vnd Allgauw/ 2. An der Donaw/ 3. Am Rocher vnd Gochen/ 4. Am Schwartzwaldt oder Necker/ 5. Im Kreuchaw/ *Dn. Cluten. in Syllog. rer quotid. concl.* 26. *lit K. Chriſt. Beſold. diſcurſ. de ordin. Equeſtr. num.* 5. Equites Rhenani
18 † dividuntur in Rhenanos propriè ſic dictos, & Wedderavicos. Sub Rhenana enim claſſe continetur, die Wedderaw / vnd deroſelben zugehörigen Oerter / ſo

ſeinen

ſeinen Anfang am Hagenawer Forſt gehabt / vnd ſich auff ſelbiger Seiten des Rheins / biß an dz Ertzſtifft Cöln erſtrecket / auff der ander Seiten des Rheins / des Orts gegen Maintz über / da der Mann in den Rhein fleuſt anfahendt / vnd daſelbſt den Mayn hinauff / biß gegen Aſſchaffenburg / von dannen wider herumb von Gelnhauſen / folgends hierüber auff den Lohnſtrom / vnd von jetzt berührten Lohnſtrom / auff beyden Seiten den Weſter-Waldt hinab biß in den Rhein / vnd allda den Rhein wider hinauff vnnd hinab / biß in das Landt zu Bergen gehendt / *Simon Günther de privil. Rhenan. Nobil. prin. 4. n. 1. priv. 6. num. 1. priv. 7. num. 1. & priv. 8. n. 1.* Sed nec omnes in iis locis nobili licet genere prognati liberi Nobiles (per omnia) freye vom Adel / ſed ii tantummodò † tales 19
reputantur, nullum qui ſtatum pro Domino & Magiſtratu agnoſcunt (dann die † Landsfürſtliche Ob- 20
rigkeit kan nicht über die immediatè Nobiles extendiret werden / *Ioh. Bidenbach. quaſt. Nob. 1. n. 8.*) nobiliaq; & libera ſua prędia habent, eoq; nomine Imperatori & Imperio ſerviunt, nec alibi quàm in gemeine der Ritterſchafft Kaſten aliquid contribuere ſolent, *Gylman. in ſymphor part. 1. tit. 4. fol. 299.* Quod verò Bernhardus Hertzog / † *lib. 6. c. 2. & 3.* der Elſaſſiſchen 21
Chronic / in Alſatia quoq; Nobiles (qui tamen in commune ſe vocant gefreyete Landſaſſen /) immediatos reperiri ait, niſi ſub Rhenanis comprehendantur, non facilè credere poſſumus.

Hiſtorica hîc, ſed non inelegans dubitatio inſurgit, unde & quâ occaſione, † Suevica atque Franconi- 22
ca, unà cum Rhenana Wedderavicaque Nobilitate, hanc ſuam obtineant libertatem, ſeu cur iis tantummodò in locis ordo Equeſtris immediatè ſubſit Imperatori, alibi verò Principes ita agnoſcat, ut loco ſubditorum planè pleneque habeatur? Sanè iis aſtipulari non poſſumus, qui † cenſent omnes olim Nobiles, 23
omnium in Germania locorum, Imperatorem im-

mediatè, non alios Principes pro Domino ſuperioreque recognoviſſe. Ac quoque patrum noſtrorum memoriâ, Anno 1567. turbulenti quidam novatores,
24 quorum caput Guilielmus † Grumbachius erat, id moliebantur, ut Equeſtris ordo univerſus, excuſſo Principum Imperio in libertatem vindicaretur, ſoliq; Imperatori ſubjiceretur, *ut teſtantur Aug. Thuan. lib. 39. hiſt. ſui temp. & Simon Majol. tom. 3. dier. Canicul. colloqu. 4. fol.* 300. *& ſeqq.* Sed ut hoc caruit ſucceſſu, ita
25 etiam factum fuiſſet noviſſimo exemplo. Quippe † nam omnes olim Nobiles Principibus ſuis paruiſſe veriſimile eſt. Fuerunt enim, ut deduximus ſupra *c.* 1. *num.* 57. nil olim niſi homines ex ingenuis præcipui, Epiſcoporum Ducum, &c. Miniſteriales **Edle Knechte**/ & ita inferiores vaſalli. Jam verò Duces, Marchiones, Comites, &c. non ſolùm ſervis libertinæq; conditionis hominibus, ac Burgariis, ſed ſuis vaſallis quoq;
26 jugiter imperitarunt. Et ſic quoque † Sueviæ Ducibus, dum iſti fuerunt, dum Suevicus Ducatus unius corporis nomen mereretur, Nobiles pariter (Ducibus illis) fuiſſe ſubjectos planè ſibi perſuaſum habet, *Chriſtoph. Beſold. in diſcurſ. de ord. equeſtr. num.* 6. At vero incluto illo Ducatu, Penthei inſtar à Bacchis in plurima diſcerpta membra; Ducatus ipſe una cum ordine Equeſtri Imperio acceſſit, nec ulli alteri poſtea ex integro datus fuit, (quamvis ejuſdẽ titulum ad filium ſuũ tranſtulerit Rodolphus Habſpurgenſis) ex eoq; Suevica Nobilitas libertatem & immediatam illam ſubje-
27 ctionem acquiſiviſſe videtur. Inſuper † Sueviæ Nobiles Ducibus olim illis paruiſſe, argumento etiam nobis eſt judicium provinciale, **das Landgericht in Obern vnnd Nidern Schwaben/ auff Leut-Kircher Heyden in der Purſch**/ Sueviæ quondam Ducum, poſt ad Imperium translatum, ab eoq; Auſtriacis oppignoratum, quod antiquam illam ſubjectionem redolere videtur.

28 Franconiæ Nobilitatis † libertatem parili planè occa-

occaſioni adſcribit *Chriſt. Beſold. d. diſcurſ. nu.* 8. Franconia namq; olim habuit Duces, quorum ſimiliter jus Imperio adcrevit. Licet quippe Caſparus Bruſchius † 29 *in tr. de Epiſcopatib.* cui patrocinatur *Andr. Knichen de jure territor. c.* 4. *n.* 243. *& ſeqq.* ſcribat; Jam Anno 794. à Pipino & Carolo M. Epiſcopatui Wurzburgenſi, ſive Herbipolitano (Würtz enim † herba eſt; Gobeli- 30 nus *ætate*, 6. *c.* 39. *fol.* 191. aſſerit hoc nomen antiqua Chronica, & etiam alios libros ultra ducentorum annorum ſpatium neſcire, addit tamen in legenda D. Chiliani haberi, & dici pro caſtello virorum, quod apud Francos paterfamiliâs, Wird vulgò appellatur) Orientalis Franconiæ Ducatum fuiſſe adnexum. Et hinc quoties Epiſcopus Herbipolenſis † ad aram ſa- 31 crã facit, ſemper gladium nudum juxta ſe poſitum habere: quo Oſtro Franciæ Ducatus ad plenum jus vitæ necisq; innuatur. Inde etiam Epiſcopi ſigillo ſeculari inciſum eſſe

Herbipolis ſola, judicat enſe, ſtolâ.

Cruſ. annal. Suev. part. 2. *lib.* 1. *c.* 12. *Münſter. lib.* 3. *Coſmograph. c.* 386. Attamen † poſt Carolum Magnum 32 Frãconiæ ſeculares fuiſſe Duces, nemo, niſi qui hiſtorias, neſcire poteſt. Nec unquam † plenarium Fran- 33 conici Ducatus jus, ſed (ut ad Ariſtiacos Sueviæ) nomen & inſcriptionem tantummodò Ducis perveniſſe probabile omninò eſt. Quin & Brandeburgici † Mar- 34 chiones, qui bonam partem Franconię poſſident (partem quoque Comites de Stolberg / Item Caſſel / Schwartzburg / & alii plures) Epiſcopos Würtzburgenſes, Duces Franconiæ non ſalutant. Sunt etiam † 35 in Franconia judicia provincialia Land-Gerichte zu Onoltzburg / Würtzburg / ꝛc. quę antiquam illam Nobilium ſubjectionem arguunt. Tractus tandem † 36 Rhenanus præter Sueviæ Duces nullos alios certos Dominos, qui concluſum (quod vocant) territorium habuerint, agnoviſſe videtur. Et ibi ſereniſſimi Electoris † Palatini dominatus ex variis contractibus he- 37 redi-

reditatibusq; ſuccrevit, quod Marquardus Freherus
38 *in tr. de orig. Palatinat.* non uno loco docet. Viciſſim †
in utraq; Bavariâ, Saxoniâ aliisq; in locis ubi ex familiis priſcis ſucceſſores ſuperſunt, ibi ſemper & adhuc uſque tempus Nobiles mediatè Imperio ſubjecti fuerunt.

39 Dicuntur autem Immediati † & κατ' ἐξοχὴν, die freye Ritterſchafft / non quod ab omni juriſdictione
40 & obedientia planè plenéq; liberi ſint. Quia † nemo in Imperio Romano eſt ἀκέφαλος, *per c. nulla ratione, diſt. 93.* Quotquot in orbe Romano ſunt ex conſtitutione Divi Antonini cives & ſubditi Romani ſunt *l. in*
41 *orbe, 17. ff. de ſtat. hom.* Et quidem † immediati, quoties contrarium non oſtenditur, *Meichſner. tom. 2. lib.*
42 *1. deciſ. 8. n. 60. fol* 812. Sed quia † ſolum Imp. vel Cameram Imp. ob juriſdictionis concurrentiam pro ſuperiore recognoſcunt, *Ioh. Bidenbach. quæſt. Nob. 1. n. 7. Gylman. in ſymphor. part. 1. tit. 3. de religion. n. 34.* Und mit Pflichten der Kayſerlichen Majeſtät und dem Reich zugethan ſeyn / R. A. *de Anno* 1542 zu Speyer / §. dieweil aber etliche / *& paſſim in aliis Receſſ.* Atque hoc primum adæquatum & ſubſtantiale ſignum eſt,
43 quo immediati à mediatis † Nobilibus, (qui primam inſtantiam tam activè quam paſſivè ſortiuntur, geben und nehmen recht / coram Principe oder deſſen Hoffgericht) cæteris paribus, diſtinguuntur.

44 Nec immediatæ † qualitati quidquam detrahit, quod multi Nobiles Principum Imperii vaſalli ſint. Et bona ſua ab illis vel ex parte, vel in totum recogno-
45 ſcant. Ita enim ait † Gylmannus *in Symphorem. tom. 1. part. 1. tit. 4. fol.* 300. *& Elias Roſacorb. pract. obſ. c. 28. nu. 6.* Solent Nobiles allodia ſua à Principibus in feudum recognoſcere, ut quoties opus ſit, poſſint utiliori titulo tueri, non quod velint præjudicium ſibi creare, ſed ut abundantiori cautela ſibi provideant, *facit Si-*
46 *xtin. lib. 1. de Regal. c. 4. num.* 59. Et Andreas Knichen † *in Epopſi. nu.* 141. Nobiles, infit, Rheni, Sueviæ, Franconiæ

coniæ Imperatoris ſolummodò ſubditi ſunt, Principibus vero à quibus feuda recognoſcunt, juramentum fidelitatis rei feudalitiæ exhibent. Sic Henricus † Roſenthal *c.5.feud.concl.78.n.9.& c.5.q 5. & q.69.lit.h. circa finem.* In mille Germaniæ locis (ait) videre licet, quod Nobiles vaſalli Principum etiam ratione feudorum, quæ ab Electoribus aliisque Principibus tenent, immediatè ſubſint Imperatori & imperio. Nec domini feudorum ullam in eos juriſdictionem exerceant, quam eorum, quæ ad curiam feudalem pertinent, *adde Matth Steph.lib.2.de juriſd.c.7.part. 1.num.*177.*n.*181. *& ſeq.* Et tandem † Nic. Everhardus Junior, *in elegantiſſimo & ad præſentem materiam accommodatiſſimo conſ.*41.*vol.*1.*num.*83 *&* 87. ait, poſſe hæc duo ſimul ſtare, quod Comitatus ſit feudum Epiſcopatus, & tamen ſit ſub Imperatore & imperio; Quemadmodum videre licet in pluribus Nobilibus Sueviæ, Franconiæ, Rheni, qui magna feuda tenent à Principibus, & tamen immediatè ſubſunt imperio Romano, & coram Imperatore tantum aut ſupremo Cameræ imperialis judicio conveniuntur, cujus rei (inquit ibidem) plura in vicinia noſtra extant exempla, veluti in Nobilibus Suevicis à Thurnhaim/ Hirnhaim/ Eberhaim/ Freyberg/ Schemhiß/ atque aliis in finitis poſſent exempla ejuſmodi adduci, ſed in re tam clara & omnibus nota neceſſarium non videtur. Hæc ille. Hinc regula: † Dominus vaſalli, quâ vaſallus, judex etiam inter perſonas nobiles & illuſtres, *ſicuti hoc acriter diſputatum in cauſa* Schwartzenberg *contra* Seniſzheim/ *apud Meichſner.tom.2.lib.2.deciſ.*1. non verò † quo ad actiones perſonales ex contractibus aut delictis, aliisvé ex cauſis deſcendentes, *Mynſ.5.obſ.75.n.7.Natta conſ.*313. *num.*4. *Weſenb.conſ.*1.*nu.*57.*part.*1. Cum vero † Principes nemine ferè excepto hoc prætextu & aliis mille modis Nobiles tãquam ſubditos ad dicaſterium provinciale trahere ſæpius conati ſint, & in hunc uſque diem conentur, hanc ipſi maculam ægrè ferentes, ſæpius

Margin numbers: 47 48 49 50 51

pius quoque Cæſari juſtiſſimo dolore madentes literas exhibuêre, daß man ſie vnderm Schein der Landsfürſtlichen Obrigkeit. Item, des Forſts vnd anderer Gerechtigkeit/wölle vmb die Freyheit bringen. Qua-
52 re † Cæſar prætorio mandavit, ut Nobiles in poſſeſſione libertatis contra potentiores defenderet, & ſpreta ſubjectionis exceptione, vel ſemoto prætextu der hohen Obrigkeit / pro libertate audacter pronunciaret, *extat apud Gylmannum tom. 3. ſymphorem. verb. Nobilitas*, §. der Franckiſch. Imitatus auream Divi ſui anteceſſoris vocem. Tam nobis curæ eſt eorum, qui reguntur libertas, quantum & benevolentia ac obedientia eorum, *l. Imperator, 25. ff. de appell.*

Secundum κειμήλιον ſive ſignum, quo immediati à mediatis diſcernuntur, conſiſtit in quibuſdam privilegiis & præeminentis particularibus. Nam licet per-
53 ſonarum † & dignitatis ratione nulla inter Nobiles
54 ſit differentia. Mediati † enim æquè ac immediati in Camera Imperiali tanquam Aſſeſſores præſentantur ad Collegia Canonica, auff die Geyſt- vnd Weltliche hohe Stifft recipiuntur, ad Torneamenta zum Turnier / aliosq; ludos equeſtres admittuntur inter illuſtres, maximè ſi Principum Officiales, Statthalter/
55 Marſchalck / Hoffmeiſter ſint, referuntur, ratione † tamen majoris libertatis, quæ non facit differre ſpe-
56 cie, ſed gradu differunt. Quia † immediati comparantur civitatibus Imperialibus, quo ad ſua caſtra & territoria, *Gaill. 2. obſ. 62. nu. 3.* W*hener in pract. obſ. verb.*
57 Ritterſchafft/ majori libertate fruuntur † quam Auſtriaci Comites & Barones *Nicol. Beiſ. tr. de pact. famil.*
58 *illuſtr. c. 2 fol.* 37. tantumq; poſſunt † in ſuo, quantum Princeps in univerſo, *Decian. reſp. 2. numer.* 165. *vol.* 1.

An autem per hoc probari poteſt Nobilem immediatè eſſe ſub Imperio, quod ad haſtiludia ſeu tornea-
59 menta imperii vocatus ſit? Negat † *Nicol. Everhard. Iun. conſ.* 41. *num.* 88. *vol.* 1. quoniam non tantum Imperio

perio ſubjectos ſed etiam alios inſignes Nobiles, & Comites ad ejuſmodi torneamenta venire conſuevit. Ut de Saxoniæ † Nobilibus teſtatur *Fr. Pfeil. conſil.* 60
202.*nu.* 105.*cent.* 2. Nec obſtant verba, quæ apud eundem, *num.* 82. ita leguntur, ob man die Alte Kayſerliche Turnier-Ordnung bedencken wölte / ſo gibt die Hiſtori / daß etwan zu Göttingen nach gehaltenem Turnier / die vier Lande als Reinlandt / Francken / Bayern vnd Schwaben / ſich deſſelben als jhres ſonderlichen Kayſerlichen Lehens allein anmaſſen / vnd den Sachſen daran nichts geſtehen wöllen / ꝛc. Nam licet † Saxones expreſſo nomine vocati non ſint, 61
ſufficit tamen quod in genere ſub nobilitate Suevica vel Franconica comprehendantur. Quia etiam illud † expreſſum dicitur, quod vel ex generalitate verborum, 62
*Decian.reſp.*44.*num.*138.*vol.*4. *Bero.conſ.*151.*nu.* 13.*vol.* 3. vel in † conſequentiam verborum venit & 63
colligitur, *Portius conſ.*105.*num.*27.*vol.*3. *Weſenb.conſ.* 15.*nu.*54.*part.*1. Jam vero in proëmio † des Sach- 64
ſen-Spiegels / ita leguntur, nun vernehmet von der Herren Geburt / von dem Landt zu Sachſen / der von Anhalt vnnd der von Brandenburg / vnd der Marggraff von Meiſſen / vnd der Graff von Bremen / dieſe Fürſten ſind alle Schwaben / die Landgraffen von Türingen ſind Francken / die von Braunſchwig vnnd die von Lüneburg ſeynd Schwaben / ꝛc.

I.

Nobiles † immediati olim fuerunt ſtatus Impe- 65
rii & ſeſſionem ac ſuffragia in Comitiis habuerunt. Uti voluerunt *Gerlac. Buxtorf. ad Aur.Bull.concl.*5. *&* *Beſold. lib.*1.*pol.c.*9.§.4.*num.*16. quos noſtri politices ſtudioſi veluti aves † regales, quæ unam volantem 66
omnes ſequuntur, imitantur, *ut comparat Decius conſ.* 499.*num.*12. Pro quibus tamen facere videtur priſcus † ille Cæſareus ſtylus, vnd darumb mit gutem Raht / 67
vnſer vnnd des H. Reichs Chur-Fürſten / Fürſten / Geiſt- vnd Weltlich / Graffen / Herren / Ritter / Edle Knecht

Knecht vnd Statt/ *Aur. Bull. in fin. pr. Reform. Friderici III. de Anno* 1442. *in pr. Bulla Sigiſmund. §. unde ſano. 2. & §. Ne inter homines à Geldaſt. tom. 1. conſt Imp p.* 143. *& ſeq. & Marqu. Freher. poſt cem. de tutel. Elector. relata.*
68 Unde etiam Nobiles † quoſdam ad circulum certũ relatos legimus, quales erant, die Geſellſchafft S. Georgen Schildt/ die Ritterſchafft im Hegauw. Erklärung des Landtfriedens zu Nürnberg / Anno 1522. auffgericht/ *rubr.* der Schwäbiſch Creiß. Poſt-
69 quam vero † Nobiles ex parte, (ut in Saxonia, Bavaria, Haſſia) Principum Landſaſſii facti, ex parte (ut in Suevia, Franconia, Alſatia & Rheni tractu) oneribus & collectis Imperii ſe eximere voluerunt, eos ſeſſionẽ & ſuffragium amiſiſſe teſtantur *Ludov. Gremp. & Hieron.* zum Lamb/ *in conſil. de ſeſſione & voce liber. civ. Imper. quaſt.* 2. §. in der vierdten *objection. Idem Advocati Brunſwicenſ.* in Braunſchweig. *hiſtor.* handeln. *part.* 2. *fol.* 2177.
70 At cum † 1. in aliis Receſſ. Imperii ab Anno 1467. poſt factam matriculam Nobilium inter ſtatus nulla fiat mentio, werden auff der Weltlichen Fürſten oder dero Graffen Adjuncten-Banck nirgendt vnter den Graffen vnd Herren gefunden. 2. De tempore & Imperatore, quo ſtatus eſſe deſierunt, non conſtet. 3. Ipſi etiam hactenus tenorem privilegii exhibere non po-
71 tuerunt, applauſum damus † Authori der Donawertiſchen Erinnerung/ *fol.* 169. *&* 173. qui Nobiliũ non ut ἀρχόντων & ſtatus, (quia ſtatuum appellatio poſt factam matriculam primum in uſu eſſe cepit, nec ante ejus confectionẽ, Principes, Comites, Barones, Nobiles per ſtatus diviſi fuerunt,) ſed ut Conſiliariorum & adjutorum imperii fieri mentionem ait. Quæ opinio licet nova ſit, quia tamen plauſibilis eſt approbationẽ meretur, quemadmodum Sabinus JCtus ait *in l. quaſitum.* 12. *§. ſed ſi,* 27. *ff. de fund. inſtr.* ſuam doctrinam eſſe quidem inſolitam, ſed poſſe uſu increſcere: Et Zaſius miſerum eſſe ait, ſemper uti inventis, non etiam inveniendis.

niendis, *in l.certi, §. ſi nummos, 18. ff. ſi cert. pet.* Ita hodie Civitates Imperiales licet jus ſedendi habeant in Comitiis, non tamen ſuffragandi ſed ſaltem conſultandi. jus habent, & ut Conſiliarii Cæſaris & ſtatuum Imperii æſtimantur, *ut patet ex Decreto Caroli V. Anno* 1548. *in Comitiis Auguſtanis interpoſito, apud Paurmeiſt. lib. 2. de juriſd. c. 2. nu.* 47. An ergo † Nobilibus invitis vel 72
maximè volentibus (ne ſcilicet Cameræ Imperialis ſumptus pro rata ferre aliaque ſtatuum onera, der gewiſſen Anſchläge/ ſubire tenerentur,) ut in ſpecie † 73
vult *Henr. Bruning. de variis univerſitat. ſpecieb. th:* 18. *in fin. & Chriſt. Beſold. diſcurſ. de ord. equeſtr. num.* 13 factum ſit, ut ad Comitia vocari deſierint, nobis non liquet, *ut in cauſa ambigua olim reſpondebant judices in l. Pomponius*, 13 *§. fin. ff. de arbitr. l. Pomponius*, 36. *ff. de re jud. A. Gell. lib.* 14. *Noct. Attic. c.* 2. nec † enim di- 74
vinare cogimur, *tuti ex l. ſi putator*, 31. *in fin. ff. ad l. Aquil. l. 4. §. illa*, 23 *ff. de dol. & mal. except.* Præcipuus, † 75
ſanè honor eſt ac fuit, eſſe ſtatum imperii, *Auctor* des gründlichen Berichts von des H. Reichs Friedberg Standt Regalien/ *c. 2. num.* 15. Quis itaque credat † 76
Nobiles dignitatem illam in comitiorum ſtatuumq; jure conſiſtentem adeò temerè fuiſſe jactaturos? Præſertim † cum ab onere contributionum non magis 77
immunes facti ſunt, quam alii juris Comitiorum adhucdum participes. Id quod ex Receſſ. Auguſt. Anno 1500. ſatis liquidò evincitur. Ibi enim Maximilianus I. decrevit, daß mit der freyen Reichs Ritterſchafft ernſtlich gehandelt vnnd geredt werden ſolte/ zu Beſchirmung des H. Reichs/ davon ſie vmb jhrer Vorfahren Verdienſt willen jhre Ehre vnd Würde/ auch den mehrern Theyl jhres Gutes haben/ jhr getrewe Hülff thun/ wie jhnen als Chriſtgläubigen Rittern vnd Knechten des H. Reichs wol anſtehet/ R. A. zu Augſpurg/ *de Anno* 1500. *rubr.* Was man mit der Ritterſchafft zu Francken/ ꝛc. Et etiamnũ receptũ eſt, ut Comitiis exactis de auxiliis ſollicitentur, idq; Re-

ceſſib. Imperii inſeri ſolet. Quicquid tamen ſit, illud
78 certum eſt, quod hodie † inter ſtatus non reperian-
tur. Probat hoc I. Experientia, II. Imperii matricula
79 in qua etiam antiquiſſima † non reperiuntur neque
olim reperti ſunt, auſſerhalb der Ritterſchafft vnnd
Geſellſchafft S. Georgen Schilts im Hegaw. Item
der Ganerben des Schloſſes Friedberg in Weddera-
40 via, & Gelnhauſen. III. Comitia Imperialia † ad
quæ non vocantur, *Gylman. in ſymphor. tom. 1. p. 1. tit. 3.
vot. 7. num. 6. Sixtin de Regal. c. 4. num. 49 & ſeqq. Caſp.
Zigler. in prax. aur. §. Landſaſſii. concl. 1. in limit. num. 45.*
41 *& ſeqq.* Neq; hac † in parte immediata Imperii ſub-
jectio aliquid urget. Qua ſola ratione Whenerus No-
biles illos immediatos Imperii ſtatus eſſe dixit *intr. de*
42 *verb. ſign. verb.* Ritterſchafft. Nam diverſa † hæc ſunt,
eſſe ſtatum imperii, & imperio immediatè ſubjectum,
Dn. Cluten in ſyllog. rer. quotid. concl 26 lit. K. quorum il-
lud plus, hoc minus eſt. Omnis enim qui ſtatus impe-
rii eſt, eſt quoque imperio immediatè ſubjectus, ſed
non contra *per Deputat.* Abſchiedt / *de Anno* 1564. §.
vnd wöllen wir. Ibi gegen denen ſo nicht Stände des
H. Reichs / jedoch dem H. Reich immediatè vnterworf-
43 fen. Atque hoc in caſu potior eſt cauſa civitatum †
44 Imperialium, utpote † quæ ſtatus imperii ſunt, *Gail.
1. obſ. 21. num. 2. Ruland. de Commiſſar. p. 2. lib. 5. c. 4.*
45 *num. 41. Knichen. c. 13. Encyclopæd. nu.* 19 & † ſedendi
ac ſuffragandi, *Lud. Gremp. & Hier.* zum Lamb. *d conſil.
q. 1. & 2. per tot. Aruma. ad Aur. Bull. diſcurſ. 1. theſ. 8.
Anonym. Advocat. Camer. reſp. 66. per tot.* Seu potiùs
46 conſultandi jus in Comitiis, ſortiũtur. *Peucerus*, † qui
propterea omnium diſputationibus vapulat, *in com-
plem. Chron. Phil. Melancht. lib. 5. in pr. Paurmeiſt. lib. 2. de
juriſdict. c. 2. num.* 47. Verùm contra hoc civitates im-
periales proteſtati ſunt, cum Anno 1582. in Auguſta-
nis comitiis declarationem ejuſdem ab ordini-
bus imperii deſiderarent.

***

II. Quam-

II.

Quamvis autem Nobiles immediati, ſtatus Imperii non ſint, habent tamen jus † Auſtregarum, non minus quàm cæteri ſtatus Imperii *per ord. Cam. p. 2. tit. 3. & 5 Denaiſ. in jur. Cam. tit. 157. & ſeqq. Guil. Roding in pandect. Cam. lib. tit. 4. & ſeq. Guil. Scipio deciſ. Rota Spir. 15. lib. 1.* Etiamſi bona quædam mediatè ſub alio Principe poſſideant. Ita pronunciatum in cauſa Joſt Raw von Holtzhauſen Klägern / contra Herrn Ludwigen Graffen zu Stolberg und Königſtein. Ubi tamen litigantes generaliter remiſſi, an gebührende Ort / *Ruland. de Commiſſar. part. 4. lib. 8. c. 1. n. 7. in fin.* 47
hacque in parte Civitates † Imperiales, tanquàm iſto carentes, niſi ex privilegio vel præſcriptione longiſſimi temporis, beſondere Außträge / & ſic alibi primam inſtantiam habeant, *Gail. 1. obſ 1. n. 20. Frid. Mindan. circa fin. lib. 1. proceſſ. H. Vultej. ad l. 1. num. 47. C. Ubi Senat. vel clariſſ* ſuperant: Nec refert, † an civitates immediatos Nobiles coram Auſtregis, an è converſo Nobiles tales ibidem convenire velint, quia eadem ubique ratione beneficium der Außtrag / non habent, *Gylman. in ſymphor. prajud. Cam. rubr. Mandatum cum clauſula, fol. 188. in fin. & fol. 189.* An verò Nobiles privilegio primæ inſtantiæ renunciare poſſunt? Aff. † poteſt enim quilibet favori pro ſe introducto renunciare, *juxta l. pen. C. de pact.* Et in terminantibus terminis, *Gail. 1 obſ. 1. n. 29. Roding. lib. 1. pandect. Cam. c. 3. n. 2. Meichſner. deciſ. Cam. 1. n. 86. tom. 2. lib. 2.* tum quia † res ad ſuã naturam facilè revertitur, *arg. l. 2. C. ſi ad verſ. rem jud. l. ſi unus, 27. §. 2. verſ quod & in ſpecie ff. de pact. Mod. Piſtor. part. 3. quæſt. 144 ibiq; Ioh. Schultes, n. 123. in addit.* Nec † poteſt dici non valere ſententiam, tanquàm à non ſuo judice latam, *l. ult. C. ſi non à comp jud.* Nam volens † alterius etiam inferioris notioni ſe ſubjicere, *l. 1. ff de judic. l. eſt receptum, 14 ff. de jurid. l. 1 C. eod. l ille à quo, 13 §. 4. ff. ad SC. Trebell.* prorogandoque ſuam juriſdictionem coram non ſuo

(Margin numbers, in order: 47 at "Auſtregarum"; 48 at "Imperiales"; 49 at "an civitates"; 50 at "Aff."; 51 at "res ad ſuã"; 52 at "Nec † poteſt"; 53 at "Nam volens".)

judice litigare poteſt, *Weſenb. in par. ff. de juriſd. nu. 9. Gylman. in ſymphor. tom. 5. relat. 9. nu. 2. fol. 28. Fachina.*
54 *conſ. 55. nu. 20. vol. 1.* Ad hoc tamen non † ſufficeret generalis renunciatio, daß er für allen Gerichten ſölte fürgenommen werden/ quia hæc clauſula de competentibus eſt intelligenda, *Mynſing. 1. obſ. 78.* ubi ait, ita obtentum fuiſſe in cauſa Chriſtophori Knorzing/ contra David Jüden/ *Roding. d. c. 3. pandect. in comm. c. 7. Noe Meurer in proceſſ. Com. parte 9. in fin.*

Sed Nobilis mediatus conveniendo Nobilem immediatum poteſtné eum convenire in Camera, vel conveniendus habetné privilegium primæ inſtantiæ?
55 Auſtregæ † juris ſunt ſtrictiſſimi, *Rüdinger. lib. 1. obſ. 50. n. 16. Roding. lib. 1. pandect. tit. 4. n. 8. Frider. Mindan. de contin. cauſ. c. 4. n. 7. Gylman. lib. 2. deciſ. Cam. ſummar.*
56 *n. 67. fol.* 477. neque † extenduntur ad caſum in ordinatione non expreſſum, *Frid. Mindan. lib. 1. proceſſ.*
57 *c. 18. nu. 5. arg. l. quicquid, 99. ff. de V. O.* Cum ergò † ut locus ſit primæ inſtantiæ requiratur, ut uterque tam actor quàm reus immediatus ſit, *per ord. Cam. p. 2. tit. 5. Mynſ. 1. obſ. 89. Zanger. de Except. c. 1. p. 2. num. 356. Georg. Mor. de jure Venand. c. 9. n. 3. Reuſner. conſ. 6. lib. 2.* ideoq́;
58 † Nobiles Principibus ſubjecti non gaudent privilegio Auſtregarum, ſed Nobiles, Barones, Comites, immediatos in Camera convenire tenentur, *Gail. 1. obſ. 1. n. 17. Mynſ. d. obſ. 89. Rodingius Pand. Cam. lib. 1. tit. 4. nu. 12. Sixtin. lib. 1. de Regal. c. 8. num. 66. & ſeqq. Rudinger. d. obſ. 50. n. 4. Scipio deciſ. rota Spir. 111. lib. 2.* qua in parte
59 † plebejis æquiparantur, *Gregor. Tengnagel. tr. manuſcr. de decernend. proceſſ. claſſ. 3. c. 2.* Ubi illud obiter adnotandum, ſi æquiparantur Nobiles popularibus, nobiles id habere quod habent populares, ſed non è converſo, *Sig. Scaccias de Appell. quæſt. 17. limit. 19. nu. 5. poſt Bart. in l. 1. num. 2. & ſeq. ff. de leg. 1. Tiraqu. de Nobil. c. 6.*
60 *n. 56.* Excipiuntur † Electores & Principes Imperii, qui non tantùm ſi inter ſe litigant, ſed etiam ſi à privato ſine alieno, ſive ſuo conveniantur habent privilegium

Digitized by Google

gium der Außträg / *per ord. Cam part. 2. tit. 4 §. ult.* forte † ob præeminentiam & dignitatis excellentiam, 61
Gail. d. obſ. 1. nu. 17. H. Hartm. tit. 1. obſ. 10. n. 8. Schwaneman. lib. 1. proceſſ. c. 2. nu. 27. Cothman. reſp. 30. num. 2. & ſeqq. vol. 1.

III.

Ordo Equeſtris † immediatè ſubditus pace reli- 62
gionis fruitur. Ita enim loquitur Divus Ferdinandus in Receſſu Auguſtano *de Anno* 55. §. Vnd in ſolchem Frieden ſoll die freye Ritterſchafft/ welche ohne Mittel der Käyſerlichen Majeſtät/ vnd vns vnterworffen auch begrieffen ſeyn / alſo vnd der Geſtalt/ daß ſie obgemelter beyder Religion halber/ auch von niemand (quod verbum eſt univerſale comprehendens etiam Duces & Illuſtres) überwältiget / bedränget / noch beſchweret werden ſöllen. Quorum verborum ſequela
eſt. † Immediatè Nobilibus non modò permiſſum 63
eſſe liberam, quam velint religionem amplecti, ſed etiam conceſſum illius exercitium in templis & ſcholis publicè in dominiis ſuis inſtituere, *Iohan. Bidenbach. quaeſt. nob. 4. nu. 1, Paurmeiſt. lib. 2. de juriſd. c. ult. n 4. H. Bocer. de jure Vaſall. c. 6. n. 4. lib. 2.* Ordinationem Eccleſiaſticam publicare, wie es mit Ceremonien/ Lehr vnd Leben ſolte in jhren Kirchen/ Schulen/ Synodis, viſitationibus, vnd ſonſten gehalten werden; religio-
nem † inſtitutam abrogare, novamque quæ tamen 64
vel † activè *per §.* Doch ſollen alle andere/ *in d. Receſſ.* 65
Auguſt. de Anno 55. vel paſſivè † per reſponſum An- 66
no 66. Maximiliano II. Imp. in Comitiis exhibitum, *Beſold. lib. 2. pol. c. 2. num. 42.* approbata ſit, introducere, *argum. d. Receſſ. §.* Vnnd damit ſolcher Friedt. 15. Ibi: So ſie auffgericht / oder noch auffrichten werden / *Bidenbach. quaeſt. nob. 5. numer. 2. Gylman. in Symphor. tom. 1. p. 1. tit. 3. vol. 2. num. 16.* Cujus † enim eſt 67
ditio, illius etiam debet eſſe inſtitutio, *Matth. Steph. de juriſdict. lib. 2. p. 1. c. 7. num.* 474. adeò † ut ſi in q. 68
poſſeſſione præſentandi turbentur, petere poſſint cita-

tionem ad videndum ſe incidiſſe, auff den Landfrieden/cum annexo mandato, de non turbando, nec amplius offendendo. Nec refert † juriſdictionem ha-
69 beant vel non habeant. Sie haben gleich die hohe/ oder nur die Vogtheilig vnd niedergerichtlich Obrigkeit/*Bidenbach.quaſt.nob.3.nu.3 & ſeqq. Andr. Cran. de*
70 *pace relig part. 1. problem. 1. in pr.* Quod tamen † prima facie negandum videbatur. Textus enim ſaltem inter ſtatus imperii diſponit, *in* §. vnnd damit ſolcher Friedt. Ibi, keinen Standt des Reichs/ *& in* §. Dieweil aber etliche. Ibi, welchen den geringen ſo dem Reich ohne Mittel vnterworffen/vnnd Reichsſtände ſeynd. Ubi hæc duo copulativè requiruntur, ſtatum
71 Imperii eſſe & immediatum eſſe, originalis † autem copulæ natura eſt, ut requirat concurſum copulatorum, *Decian.reſp.42.num.23.vol.1. Curt.Iun.conſ 3 n. 5. Bero conſ. 23. num. 3. vol. 2.* & utraq; pars ſit vera, §. *pen.inſt.de her.inſtit. Damhoud.de patrocin. pupil. c.9.nu.* 90 Nobiles vero licet immediati ſint ſtatus, tamen Imperii non ſunt, & idcirco altera qualitas deeſt. Secun-
72 dò † Religion Friedt potius eſt realis, quàm perſonalis, id eſt, refertur ad territorium, diſtrictus & juriſdictionem, non ad perſonas, idq; patet *ex d.* §. vnd damit ſolcher/ qui in ſpecie loquitur, von den Fürſtenthumben/Landen vnd Herrſchafften. Quare conſequitur, quod is poſſit mutare religionem, qui territorium habet, & in eo die hohe Obrigkeit/ quaſi religio ſit ſequela juriſdictionis, non verò ſufficit, ut habeat die Vog-
73 theiliche Obrigkeit. Nam quid † eſt Vogt? Deſenſor loci, non habens merum & mixtum imperium loci, *D. E. apud Gylmann.part. 1. Symphor.tit. 3. vot.7.num.19. fol 240.* Sic Comes ab Ortenburg eſt immediatè ſub Imperio, & tamen Dux Bavariæ in bonis in Ducatu ſitis non concedit religionem. Quibus tamē nihil mo-
74 ventibus, † proceſſus decreti ſunt Nobilibus Franconiæ, qui habuerūt ſaltem Vogtheiliche Obrigkeit/ & fuerunt in poſſeſſione exercitii religionis, & poſtea turbati

turbati à Principe vel Epiſcopo, ſub prætextu meri imperii; Cujus rei extant præjudicia in cauſa, **Truchſeſſen von Wetzhauſen/** cõtra **den Biſchoffen zu Würtzburg.** 4. Auguſt. Anno 74. **Stein Altenſtein** contra **Würtzburg/** Anno 88. **Münſter** contra **Würtzburg/** Anno 38. *Gylman tom. 3. ymphor. rubr processus, fol.* 281. hoc ſolidiſſimo fundamento, nimirum, † §. **vnd in** 75
ſolchem Frieden. Loqui ſine ulla juriſdictionis mentione, nec diſtinguere inter Nobiles, qui omnimodã, & illos, qui nullam juriſdictionem habeant, ita ut lege non diſtinguente, nec nos diſtinguere debeamus, *arg. l. de pretio, 8. ff. de publ. in rem act.* Quod † exemplo de- 76
claratur Electoris Palatini, qui licet Spiræ juriſdictionem, vel merum mixtumq; imperium non habeat, ſuæ tamen ibidẽ religionis exercitiũ habet **zu S. Gilgen.** Idem jus habet Dux Würtenbergicus in pago **Loſſaw/** quamvis ibidem Epiſcopus Spirenſis merum imperiũ habeat. Sic Colonia Agrippina religionis decernendæ auctoritate pollet, jus autem gladii ſpectat ad Archi-Epiſcopum, &c. Nec obſtat primum, † licet enim 77
Nobiles nullam habeant ſeſſionem in Imperio, & ſtatus non ſint, quia tamen immediatè ſubditi ſunt, eo intuitu quoad **Religions-Friedt/** ſtatib. ſunt æquiparati, *Elias Roſacorb pract. obſ. c.* 30. *num.* 5. *Gylman. p.* 1. *Symphor. tit.* 3. *vot.* 7. *num. fol.* 237. Nec obſtat † quod 78
dicitur, habere aliquem debere, **die hohe Obrigkeit/** vel merum mixtumq; imperium. Quia verba textus, **des Religions Frieden/** hæc non indicant, & erubeſcendum ſine lege loqui, *Novell.* 18. *c.* 5. & ut ait Baldus, quod in lege non cavetur in practica non habetur, *Guttierez lib.* 5. *pract. quaſt.* 16. *num.* 146. *Beccius conſ.* 93. *num.* 1. *&* 18. Hæc autem verba † habentur, *in* §. **vnd** 79
damit ſolcher/ 15. *& ſeq.* **auch jhren Hab/ Gütern/ liegende vnd fahrende/ Landt/ Leuten/ Herrſchafften/ Obrigkeiten/ Herrlichkeiten vnd Gerechtigkeiten rühiglich vnd friedlich bleiben laſſen/** quæ niſi accipiantur de quocunq; jure, nullius planè erunt effectus,

80 *Bidenbach.quaſt.nob.3.num.3.* merum itaq; † imperium nihil cum religione habet commune, *Gylman.in d.tit. 3. vot. 7. num. 15.fol. 239.* nec religionis mutan-
81 dæ † poteſtas ad juriſdictionem, ſive *δικαιοδοσίαν* ſed *νομοθεσίαν* pertinet, *Paurmeiſt.lib.2.de juriſd.c.ult.n.46. in fin.*

Sed an Nobiles in feudis ab Eccleſiaſticis dependẽtibus religionem liberè mutare poſſunt? Videbatur ne-
82 gandum. I. Quia † conſtitutio loquitur de immediatè ſubditis imperio, *d.Receſſ.Aug.* §. und in ſolchem/ 25. *de*
83 *Anno* 55. II. Subditi † tenentur profiteri religionẽ ſui
84 Domini, *d. Receſſ* §. wo aber unſer/ 24. Vaſallus a. † & ſubditus comparantur, *Chaſſan. ad conſuet. Burg.rubr. 1.§.4.tex.& ſur les hommes.n 2. Weſ.conſ.1. n.41.p.1.So-*
85 *cinus conſ.272.n.11.vol.2.* III. Vaſallus † & fructuarius æquiparantur, *c.1.§.fin.ex quib. cauſ.feud. amitt. Borch. de feud.c.1.n.13.& ſeq. Rol.à Valle conſ.18.n.12.vol.3.Fi-*
86 *chard.conſ.2.n.3.lib.2.* Sicut † a. Uſufructuarius fundi, & ſi melior reddatur, formam mutare nequit, *l.uſufructu,7.cum l.ſeq.l.uſufructuarius,44.ff.de uſufr.Capolla de ſerv.urb.prad.c.76.n.7.& de ſerv.ruſt.prad.c.22.nu.10.* Ita nec vaſallus invito domino religionẽ in re feudali
87 mutare poteſt, cum † pagi & oppidi forma conſiſtat in guter Religion und Policey Ordnung. Verùm nodi hi Gordii, ita intricati non ſunt, quin iis ſufficiat de
88 Davo aliquis, quod enim † conſtitutio I. requirit mediatum eſſe, id ratione perſonæ, cujus conſcientiæ cõſultum eſt, non ratione glebæ intelligendum, *Frideric. Mindan. lib.1.de proceſſ.c.32.num.2.Gylman.deciſ.Cam.*
89 *46.n.111.part.1.* II. Neq; nos turbat † loquendi uſus, quo vaſalli dicuntur ſubditi, reſpectu enim fidelitatis irrepſit iſta Catachreſis, *Mindan. d.c.32. num.4.Gaill. de Arreſt.c.7.num. 10. D. Zach. Vietor. de exempt. concl. 22.per tot.Pruckm.conſ.27.n.1.& ſeqq.vol.1.Nic.Everh.*
90 *Iun.conſ.41.n.94.vol.1.* Et poſito ita eſſe tamen, † wo aber unſere/ non loquitur de hujuſmodi ſubditis, qui immediatè ſubſunt imperio, ſed de ſubditis Electorũ

& ſta-

& ſtatuũ, aliâs enim Electores & ipſi Imperatoris ſubditi dicuntur, *Elias Roſac. pract. obſ.* 30. *n.* 35 III. Deniq; † argumentũ à vaſallo ad uſufructuariũ & cõtra claudicat, *H. Piſt. lib.* 1. *q.* 10. *n.* 97. Plus n. † juris obtinet vaſallus. quàm uſufructuarius, *arg. l.* 1. *fi. ſi uſuſfr. pet. l.* 1. *in fin. ff. de op. nov. nunc.* Vaſallus utile habet dominiũ, idque ad heredes tranſmittit, quod ſecus eſt in uſufructuario, cujus jus morte finitur, §. *finitur,* 3. *in pr. ff. de uſufr. l.* 3. §. *ult. ff. quib. mod. uſuſfr. fin.* tum etiam religio † cum forma fidelitatis nihil cõmunicat, neq; ad uſumfructum pertinet, ſicut quoq; inter illa capita, quę vaſallus Domino jurat, nulla mentio fit religionis, *Roſac. d. c. pract. forenſ. obſ. n.* 36. Atq; hæc ita obtinent, niſi † Dominus religionis conſtitutionem ſingulariter ſibi reſervaverit, *Frid. Mindan. d. c.* 32. *proceſſ. nu.* 5. *adde Ioh. Bidenb. quæſt. nob.* 2. *per tot.* Quæ hactenus diximus, de nudis & alienigenis vaſallis diximus, ſi n. vaſalli † & ſubditi, atq; ita ratione bonorum Landſaſſii ſunt, formula obſequii uberior eſt ac ſanctior, quia duplici obligatione devinciuntur, *Bod. lib.* 1. *de Repub. c.* 9. *H. Vult. conſ. Marp.* 19. *n.* 9. *vol.* 3. Sed anne † ſaltem domi in arce ſuâ pro ſe, liberis & familia, privatum verbi divini miniſtrum habere, atq; ita domeſticũ religionis exercitiũ ſibi ſuisq; præſervare jure poterit? In utramq; partem † argumenta cumulavit *Henr. Cranius de pace relig. part.* 1. *probl.* 2. *per tot.* poſſe tamen concludit, quemadmodum † melioribus & gravioribus Cameraliũ votis in Camera imp. concluſum eſſe teſtantur *Fr. Mind. lib.* 1. *de proceſſ. c.* 30. *n.* 10. *Melander in comm. ad proceſſ. Noab. Meurer. part.* 2. *ſect.* 12. *in fin.* Cujus rei præjudicia habemus in tranſactione † Ducis Bavarię, & Comitis ab Ortenburg/ quâ, mediante & interveniente Saxone Auguſto Electore, Anno 66. in Comitiis Auguſt. rem ita compoſuere, daß er Comes allein vor ſich vnd ſein Gemahl vnd ſeine Vnderthanen / ſo ohne Mittel im Ortenburger Becirck ſitzen/ die Religion gebrauchen ſölle/ ſo viel aber Comitis Hoffmarck/ Güter/ vnd der-

91 92 93 94 95 96 97 98 99

num. 8 *& ſeqq. Matth. Berlich. part.* 3 *pract. concluſ.* 52. *nu.* 22. adeò, ut nec conſtitutio Arreſtorum locum habeat, ſi bona Nobilium ex cauſa der Nachſteuer ſiſtantur, *per tex. in* R. A. *de Anno* 1594. § vnd ſo viel die/) apud ſuæ religionis homines Tajorum habeant colonia, *per d. Receſſ. de Anno* 53. § Wo aber vnſere/ *Mindan. d. c.* 30. *n.* 1. *& ſeqq.* Niſi † inviti emigrare cogantur, quo caſu tuti ſunt ab omnibus præſtationibus, 103
Gylman. in Symphor. tom. 1. *part.* 1. *vot.* 1. *num.* 4. *Matth. Berlich. d. concl.* 52. *n.* 13 *& ſeqq.* vel Nobiles † de con- 104
ſuetudine onere der Nachſteuer/ non graventur.

V.

Nobiles † immediati juriſdictionem habent terri- 105
torialem, die Landes-Obrigkeit/ *Decian reſp.* 34. *nu* 28. *volum.* 4. *Hipp. Riminald conſ.* 5. *num.* 156 *lib.* 1. ubi ajunt, quod Nobiles decet habere juriſdictionem, quâ tamen † Bidenbachius non aliter, niſi de omni juriſ- 106
dictione ac mero Imperio (Blutban) accipi debere ait, *quæſt. nob.* 1. *num.* 9. Ad cujus confirmationem faciunt notata à Meichſnero *tom.* 2. *lib.* 1. *deciſ.* 8. *in cauſa* Hirnhaim contra Chur-Pfaltz/ *n.* 2 ubi formaliter habetur. Si quis velit ſeparare altum Imperium, von der Landesfürſtlichen Obrigkeit/ illud eſſe ſine fundamento juris & facti, dann in perſona Principis ſey die Hohe vnd Landesfürſtliche Obrigkeit ein Ding. Et licet Nobiles † non poſſint habere juriſdictionem 107
regalem, die Landesfürſtliche Obrigkeit/ *Sixtin. de regal. lib.* 1. *c.* 4. *num* 93. quam etiam in dubium vocavit Johan. Gôddeus *in reſponſ. de Baronia Vallendar num.* 370. ubi ita ſcribit, Nobiles Rhenani tantum ex eo hac libertate gaudere geſtiunt, quod certa quædam ſunt caſtra imperii libera, quibus aſſignati, quorumque municipes ſunt facti, ſeu Gan-Erben & Burgmanne. Quæ caſtra cum territoriali jure Imperatores & Reges Romani exemerunt, tum & regali quadam dignitate muniverunt; Atque ita ſingulorum Nobilium caſtra, non gaudent propriè territoriali jure, niſi ex conſe-
quenti.

Digitized by Google

108 quenti. Tamen, ut inquit Meichſnerus † *d. deciſ. 8. n. 2.* in ſuo genere eadem jura habent, quæ Princeps in ſuo; & ibidem mox ſubdit, *num. 3.* Summum Imperium in Principe eſſe Landts-Fürſtlich / in Comite Gräfflich/in Civitate Stattlich/& ſic deinceps, quaſi diceret in immediatè Nobilibus Adelich / *Ioh. Bidenbach. d. quaſt. 1. num. 11. in fin. Chriſt. Beſold. de Ord. Equeſtr. num. 9.* Sic & Gailius *lib. 2. obſ. 62. num. 3.* notat, oppida & caſtra Nobilium immediatorum eodem privilegio fruiſci, quo liberæ in Imperio Civitates.

V.

109 Nobiles † immediatè imperio ſubjecti habere poſſunt regalia, *Prutkman de Regal. c. 4. num. 34. Sixtin. de regal. c. 4. num 92. & ſeqq. lib. 1. Decian. reſp. 2. nu. 164. lib. 1.* qui generaliter, Nobiles regalia habere poſſe, lo-
110 quitur. Utpote 1. jus † exigendi decimas ex fodinis & mineris. *poſt Rebuff. in l. cuncti, nu 3. C. de metall. We-*
111 *ſenb. conſ. 60. num. 30. part. 2.* quæ ratione † decimæ ſeu vectigalis inde debiti regalibus annumerantur, *Vult. de feud. c. 5. nu 7. fol. 89. Sixtin. de Regal. lib. 2. c. 16. n. 32. & 45. P. Heig part. 1. quaſt. 13. n. 19. Zaſius conſ. 16. num. 67. lib. 2.*

112 II. Jus cudendi monetam, † *Anth. Hanſman. de re monetar. concl. 11. lit. c.* ubi ait, hoc de immediatis quorum tres ſunt claſſes, Francones, Suevici, Rhenenſes nemo miretur: Quod eſt regale majus, *Sixtin. de Regal. c. 2. n. 38. Bocer. de Regal. c. 2. n. 222. Roſenth. de feud. c. 5. concl. 3. n. 2. Weſenb. conſ. 181. n. 21. p. 4.*

113 III. Collectationem † habent accifiæ, das Un- oder Umbgelt / *de qua quid ſit vide Matth. Whener. in pract. obſ. lit. V. verb.* Ungelt / quemadmodum Anno 1559. Nobiles de Graneck id vectigalis, ut in pago Lackendorff/ipſis exigere liceret, à Cæſarea Majeſtate impetraſſe notat *Chriſt. Beſold. in diſcur. de ord. Equeſtr. nu.*
114 *9.* Collectationem autem † accifiæ eſſe regale, & cõpetere ei, qui regalia ex Imperatoris beneficio poſſidet, tradit *Mynſing. decad. 11. reſp. 1. num. 87. & ſeqq. Anonym.*

nonym. Advocat. in conſ. pro Fuggeri contra Mafelrein/ *edito c. 4. tit. 9.*

IV. Jus habent † collectandi ſuos ſubditos, *H. Boc. tr. de collect. c 5. n. 7. H. Roſenth. tr. feud. c. 5. concl. 74. nu. 6. & ibi in addit. lit. e.* etiam † pro maritanda filia, *Everh à* Weihe/ *tr. de regnor. ſubſid. c. 4. nu. 13. Ioh. Köppen. deciſ. 32. nu. 16. & ſeqq. part. 2.* Collectandi autem † jus de Regalibus eſſe, communis Dd. Schola docuit, *Henric. Bocer. d. tr. c. 1. n. 20. & ſeqq. cum alleg.* W*eſenb. conſ. 45. n. 8. & ſeqq. p. 1.* Et in terminis *H. Vult. conſ. 35. n. 38. & ſeqq. vol. 3. Marp.* 115 116 117

V. Jus habent † venandi, ſeu bannum ſylveſtre, Wildbahn vnd Forſtliche Obrigkeit/ *Tiraquell. de Nobil. c. 37. n. 139. Pruckman. de Regal. § Venatio, c. 4. num. 1. Georg. Mor. de jur. venand. p. 1. c. 2. n. 73. & ſeqq.* Venatio enim licet juriſgentiũ, & omnibus communis, tamen præcipuè † Nobiles decet, *ut ait Decian. reſp. 66. n. 44. vol. 3.* ubi addit, Nobiles propterea rus habitare, ut magis aperto aëre fruantur, & venationib. ſe exerceãt. Nõ ſolum † die Jagts Gerechtigkeit an Haſen/ Füchſen vnd kleinem Waydwerck/ ut puta Vögel fangen/ Hüner verſtoſſen/ *Meichſ. tom. 1. lib. 2. dec. Cam. 2. n. 2. f. 44.* Sed etiam † die hohe Jagt/ an ſchwartz/ ut ſunt aper, urſus, vnnd rohtem Wilpret/ ut ſunt cervus, cerva *Fr. Marci dec. Delph. 532. n. 4. tom. 1.* qua etiam Nobiles † Haſſiæ perantiqui & primi nominis, die Riedeſel/ ſingulariter veſtiti ſunt venatione urſina. Venatio † a. hodie reputatur de Regalibus, *Pruckm. in d. § Venatio. c. 1. n. 5. & ſeqq. Sixtin. de Regal. lib. 2. c. 18. nu. 47. & ſeq. P. Heig. p. 1. quæſt. 15. num. 45. & ſeqq. Knichen. de Sax. non prov. jur. verb. Ducum. c. 5. n. 197.* 118 119 120 121 122 123

VI. Merum † & mixtum habẽnt imperium, die hohe Fraiſch/ Nott/ Halß vnd Handgerichtliche Oberkeit/ quæ inter † regalia referenda eſſe quã plurimi ſtatũut, *Bidenb. quæſt. nob. 1. n. 20. Boſſius in tit. de Regal. n. 18.* ubi dicit Dd. ea mille in locis appellare regalia, *Schrad. de feud. p. 4. c. 1. n. 54. & ſeq.* Merum † a. imperium plura regalia 124 125 126

108 quenti. Tamen, ut inquit Meichſnerus † *d. deciſ. 8. n. 2.* in ſuo genere eadem jura habent, quæ Princeps in ſuo; & ibidem mox ſubdit, *num. 3.* Summum Imperium in Principe eſſe Landts-Fürſtlich / in Comite Gräfflich / in Civitate Stattlich / & ſic deinceps, quaſi diceret in immediatè Nobilibus Adelich / *Ioh. Bidenbach. d. quæſt. 1. num. 11. in fin. Chriſt. Beſold. de Ord. Equeſtr. num. 9.* Sic & Gailius *lib. 2. obſ. 62. num. 3.* notat, oppida & caſtra Nobilium immediatorum eodem privilegio fruiſci, quo liberæ in Imperio Civitates.

V.

109 Nobiles † immediatè imperio ſubjecti habere poſſunt regalia, *Pruckman de Regal. c. 4. num. 34. Sixtin. de regal. c. 4. num. 92. & ſeqq. lib. 1. Decian. reſp. 2. nu. 164. lib. 1.* qui generaliter, Nobiles regalia habere poſſe, lo-
110 quitur. Utpote 1. jus † exigendi decimas ex fodinis & mineris. *poſt Rebuff. in l. cuncti, nu. 3. C. de metall. We-*
111 *ſenb. conſ. 60. num. 30. part. 2.* quæ ratione † decimæ ſeu vectigalis inde debiti regalibus annumerantur, *Vult. de feud. c. 5. nu 7. fol. 89. Sixtin. de Regal. lib. 2. c. 16. n. 32. & 45. P. Heig part. 1. quæſt. 13. n. 19. Zaſius conſ. 16. num. 67. lib. 2.*

112 II. Jus cudendi monetam, † *Anth. Hanſman. de re monetar. concl. 11. lit. c.* ubi ait, hoc de immediatis quorum tres ſunt claſſes, Francones, Suevici, Rhenenſes nemo miretur: Quod eſt regale majus, *Sixtin. de Regal. c. 2. n. 38. Bocer. de Regal. c. 2. n. 222. Roſenth. de feud. c. 5. concl. 3. n. 2. Weſenb. conſ. 181. n. 21. p. 4.*

113 III. Collectationem † habent acciſiæ, das Un- oder Umbgelt / *de qua quid ſit vide Matth. Whener. in pract. obſ. lit. V. verb.* Ungelt / quemadmodum Anno 1559. Nobiles de Graneck id vectigalis, ut in pago Lackendorff / ipſis exigere liceret, à Cæſarea Majeſtate impetraſſe notat *Chriſt. Beſold. in diſcur. de ord. Equeſtr. nu.*
114 *9.* Collectationem autem † acciſiæ eſſe regale, & cõpetere ei, qui regalia ex Imperatoris beneficio poſſidet, tradit *Mynſing. decad. 11. reſp. 1. num. 87. & ſeqq. Anonym.*

nonym. Advocat. in conſ. pro Fuggeri contra Marelrein/ *edito c. 4. tit. 9.*

IV. Jus habent † collectandi ſuos ſubditos, *H. Boc. tr. de collect. c 5. n. 7. H. Roſenth. tr. feud. c. 5. concl. 74. nu. 6. & ibi in addit. lit. e.* etiam † pro maritanda filia, *Everh. à* Weihe/ *tr. de regnor. ſubſid. c. 4. nu. 13. Ioh. Köppen. deciſ. 32. nu. 16. & ſeqq. part. 2.* Collectandi autem † jus de Regalibus eſſe, communis Dd. Schola docuit, *Henric. Bocer. d. tr. c. 1. n. 20. & ſeqq. cum alleg.* W*eſenb. conſ. 45. n. 8. & ſeqq. p. 1.* Et in terminis *H. Vult. conſ. 35. n. 38. & ſeqq. vol. 3. Marp.* 115 116 117

V. Jus habent † venandi, ſeu bannum ſylveſtre, Wildbahn vnd Forſtliche Obrigkeit/ *Tiraquell. de Nobil. c. 37. n. 139. Pruckman. de Regal. §. Venatio, c. 4. num. 1. Georg. Mor. de jur. venand. p. 1. c. 2. n. 73. & ſeqq.* Venatio enim licet juriſgentiũ, & omnibus communis, tamen præcipuè † Nobiles decet, *ut ait Decian. reſp. 66. n. 44. vol. 3.* ubi addit, Nobiles propterea rus habitare, ut magis aperto aëre fruantur, & venationib. ſe exerceãt. Nõ ſolum † die Jagts Gerechtigkeit an Haſen/ Füchſen vnd kleinem Waydwerck/ ut puta Vögel fangen/ Hüner verſtoſſen/ *Meichſ. tom. 1. lib. 2. dec. Cam. 2. n. 2. f. 44.* Sed etiam † die hohe Jagt / an ſchwartz / ut ſunt aper, urſus. vnnd rohtem Wilpret / ut ſunt cervus, cerva *Fr. Marci dec. Delph. 532. n. 4. tom. 1.* qua etiam Nobiles † Haſſiæ perantiqui & primi nominis, die Riedeſel/ ſingulariter veſtiti ſunt venatione urſina. Venatio † a. hodie reputatur de Regalibus, *Pruckm. in d. §. Venatio. c. 1. n. 5. & ſeqq. Sixtin. de Regal. lib. 2. c. 18. nu. 47. & ſeq. P. Heig. p. 1. quæſt. 15. num. 45. & ſeqq. Knichen. de Sax. non prov. jur. verb. Ducum. c. 5. n. 197.* 118 119 120 121 122 123

VI. Merum † & mixtum habẽt imperium, die hohe Fraiſch/ Nott/ Halß vnd Handgerichtliche Oberkeit/ quæ inter † regalia referenda eſſe quã plurimi ſtatũut, *Bidenb. quæſt. nob. 1. n. 20. Boſſius in tit. de Regal. n. 18.* ubi dicit Dd. ea mille in locis appellare regalia, *Schrad. de feud. p. 4. c. 1. n. 54. & ſeq.* Merum † a. imperium plura re- 124 125 126

galia

Digitized by Google

galia, quàm unum cõprehendere tradunt *Peregr. de ju-*
re fiſci lib 1 tit. 2 n 57. Roſenth. de feud. c. 5. concl. 4. nu. 5.
Rol. à Vall. conſ. 78. n. 8 & ſqq. vol. 2. Ac tametſi nõnul-
lis in locis etiam mediati & Principibus ſubjecti Nobi-
les merum imperium habeant, hoc tamen intereſt,
127 quod immediati † revera fiſcum habeant, unde cauſæ
128 illæ fiſcales dici poſſint, mediati verò † ſi ex officio lin-
quentem judicio criminali perſequantur, accuſator
quem mittunt, non dicitur fiſcalis, ſed Peinlicher An-
walt/ vel Peinlicher Anklåger/ vel Peinlicher Ampts-
Anklåger/ *ut dicet H. Vult. in tr. de juriſd. ad l. 1. n 16. &*
ſeq C. ubi cauſa fiſc. tametſi interdum appellatio fiſcalis
129 uſurpetur. Proinde † ex ſententia Regneri Sixtini *in*
tr. de Regal. lib. 1. c. 4 n. 97. ad ejuſmodi alioſq; Nobiles
immediatè ſubjectos, & legitimo modo acquiſita re-
galia habentes, non eſt extendendam, quod mandato
ſine clauſula in Camera Imperiali, An. 1580. 10. Jan. *re-*
ferente Gylm. tom. 3. ſymph verb. Nobilitas fol. 234. decre-
to cuidam in cauſa Caſſel contra Crailſsheim/ die Ab-
ſchaffung der Jůden zu Rőttelſee belangende/ adjectũ
fuit his ſee verbis: Dieweil dann jhr kein Standt des
Reichs ſeyt/ noch als privati einige privilegia oder Re-
130 galia habt/ noch erlangen kőnt. Nam ea verba † præter-
quam quod ex narratis ſupplicationis ſunt deſumpta,
non etiã quatenus Camera is utitur, ita accipi debẽt,
quaſi ipſo Imperatore volente & concedẽte, vel per le-
gitimam præſcriptionem, regalia aliqua à Nobilibus
haberi & adquiri non queant. Idq; inde liquet, quod
generaliter juri conſentaneũ ſit, regalia ejuſmodi mo-
dis acquiri poſſe. Atq; in ſpecie quantũ ipſum jus ha-
131 bendi Judæos attinet, quod † de Regalibus eſt, *Sixt. de*
Regal. lib. 1. c. 5. n. 19. Parthen. Litigoſ. lib. 1. c. 13. num. 32.
Gœdd. in reſp. de Bur. Vallen. n. 299. & ſeq. & cujus in præ-
dictis verbis mandati ſine clauſula mentio fit, reperiũ-
132 tur Nobiles † immediatè imperio ſubjecti, qui illud
ex privilegio Cæſareo, vel lapſu temporis immemoria-
lis habent, eaq; ratione ibidem prædictum mandatum
de

de Judæis, hoc regale Nobilibus non planè aufert, ſed tantùm reſtringit. Atq; hæc de Nobilibus immediatis intelligenda ſunt, mediati enim licet in quibuſdam locis à Principibus ſuis, hæc vel alia privilegia habent, revera † tamen regalia dicenda non ſunt, ſed nobiles 133
conceſſiones, *ut diſtinguere etiam videtur Andr. Knich. in Autrocr. c. 1. n. 314.*

VI.

Nobiles † immediatè Imperio ſubjecti habent jus 134
Archivi non quidem de † jure, *ut diſputat Rul. de comm.* 135
lib. 5. c. 4. n. 50. & ſeq. part. 2. Hinc eſt quod illorum libri cenſuales † Erbbücher oder Erbregiſter / nullam fidē 136
mereantur, quia non ſunt de Archivo, & cuſtoditi in publico armario, *Matth. Coler de proceſſ. execut. ad c. audientiam, n. 8. de præſcr. cum alleg.* quamvis aliâs illorum † libri multum veritatis habeant, *Flam. de Rubeis conſ.* 137
31. n. 69. vol. 1. cū alleg. Sed de conſuetudine † quæ vim 138
legis obtinet *l. nam Impp. 28 ff de legib.* Si conſiderātur, ut corpus, die gemeyne Ritterſchafft / idq; propter eminētiam, *Matth. Wiener. in pract. obſ. lit. R. verb.* Ritterſchafft Quo facit quod dicitur, Nobiles † conjunctim haberi pro ſtatu imperii, *Gylman. in ſymphor. tom 3.* 139
verb. Nobilis fol. 234. Sim. Major tom. 5. dier. canicul. colloqu. 1. de Majeſt. imper. Rom. fol. 45.

VII.

Nobiles † immediati abſq; veniæ impetratione diœteſ & conventus indicere & celebrare poſſunt, *Gerlac. Buxt ad Aur. Bull. c. 12. concl 95 lit. a.* pro ut de obſervantia teſtari poſſimus. Et in terminis † de congregatione Nobilium, quod licita ſit, diſputat *Ioſeph. de Seſſe deciſ. 12. per tot. part. 1.* tum quia † conventus ad bonum & licitum finem abſq; ſuperioris licentia permiſſi ſunt, *Schr. ad. de feud. part. 10. ſect. 10 n. 28. Cravett. conſ. 4. n. 14. & ſeq. part. 1. Cariſ. conſ. 171. nu. 11, lib. 4. Borcholt. conſ. 9. q 4. part. 1.* tum quia † fœdera, quæ nō in præjudicium ſuperioris *Nic. Everh. Iun. conſ. 41. nu. 142. Menoch. conſ. 32. n. 3. & 27. lib. 1.* Sed ad licitum & bonum finem fiunt, permittuntur, *Warsm. ab Erenb. de fœder.* 140 141 142 143

fœder.lib.2.c.2.n. 128.*in fin. Mynſ.*6.*obſ.* 2.*nu.* 4. *& ſeq. Farin.pract.crim.lib.*4.*q* 113.*nu.*37.*&* 157.*Bertazzol.*
144 *conſ.crim.*57.*n.*17.*lib.*1. Quæ verò † conventicula ad diſſipationem Reipub. ſpectare videntur, maturè & continua q. vigilãtia ab Impp. & ſtatibus imperii ſunt diſſipanda, ne paralyſis ſeqatur aut imperii ſepulchrum fodiatur. Ad quod etiam nuper Inviciſſ. Ferdinandus II. Imp. in ſua capitulatione *art.* 5. juramento ſe adſtrinxit. Ibi, wir ſöllen vnd wöllen auch alle heimliche/vnd vnziemliche häſſige Bündnüß vnd Zuſammenthuen des Adels/ ꝛc. auffheben/abſchaffen/ꝛc.

VIII.

145 Jus habent mittendi † legatos, non quidem ad Imperatorem, *H. Kirchner. de legat.lib.* 1.*c.* 3. *nu.* 56. quos
146 enim † mittunt, nunciorum nomine veniunt, *Gondiſſalv. de Valladiego de legat. quaeſt.* 5. *num.* 16. *part.*2. & vulgò Abgeſandte/ non Geſandte vocantur, quia in-
147 ter haſce appellationes † ſubtilis quædam ſtatuitur differentia, ut nimirum appellatio, eines Geſandten/ auguſtior ſit, quam appellatio, eines Abgeſandten/
148 hi mittuntur à ſubdito, illi à non ſubdito, ſed † legatos mittunt ad cæteros Reges & Principes & quoſvis ſtatus, quorumq; reſpectu liberrimi Nobiles ſunt, ſalva Majeſtate Cæſarea, non ſecus ac illorum ab his re-
149 cipiuntur. Quicquid enim † Imperatori in ſignũ ſpecialis præeminentiæ & regalis Majeſtatis reſervatum non eſt, id ordini Equeſtri immediatè ſubdito liberè competit. At quod ſoli Imperatori legatio ad exteros Principes reſervata ſit nuſquam legimus, ut hinc per-
150 peram Kirchnerus † *lib.*1.*de legat.c.* 3. contrarium literis mandaverit.

IX.

151 Nobiles Germaniæ † honoris & gloriæ parandæ cauſa pro lubitu exterorum Regum ac Principũ bellis intereſſe poſſunt, *Pruckm.de Regal.lib.*1.*c.*3.*nu.*23.*in fin. & ſeqq. Beſold.lib.*1.*pol.c.*8.*n.*5.*p.*283.*in fin.* quod jam ab Alanis Romanorũ tempore devictis eos conſecutos, & adhuc

adhuc uſq; tempus continuaſſe refertur *in Chron. M.*
Iordanis de Imp. & Elect. tit. Quare Frãci liberi & Germa-
ni. De quo in decreto Comitiorum Spirenſium, *de An-*
no 1570. §. denſelben. 5. Haben wir vns erinnert/ wie es
im H. Reich Teutſcher Nation/ von Alters eine löbli-
che Geſtalt Teutſcher Freyheit vmb Ehr vnd Ruhm/
mit Ritterlichen Thaten frömbden Potentaten/ ohne
alles beleydigen des Vatterlands vñ deſſen gehörigen
zu dienen gehabt. Cujus reſpectu Nobilitas Germani-
ca valdè cõmoveri viſa ſupplicio Sebaſtiani Vogelſper-
geri nullam aliam ob cauſam capite cum ſociis Anno
1548. Auguſtę mulctati, quàm quod militum aliquam
manũ contra edictum Cæſaris ad ſplendorẽ corona-
tionis Regiæ in Galliam adduxerat, *Sleid. lib. 20. comm.*
Id quoq; inter gravamina, † de quibus Ordines Caro- 125
li V. tempore queſti fuerunt, refertur à Mauritio Saxo-
nię Electore, literis ad ordines imperii datis, An. 1552.
apud Sleidan. lib. 24. comm. p. 687. ejuſdem generis eſſe,
quod præter vetuſtam Imperii libertatem edicitur, ne
quis externis militet. Et in oratione ab eodem Mauri-
tio Paſſavii coram Ferdinando Rege Romanorum ha-
bita, relata à Sleidano *d. lib. 24. comm. p.* 712. Gravibus
edictis mandari, ne quis militet externis, *meminit quoq;*
Iac. Aug. Thuan. lib. 10. *hiſt.* Hujus quoq; libertatis mẽ-
tionem facit Guilielmus Dux Saxoniæ, qui, *ut narrat*
Chytræus lib. 19. *Chronicor.* poſtquam Cæſari Ferdinan-
do operam ſuam in militia vel toga fruſtra obtuliſſet,
Henrici Galliarum Regis ſtipendiis ſe addicens ei An-
no 1558. adduxit 3400 Equites literis ex caſtris ad An-
nam Gallię datis, Anno 1559. Daß wir darauff auß
eigenem Bewegnüß/ ohn einiges Zuthun/ Geheiß/
Anleitung/ oder Nachgebens/ als ein armer Junger
Fürſt/ welcher auff freyem Fuß ſtehet / ſeine Beſſe-
rung vnd gedeilich Auffnehmen/ Fürſtlich/ rühmlich/
vnnd der Teutſchen Nation / altem / löblichem vnnd
Fürſtlichen Libertet / Freyheit vnnd Herkommen ge-
mäß/ gantz gerne ſuchen vnd gewinnen wolte/ vnd bey

der Königlichen Würde zu Franckreich / vñ auff derſelben vnverſehens günſtiges vnnd freundliches Geſinnen vnd Annmuhten / in eine Dienſt vnnd Kriegsbeſtallung begeben vnd eingelaſſen haben / ꝛc. Et Henricus II. Rex Galliæ in ſcripto edito, Anno 1552. cum hac Epigrapha, *Henricus II. Francorum Rex vindex libertatis Germaniæ & Principum captivorum.* Was iſt die Vrſach / darumb er (id eſt, Carolus V. Imp.) den Teutſchen verbeut / daß ſie Niemandts dann jme dienen ſollen / ja jhrer alten Freyheit zugegen / darauff ſie weder vns / oder einem andern Potentaten / der nicht ſehr gut jhres theyls were zuziehen dörffen.

X.

153 Nobiles immediati † jus habent conſtituendi fœdera, *l. Werner Killing. tr. de Ganerb. caſtr. diſ. 15. n. 54. & ſeq. Remig. Feſch. diſp. de fœder. concl.* 8. *lit. c.* Uti in ſpecie apparuit in fœdere Suevico, quo multi Nobiles continebantur, *Sleidan. lib. 4. hiſt. in fin.* Adde der freyẽ Reichs Ritterſchafft vnd Adels / dero fünff Theyl im Landt zu Schwaben / von Kayſer Ferdinandt / Anno 1561. confirmirter Ordnung / ubi Imperator jura illorum nobilium enumeraturus, jus quoq; fœderis cum aliis ſtatibus ineundi recenſet, *apud Killing. d. c. 15. de ganerb.* Item der Ritterſchafft Brüderliche Vereinigung zu Landaw auffgericht / de Anno 1522. *apud Goldaſt.* in Reichshandlungen / *pag.* 108. Uti & recens editum ſcriptum, ſub tit. Trewhertzige vnd wolmeinende Erinnerung / an den Vralten Teutſchen Ritterlichen Adel / der löblichen befreyeten Reichs Ritterſchafft in Schwaben / Francken vnd am Rhein.

XI.

154 Deniq; Nobiles † inter illuſtres referuntur, *Menoch. de A. I. Q. caſ. 70. n. 10. Tiraquell. de Nobil. c. 2. n. 46. Farin.*
155 *q. 77. c. 5. n. 11. & ſeqq. de teſtib.* quod † de Imperio immediatè ſubjectis exaudiunt, *Beſold. lib. 1. pol. c. 9. §. 4. n. 15. & ſeq. Ilico Vmmius diſp. ad proceſſ. 14. n. 55. Ruland. de Comm. p. 2. lib. 2. c. 5. n. 11.* qua de re quia ſupra egimus,

Baſta:

Baſta: ut cum Italis finiam. Aut enim † actum agere 15
aut eadem dicere, æquè ridiculum eſt, *Marc. Mantua in ſubſcript. conſil. Decian. 8. nu. 209. vol. 1.* Nobiles poſſunt ſubditos ſuos cogere ad jurandum fidelitatem, zur Erb-vnnd Landhuldigung / *Caſp. Ziegler. in prax. aur. §. Nobiles. concl. 1. num. 2. Confer. Fr. Huſan. de liber. hom. c. 6. n. 36. & ſeq.* modo 1. jus ſuperioritatis in ſubditos teneant, *H Vult. conſ. 35. nu. 27. vol. 3.* Cum nemo homagium à ſubditis jure exigat, niſi vi poteſtatis & juriſdictionis cum re & effectu ſive exercitio poſſeſſæ & uſurpatæ, *Cothman. conſ. 4. num. 127. vol. 4. Surdus conſ. 172. num. 1. lib. 1.* 2. modò Nobiles inveſtiti ſint cum homagiis & fidelitatibus, *Surdus. d. conſ. 172. n. 8. lib. 1.* Et in terminis *Hipp. Riminald. conſ. nu. 107. lib. 1.* utpote ſi literæ inveſtiturarum homagii mentionem faciant, *Iacobin. de S. Georg. de Homag. part. 1. num. 26.* per inveſtituram enim jus exigendi homagium acquiritur, *Alb. Brunus conſ. 35. num. 2. Riminald. Iun. conſ. 6. num. 126. lib. 1.*

AD CAPUT XIIX.

SUMMARIA.

1. *Honorem ſui ſtatus quælibet perſona deſiderat, nu. 2. & ſeq.*

4. *Exiſtimatio hominis omnium rerum eſt pretioſiſſima.*

5. *Nobilitatis & honoris jactura gravis eſt, nu. 6.*

7. *Cauſæ honoris & vitæ æquiparantur, n. 8.*

10. *Quando nobilibus movetur quæſtio ſuper ipſa nobilitate, judicium dicitur liberale.*

11. *Quando verò ſuper ipſis privilegiis, actio dicitur præjudicialis.*

12. *Actio præjudicialis omne judicium quieſcere fa-cit,num.13.*

14. *Diffamans nobilem de ipſa nobilitate, poteſt a-gere ad reſtitutionem detracti honoris.*

15. *L.Diffamari habet locum in diffamatione cujuſ-cunq; generis.*

17. *In puncto diffamationis diffamati judex ordina-rius eſt.*

18. *Nobilitatis & dignitatis cauſa eſt ardua, nu-mer.19.*

20. *AEquiparatur enim criminali.*

21. *Et ideo compromitti non poteſt,n.ſeq.*

23. *Non melior eſt privilegiorum interpres quàm qui indulget.*

24. *Dignitates privilegiorum inſtar decernuntur.*

25. *Diffamatus de nobilitate in* Camera *proceſſum impetrat.*

Nobilium privilegia Cameræ *non inſinuantur.*

26. *An patri L. Diffamari competat contra fi-lium.*

27. *Practica L.Si contendat. Si quis de ſua nobilita-te ſe vexari timet,n.29.& ſeqq.*

28. *Quam actionem utilem præjudicialem nomi-nant.*

35. *Qui honorem ſuum perſequitur, nemini facit in-juriam.*

36. *Etiamſi per conſequentium tertium lædat.*

37. *Injuriarum tenetur, qui alicui dixerit. Sum te nobilior.*

38. *Declaratur.*

39.

39. Contrarium in terminis terminantibus verius eſt, n. 40.

41. Nobilis eſt, qui modicè nobilis eſt.

42. Comparativus ſuum poſitivum præſupponit.

43. Nobilis poteſt interdicto utili poſsidetis ſuam nobilitatem vindicare ac tueri, num. 46. & ſeq.

44. Hoc interdictum datur tantum pro rebus corporalibus & mobilibus. Contrarium ſtatuitur, nu. 48.

45. Datur non contra verbis ſed facto & re ipſa turbantes.

49. Vtile interdictum competit Domino juriſdictionis.

50. Rectori Eccleſiæ in q. poſſeſsione juris rectoriæ.

51. Patrono in q. poſſeſsione præſentandi.

52. Datur contra eum, qui jus alterius obſcurare cogitat.

53. Qui aliquem nobilem eſſe negat, jus nobilitatis obſcurare nititur.

55. Vim facit turbativam, qui ſeſe alicui opponit in neganda nobilitate.

57. Nulla eſt actio ſpecialis, per quam agatur ad pœnam privilegiorum.

58. Quæ requirantur, ut condictio ex nova lege competat, num. 59.

60. Nobilitatis in cauſa datur poſſeſſorium, & petitorium.

61. Præſumptio juris faciens contra privatum, purgatur per poſſeſsionem in vita patris.

62. Poſſeſsio nobilitatis patris tranſit in filium in vita patris, n. 63. & ſeqq.

67. *Non tamen ſola poſſeſſio filii proderit patri ad probandam poſſeſſionem, num. 68.*

69. *Nobilis lite pendente in ſua poſſeſſione non eſt manu tenendus, neq; pro nobili habendus, n.70.*

71. *Contraria ſententia authori æquior viſa eſt, numer. 72.*

73. *Dignitatem qui eſt aſſecutus, in ea manu tenendus eſt.*

74. *Res inter alios acta & judicata, aliis non nocet.*

75. *Fallit ſi quis nobilis pronuncietur, quia ea ſententia inter omnes jus facit, n.76.*

77. *Et omnibus ejuſdem familiæ prodeſt.*

79. *Quod ſingulariter in cauſa ſtatus receptum.*

80. *Nobilitas & cauſa ſtatus fraternizant.*

81. *Declaratur & diſtinguitur, n.82. & ſeqq.*

89. *Sententia quæ ſemel tranſit in rem judicatam non retractatur, n.90.*

91. *Fallit in ſententia nobilitatis per colluſionem lata, n.92. & ſeq.*

95. *Sententia, per quam quis pronunciatur ignobilis, non nocet agnatis ejuſdem familiæ.*

94. *Diſſentit* Tiraquella.

97. *In liberali cauſa factum unius non nocet aliis.*

98. *Sententia ſuper ſtatu non nocet æquale jus habentibus.*

93. *Sententia ſtricti juris eſt, n.100.*

101. *Diſſentit* Otalora, *ſed in ordinem redigitur, numer.102.*

CAPUT

CAPUT XIIX.

De Actionibus ſeu remediis Nobilibus ad defenſionem ſui ſtatus competentibus.

CUm naturaliter quæcunq; † perſona deſideret honorem & augmentum ſui ſtatus, familiæ & agnationis, *Abbas conſ.65.nu.3.lib.2. adde Cephal.conſ.615.n.87.& ſeqq.lib.*3.etiamſi villanus † & infimæ conditionis homuncio ſit, *Nic.Boër.deciſ.*204.*n.*31.magis tamen † ex regio, claro & nobili ſanguine natus, *Mantic.de conject.ult.vol.lib.6.tit.*15.*nu.*1. *Lud de Caſannate conſ.45 n.13.&* 138.*conſ.56.n.*34. *Lud. Morott.reſp.99.n.*20.Exiſtimatio † enim hominis omnium rerũ eſt pretioſiſſima, *arg.l.ſi.in duabus,*104.*ff.de R.I.Schrad.conſ.4.n.212.& ſeqq.vol.*1. Amiſſio autem honoris † & famæ gravior quàm bonorum, *l in ſervorum*, 10.*fin.ff.de pœn.l.Iulianus,*26 *ff.ſi quis omiſſ.cauſ.Cephal.conſ.* 687.*nu.*8.*& ſeq.lib.*5.& oculorum jactura, *per tex. in l.infamia,*8.*Cod.de Decur.*imò nobilitatis † jactura graviſſima eſt, *Cravett.conſ.*594.*n.*12.*part.* 2. Nam 1 2 3 4 5 6

L' honor cho gli manca d' un momento
Non puo in cent' anni ſatiſfar, ne in cento.

ſecundùm Ludovicum Arioſtum *in ſuo Orlando furioſo cant.*38.*ſtanza* 4. adeò ut fama † & vita à pari procedant, *Gail.2.obſ.10.num.5.& ſeqq. Ant.de Amat. deciſ.*119.*nu.*8. *Azevedo conſ.28.nu.12.Reuſner.conſ.2.n.*49. *& ſeqq.lib.*1.& mortem † magis perferre quis debeat, quàm honorem & nobilitatem perdere, *argum.l.iſti,*8.*§.pen.ff.quod met cauſ.Vult.conſ.29 num.3.& ſeqq.vol.*1. *Marp.Menoch.conſ.302.n.1.& ſeqq.tom.*4. Ideoq; viſis Nobilium privilegiis, perſcrutemur quęnam iis ad defenſionem, eorundem actiones & remedia competant. Competunt a. quando ipſis Nobilibus movetur ſtatus quæſtio, vel principaliter † ſuper ipſa nobilitate, & actio non † præjudicialis, ut vulgò Dd. putant, ſed ma- 7 8 9

gis judicium liberale, ſive cauſa liberalis dicitur, *ut eleganter explicant Ravard. tr. de prajudic. cap. 12. Petr. Bar-*
11 *beſa ad L. Titia, 35. num. 7. ff. ſol. matr.* vel ſuper † nobilitatis privilegiis, & hoc caſu, ſi per modum actionis, onera contra nobilitatis privilegia extorquentur, & quis opponendo proclamet ad nobilitatem, vel ſe eſſe Nobilem, tunc dicetur actio præjudicialis, quia proponitur ad modum exceptionis, *l. generaliter, ff. de except.* & prætenditur excluſio illius, qui primam actionem intenderat. Et ideò, quia præjudicialis, prius
12 † tractanda eſt, ſive principaliter moveatur, ſive per modum incidentis aut emergentis, *Ludov. à Pegnera quaſt. crim. 9 num. 2. Meichſner. deciſ. Cam. 20 num. 9.*
13 *tom. 3.* per vulgatam regulam, quod † actione præjudiciali intentata, omnes reliquæ ſilere debeant, *Barboſa ad d. l. Titia, 35. numer. 1. & ſeqq. ff. ſol. matr. Hier. à Laurent. deciſ. Aven. 10. nu. 4. Ioſeph. de Seſſe deciſ. 128. n. 7 part. 2.*

Priori modo ſi quis alicujus nobilitatem in dubium vocat, vel Nobilem quem eſſe expreſsè negat, offenſus
14 † diffamantem cõveniri poteſt, ad reſtitutionẽ detracti honoris, & pœnã privilegio inſertam, *L. Schwartzmaj. lib. 1. miſcell. jur. c. 13. Menoch. conſ. 1261. n. 36. & ſeqq.*
15 *lib. 13.* Habet n. † L. Diffamari, 5. *C. de ingen. manumiſſ.* locũ in diffamatione cujuſcunq; generis, *Scaccias lib. 1. de jud. c. 34. n. 33 Guttierez conſ. 51. n. 5. Cothman. conſ. 83.*
16 *nu. 12. vol. 2.* quamvis † ſuggillationem & verborum jactationem omninò requirat, *Gerard. Mazoll. conſ. 14.*
17 *n. 31.* Quandoquidem † verò aliâs in puncto diffamationis diffamati judex ordinarius adeundus ſit, *Cacherar. deciſ. 151. per tot. Weſenb. conſ. 96. nu. 1. & ſeqq. part.*
18 *2. Cothman. conſ. 83. n. 35. & ſeqq. vol. 1.* quia tamen † nobilitatis & dignitatis cauſa ardua eſt, *Iacob. Ayrer. in proceſſ. hiſtor. c. 5. obſ. 2. num. 13. Schrader. conſ. 4. num.*
19 *22. & ſeqq. vol. 1.* quæ ideò † majores judices requirit, *Gaill. 1. obſ. 1. nu. 32. per tex. alleg.* adeò ut dignitatis
20 † & ſtatus cauſa, quæ criminali æquiparatur, *Caſ.*

Con-

Contard. ad L. Diffamari, c. 1. nu 20. *cum alleg.* compromitti † non poſſit, *Lud. Roman ſingul.* 472. *nu.* 1. quia ut 21
ſcribit Paulus JCtus, favor libertatis eſt, ut majores judices habere debeat, *in l. diſtinguemus,* 37. §. *de liberali, ff. de arbitr. Lanfranc. tr. de arbitr. part.* 4. *nu.* 10. Sed arbiter † eſt parvus judex, *ut poſt Hoſtienſ. ait Camill.* 22
Borell. tr. de compromiſſ. §. 2. *gl.* 1. *num.* 302. quia ſententia arbitri non per omnia ſententia dicitur, *ut in l. quid ergo*, §. *ex compromiſſo, ff. de his, qui not. infam.* ideoque Imperator hoc caſu directò adeundus. Etenim omnium judicio non melior eſt privilegiorum interpres, quàm qui indulget, † *l. fin. in fin. Cod. de legib. l.* 23
ex facto, 43 *ff. de vulg. & pup. Rauchbar. lib.* 2. *q.* 11. *num.* 141. *Guttierez. lib.* 3. *pract. quaeſt.* 28. *per tot Gylman. deciſ.* 54. *num.* 40. *lib.* 2. Atque dignitates ab Imp. privilegiorum inſtar decernuntur, † *Bernh. Bertram. de* 24
Comit. memb. 5. *num.* 67. Nemo igitur ipſo accuratius de iis judicare poterit. Imprimis verò quia per hanc diffamationem, non jus partis ſolum, ſed Imperatoris etiam Majeſtas contemnitur, cujus reſervata impetũtur, arroduntur, & quantum in adverſario eſt annullãtur, quod ſacrilegii inſtar meritò haberi debet, *ut ſupra, c. 6. nu.* 12. Secundò diffamatus in Camera, † quæ 25
Cæſaris & ſtatuũ perſonas repræſentat, & vices agit, ſi velit exhibito nobilitatis inſtrumento proceſſus contra diffamantem impetrare poteſt, *Lud. Schwartzmaj. d. lib.* 1. *miſcell. jur. c.* 13. ubi proceſſus tali caſu ſuo tempore decretos eſſe refert. Sed an proceſſus in Camera decernuntur, nimirum citatio ad videndum ſe incidiſſe in pœnas privilegii, ſi nobilitatis privilegium Cameræ inſinuatum non eſt? Videbatur dicendum per tradita Gacii *lib.* 1. *obſ.* 4. *nu.* 9. *& ſeq.* ubi tantùm privatos excipit, quorum inſinuationes non acceptantur, *ut decretum in cauſa Friderici* Spet. 19. *Octob. An.* 67. Cum verò Nobiles privatorum appellatione veniant, *c. qui contra.* 24. *q.* 1. ideoq; illorum privilegia Cameræ handquaquam inſinuari docet *Thom. Michael. de*

26 juriſd.concl.31.lit.c.in fin. An patri nobili competit hoc l.Diffamari remedium, ſi filius jactet patrem eſſe plebejum & ignobilem? Aff. Ioſeph. de Seſſe deciſ. 115.n. 51. p.2 Georg. de Cabedo lib.1.pract.obſ.43.nu.4. & 6. Ant. à Gama deciſ.201. Quid verò ſi pro tempore nulla adſit diffamatio, de ſtatu tamen ſuo & nobilitate in futurũ
27 controverſiam vereatur? Hoc caſu † juxta practicam, l.ſi contendat, 28.ff.de fidejuſſ. curet declarari per Principem ſe eſſe Nobilem, & deſcendere ex hac vel illa familia, Menoch.d.conſ.1261.n.42. caterum. lib.13. quam
28 actionem † utilem præjudicialem nominat Schneid.
29 ad §.prajudiciales, 13 n.34. Inſt. de action. Qua ratione † is, qui Comes eſt, petere poteſt, ut Comes declaretur, Contard. ad l. Diffamari. c. 3. n. 116. Molina. de primog. Hiſp. c.14.n.30.in fin. Nic. Bellon. lib.1. ſupput. c.19.nu.2.
30 qui eſt in † poſſeſſione alicujus juris vel libertatis, petere poteſt, ut ſibi continuetur, & imponatur ſilentium ei, à quo timet vexari, Hub. Zuchard. tr. de miſſ. in poſſeſſ. n.133. Menoch. de adipiſ. poſſ. rem. 4 n.348. Tiraquell. tr. le
31 mort ſaiſit le vif p.6.declar.2.nu.8. Ita ſimultaneè † inveſtitus, petere poteſt à judice, ut declaretur conjunctam manum, aut ſimultaneã inveſtituram die geſampte Handt/ ſibi in feudo competere, Zanger. de Except. part.3.c.26.nu. 199. ubi alleg. Sig. Neapol. conſuet. feud.
32 10.num.7. filius † nondum mota lite, rectè flagitat ſe pronũciare legitimum, Eman Soarez. in theſaur. recept. ſent. lit. F.n. 260. quod tamen non temerè eſſe admittendum ait Covarruv. tr. de ſponſ. part. 2. cap. 8.§. c.8.
33 §.3. nu. 2. Et qui ſemel † legitimatus petere poteſt ad illius legitimationis confirmationem iterum legitimari, Menoch.d.remed.4.n.351. Socin. Iun. conſ. 54.nu.9.
34 lib.2. quod intellige † reſpectu nobilitatis, honorum & aliarum prærogativarum, non verò ſi principaliter ad diffamationem agatur, Menoch. conſ. 366.nu.6.& 9. tom 4. Et quis omnia omniũ in oculis exempla cõfar-
35 ciat? Qui enim † honorem ſuum perſequitur, nemini facit injuriam, l.quod Reipub.33.l.injuriarum, 3.§.6.ff.de injur.

injur. nec dolo facit, *l. nullus,* 55. *l.* 155. § 1. *ff. de R. I. Hon-*
deda. conſ. 107. *n.* 45. *& ſeq. vol.* 1. etiamſi † per conſe- 36
quentiam tertium lædat, *l. Proculus,* 26. *in fin. l. flumi-*
num, 24. *ff. de damn. infect.* Utrùm autem is qui alicui
dixerit, ſum ita Nobilis ut tu, vel ſum te nobilior inju-
riarum teneatur? quotidiana in vitris eſt quæſtio. Af-
firmat † *Farinac. in prax. crim part.* 3. *q.* 105. *num.* 173. 37
maximè † vero ſi inferior ſuperiori tale quid objiciat, 38
ut opinatus eſt Caſſane. in Catal. glor. mund. part. 8. *conſid.*
ult. Negant, † ſi ſc. maneatur in θέσει nec deſcendatur 39
ad ὑπόθεσιν, *Bocer. claſſ.* 4. *diſp.* 4. *th.* 33. *Gilhauſ. de injur.*
& famo. libell. §. 6. *n.* 44. *Harprecht. tr. crim.* §. 1. *de injur.*
n. 135. *Bajard. in addit. ad Iul. Clar.* §. *injuria. n.* 28. *Guil.*
de Cun. conſ. 5. *n.* 2. *& ſeqq. tom.* 1. *conſ. crim. Bapt. de Plot.*
conſ. 131. *n.* 20. *ibid.* Etenim, † qui ſe nobiliorem dicit 40
altero, is ei nobilitatem non detrahit, ſed potius attri-
buit, atq; præſupponit fateturque eum æquè eſſe no-
bilem. Nam † & is Nobilis eſt, qui modicè nobilis eſt, 41
ut inquit Zaſ. de feud. part. 2. *num.* 2. quippe cum † com- 42
parativus ſemper ſuum poſitivum includat atq; præ
ſupponat, *Iaſon. in l. ſtipulationum,* 74. *nu.* 2. *ff. de V. O. H.*
Reminald. conſ. 642. *nu.* 113. *lib.* 6. *arg. l. cum filius,* 76. §.
pater, 5. *ff de leg.* 3. & id quod bono melius eſt, ipſum
quoque bonum ſit, *ut reſpondit Vlp. in l. ubi,* 72. *ff. de*
verb. obl.

Poterit † etiam Nobilis utili poſſidetis interdicto 43
ſuam nobilitatem tueri, maximè vero ſi in poſſeſſione
illius nobilitatis ſit, quamvis id prima facie negan-
dum videbatur. Tum † quia interdictum uti poſſi- 44
detis datur tantùm pro rebus corporalibus & immo-
bilibus, *l.* 1. §. 1. 6. *& ſeqq. ff. uti poſſid. Donell. ad l. un.*
C. uti poſſid. numer. 14. *& ſeq. Bocer. claſſ.* 4. *diſp.* 5. *theſ.*
52. Nobilitas autem veluti jus quoddam incorpora-
le, nec manibus palpatur, nec oculis cernitur. Tum † 45
quia datur non contra verbis ſed facto & re ipſa tur-
bantes, *Weſenb. in par. ff. ad tit. uti poſſid. num.* 5. *Ancho-*
ran. conſ. 248. *num.* 2. nobilitas verò perſonæ & oſſibus
inhæ-

inhærens qualitas, omnem realem turbationem averſatur. Quibus tamen nihil obſtantibus contrarium
46 pronunciavimus † *cum Covarruv. lib. 1. var. reſol. c. 16. n. 12. H. Piſt. lib. 4. q. 19. n. 15. Petr. Friz. de nob. concl. 27.*
47 & quod judicium † poſſeſſorium etiam in honoribus & dignitatibus cadere poſſit, *reſpondit Vinc. de Franch.*
48 *deciſ. Neap. 90 nu. 6. part.* 1. Nobilitas enim † jus incorporale eſt. Turbatio autem in jure aliquo incorporali utili uti poſſidetis interdicto ſuccurritur, *Oldendorp. claſſ. 2. act. 4. Maranta tr. de remed. poſſeſſor. numer.* 14. *H. Piſtor. d. quaſt. 9. per tot. Pariſ. conſ.* 112. *num.* 65. *vol.* 1.
49 Unde Domino † in quaſi poſſeſſione juriſdictionis, *Gylman. deciſ. Cam. 2. num. 2. lib. 2. Meichſner. deciſ. 33. n. 14. tom. 3. Cephal. conſ. 458. num. 25. lib. 4. Phil. Matcha. conſ. 27. num. 76. vol. 2. M. Nic. Everh. Iun. conſ. 17. n.*
50 77. *vol* 1. Rectori Eccleſię † in quaſi poſſeſſione juris rectoriæ, *Menoch. de retin. poſſ. rem. 3. num. 126. & ſeqq.*
51 *adde Beroj. conſ. 19. n. 14. & ſeqq. vol.* 1. & patrono † in quaſi poſſeſſione juris præſentandi turbatis conceditur, *P. Rebuff. ad conſt. Gall. tom. 3. tit. de cauſ. benef. poſſ. in praf. nu. 7. Menoch. d. remed. 3. n. 131. & ſeq. Maranta*
52 *conſ.* 100. *n.* 1. *& ſeqq.* Tum † quia contra eum, qui jus alterius obſcurare nititur, ut turbatorem rectè hoc in-
53 terdictum intentatur, *Menoch. d. rem. 3. n. 299.* At is † qui nobilem aliquem eſſe negat, utiq; jus nobilitatis obſcurare cogitat, tum vel maximè, quando facto ipſo turbat, puta delendo vel dejiciendo arma vel inſignia, *Chaſſan. in conſuet. Burg tit. des ſucceſſion des baſtards. rubr. 8. §. 3. n. 22. Rebuff. ad conſt. Gall. tom, 3. tit. de mater. poſſ. art. 1. gl. 2. n. 33. Menoch. d. rem. 5. n.* 502. quod nota-
54 tum in cauſa Landgraffen contra Henneberg. Tum † deniq; quia prætor omnem vim hoc interdicto vindi-
55 cat, *l. 1. ff. uti poſſidet.* At quando † Sejus ſe opponit Cajo in nobilitate neganda, vim utiq; facit turbativam, *Mauſner. in pract. tit. 11. de poſſeſſ. nu. 7. ubi alleg. Ioh. Fabr.* quid ergo obſtat, quo minus Nobilis turbatam nobilitatem, hoc ſaluberrimo remedio vindicare poterit?

Ubi

Ubi tamen † *ἐν παρόδῳ* ſciendum, quando quis agit 56
nomine dignitatis poſſeſſorio, quod tum ipſa dignitas agere cenſeatur, quæ poſſidet, præſcribit, & gerit vicē perſonæ animatæ, *Ioſeph. de Seſſe. tr. de inhibit. c. 5. §. 11. n. 16. & ſeq. Card. Mantica decis Rot. Rom. noviſſ. 29. n. 2.* Atq; hæc de modo priori.

Poſteriori modo, ſi Nobili ſuper privilegiis ſtatus quęſtio movetur, nulla quidem ſpecialis actio eſt, qua agatur ad declarationem pœnæ, ob contraventionem privilegiorum, ſed condictio * ex L. nova Imperatoris 57
concedentis cōpetit, *Gylm. in ſymph. tom. 1. part. 2. tit. 11. vot. 7. n. 47.* modo auctor * Nobilis I. originale privile- 58
gium, (quod liquidiſſimā probationem facit *Capycius deciſ. 77. n. 5.*) quo contra facientib. injungitur pœna, allegare poſſit, II. ſemper in continua & quieta poſſeſſione nobilitatis fuerit, & III. Reus ſcienter & ex propoſito contra dicta privilegia fecerit. Unde cū quidam
* haberet ab Imp. Carolo V. inſtrumentum nobilitatis 59
ein Wapenbrieff / *pro ut refert Gylm. tom. 3. ſymph. rubr. privilegium, fol.* 275. cui inſerta erat pœna 20. marcharum auri, iis infligenda qui contra tale privilegium attentaſſent; contigit ut aliquando ejus inſignia in feneſtra quadam auff einer Zunfftſtuben / depicta cū injuria dejicerentur, admonebat fiſcalem Imp. ut contra talem ad pœnam commiſſam privilegio inſertam procederet. Fiſcalis reſpondit, hoc ita fieri non poſſe, ſed ſi ad vindictam agere vellet, poſſe eum extrahere in Camera citationem ad videndum ſe incidiſſe, &c. Poſtea ordine procedere, & tum demum ſolere ipſum ex officio, pro jure & intereſſe fiſci, omnes receſſus, acta & actitata repetere, & judicis cognitioni commiſſum facinus committere. Requiſita autem talis actionis eſſe, 1. Privilegium ante citationem eſſe inſinuatum ei, qui illud temerare fuit auſus. 2. Ut etiam idem de pœna privilegio inſerta ſit certior factus & admonitus verwarndt. 3. Quod doloſè, ex propoſito, certaque ſcientia quid contra factum ſit. 4. Quòd poſt

omnes

omnes admonitiones, Verwahrung / verächtlicher Weiß/infregerit tale privilegium. *Hac Gylman.*

Atq; hactenus apparuit in nobilitatis cauſa non pe-
60 titorium ſolum ſed & † poſſeſſorium dari, *quod etiam tenet Covarruv. lib.* 1. *var. reſol. c.* 16. *num* 10. *cum alleg.* quo caſu, ſi quis in poſſeſſorio obtineat, contradicto-
61 ri † in petitorio probare tenetur, quia purgata eſt præſumptio juris facientis contra privatum, *Garſias. de Nobil. gloſſ.* 8. *num.* 4. *Ioſeph. de Seſſe. deciſ.* 5. *nu.* 28. *&*
62 *ſeq. part.* 1. Et quidem ſola † poſſeſſio patris vel aſcendentis ſufficit filio ad judicium poſſeſſorium, *Ioſeph. de*
63 *Seſſe deciſ.* 3. *n.* 3. *& ſeqq. p.* 1. quia verè † in tali caſu dicitur filius poſſidere, & in poſſeſſione exiſtere, cum habeat jus perfectum cauſatum & abſolutum à majoribus derivatum, quo in majoribus probato, in litigatore filio reperitur juris intellectu, *arg. l. apparet,* 5. §.
64 2. *juncta, l.* 1. *in pr. ff. de itin actuq; priv.* Neque obſtat † poſſeſſionem patris & defuncti non tranſire in filium,
65 *l. cum heredes,* 23. *ff. de acquir. poſſ* Illud enim † intelligendũ ad illam eandem poſſeſſionem numero, non
66 autem ſpecie, quod ſufficit. Deinde † in cauſis nobilitatis non procedit iſta regula. Nam cum illa ſit gentilitia & naturalis, ideò tranſit beneficio naturæ & juris approbatione in ſucceſſores, & ſic filius in vita patris poſſidet nobilitatem ſanguinis, *poſt Oldrad. conſ.* 1 7 2 2. *Ioſ. de Seſſe. d. deciſ.* 3. *numer.* 9. *& ſeq.*

67 An autem † ſola poſſeſſio filii & nepotis proderit patri ad probandam poſſeſſionem? Negat. *Iohan. Garſ. de Nobil. gloſſ.* 12. *numer.* 46. *Ioſeph. de Seſſe d. deciſ.* 3 *nu-*
68 *mer.* 30. *& ſeq.* per rationem, quod nobilitas † deſcendat de majoribus ad deſcendentes, non autem aſcendat de filiis ad parentes retrogrado ordine, *vide ſupra, c.* 11. *num.* 47.

Dumque ſuper nobilitate diſceptatur, quæritur. An Nobilis lite pendente in ſua poſſeſſione manu tenendus & pro Nobili habendus ſit eorumque effe-
69 ctibus gaudere debeat? Negant † *Covarruv. lib.* 1.

var.

var. reſol. c. 16. num. 11. Ant. de Padilla in l. ſi ædibus, numer. 6. & ſeqq. Cod. de ſerv. & aqua. Vaſquius lib. 2. controv. c. 87. num. 18. & ſeqq. Ioſ. de Seſſe deciſ. 2. num. 25. & ſeq. p. 1. Sive † ſuper poſſeſſione, ſive ſuper pro- 70
prietate agatur, & ſive ipſe actor ſit vel reus. At ſententia † contraria verior eſt, quam etiam tanquam 71
æquiorem & benigniorem laudant *Otalora de Nobil. Hiſp. 3. part. 3. partis. c. 3. numer. 5. & ſeqq. Guttierez. lib. 1. pract. quæſt. 25. numer.* 1. probata tamen ſummaria nobilitatis quaſi poſſeſſione: Si enim † ante li 72
tem motam in poſſeſſione nobilitatis fuerit, in ea quoque defendi debet, *per c. cum perſona. de privileg. in 6.* (quia regulariter † dignitatem, qui eſt aſſe- 73
cutus, in ea manu tenendus eſt, *Menoch. lib. 6. præſ. 54. num. 54. Mynſing. conſ. 1. num. 21. decad. 15.*) & gaudere omnibus nobilitatis privilegiis, non obſtante dicta litis pendentia.

Quâ deciſa, licet res † inter alios acta & judica aliis non noceat, *t. t. C. res jud. non noc. l. ſæpè, 63. in prin. ff. de re judic. l. Modeſtinus, 10. ff. de exception. cum concordantibus*, quod ſi tamen in judicio nobilitatis cum 74
juſto † contradictore ſuſcepto, *l. cum non, 3. ff. de colluſ. deleg.* quis Nobilis pronuncietur, ea ſententia † 75 76
non tantùm inter perſonas litigantes, ſed etiam inter omnes jus facit, *Tiraquell. de Nobil. c. 37. num. 2. & ſeqq. Niell. diſp. feud. ult. theſ. 2. lit. b. Anton. Fab. in Cod. lib. 9. tit. 28. de fin. 12. num. 6. in all. P. Caballin. conſ. 129. nu 6. vol. 2.* & omnibus † ejuſdem familiæ prodeſt, *Ilieph Perez. de Lara tract. de Anniverſ. & Capell. lib. 2. c. 4. numer. 18. Fab. de Anna conſ. 8. nu. 71.* quamvis † citatio- 77 78
nem illorum quorum in conſequentiam intereſt, ſaltem per proclama requirat, *Vinc. de Franch. deciſ. 523. numer. 14. part. 3.* quoniam hoc † ſingulariter in 79
cauſa ſtatus (cum qua † nobilitas fraternizat. *Ioſeph.* 80
de Seſſe deciſ. 10. num. 4. part. 1.) receptum, ut res judicata pro veritate habeatur, *l. ingenium, 25. ff. de ſtat. homil. l. 2. & 3. Cod. de colluſ. deteg. Duaren. in comm. ad*

tit.

tit.ff.de re jud.ad l.ſæpè, prælect.24.Camman.de jure Maj. diſp.4.n.37.

81 Sed quia contra iſta videntur tradita † *Beſoldi lib. 1.polit.c. 11.§.7.numer. 52. & Alexand. in l. ſæpè, numer. 49.ff. de re jud.* ubi ſententia ſuper jure perſonali lata in favorem unius, non prodeſt, nec nocet alii. Ideo ad veram rationem hujus reſolutionis diſtingui o-
82 portet. Quòd † ſi cauſa & ſententia nobilitatis fundatur in ſola poſſeſſione, tunc poſſeſſio fratris non prodeſt fratri, nec alii, *ita Alexand. d. num. 49.Otalora de Nobil. 2. part. 3.partis c.8.numer.5. Garſias de Nobil. gloſſ.6.num.48. Ioſeph. de Seſſe deciſ. 3.num. 6.p.1.* Et hoc
83 ex eo; cum poſſeſſio † ſit facti, unius poſſeſſio non
84 eſt alterius, tum † etiam quia nobilitas poſſeſſoria etiam obtenta in proprietate, non continet jus aliquod reale perpetuum, & commune agnationis, ſed perſonale potiùs eorum, qui poſſederunt, quo caſu extra ſuos authores, non egreditur poſſeſſio inter collaterales, *Alexand. ubi ſupra numer. 49 per, l.3. §. ex contrario, ff. de acquir. poſſeſſ.* Et ſic per iſta limi-
85 tantur textus, † *in leg. 1. §.final. cum, 3.ſeqq.ff. de lib. agnoſc.* Ubi ſententia lata inter patrem & filium in cauſa filiationis, facit fidem, quo ad omnes etiam fratres, & ſententia unius fratris prodeſt & nocet o-
86 mnibus fratribus, quoniam † illæ leges non habent locum in hac cauſa nobilitatis poſſeſſoria, *Arze ab*
87 *Otalora ubi ſupra, numer. 6.* Alia datur † nobilitas, quæ vel non eſt poſſeſſoria, vel ſaltem non remanet, in terminis poſſeſſoriæ, utpote ſi quis probet, ſe deſcendere de aliqua familia nobili, & antiquiſſima, vel adducit aliquod privilegium anteceſſori datum, & toti ſuæ lineæ & poſteritati, &c. in his juribus realibus, ſententia non facit nobiles, ſed declarat te & majores tuos nobiles, in tali igitur nobilitate ſententia proderit collateralibus, ſi probaverint ſe eſſe de familia illa, de qua loquitur ſententia.
88 Nam & illud † eſt jus reale, naturale & ſic perpetuum, & uni-

& univerſum ad omnes, *l. qui aliena, §. fin ff. de neg geſt. Garſias d. gloſſ. 6. num.* 48. *& ſeqq. Seſſe deciſ.* 3. *num.* 13. *& ſeqq. lib.* 1.

An autem ſententia lata ſuper poſſeſſorio & petitorio nobilitatis retractari poteſt, ſi apparuerit, quod nobiles falſum depoſuerint? Ac quamvis † ſententia, quæ ſemel tranſit in rem judicatam non retractetur ex inſtrumentis de novo repertis, imò id expreſsè prohibeatur, *l. Impp.* 35 *ff. de re jud. l. ſub ſpecie*, 4. *Codic. eod.* idque etiamſi † criminalis ſit ſententia, *l. Divi fratres*, 27 *ff. de pœn. Ioan. Bapt. Plot. conſ.* 72. *nu.* 36. *& ſeqq. tom.* 2. *diverſ. crim.* maximè quia poſt concluſum in cauſa, nihil poteſt agitari, neq; inſtrumentum produci, *c. cum dilectus de fid. inſtrum.* & nulla exceptio neque allegatio fieri poteſt, *l. quamvis*, 19. *C. ad L. Iul. de adult.* Si tamen † in nobilitatis judicio colluſio probari poſſit, valet hæc retractatio, *per l.* 2. *ff. de colluſ. deteg. l.* 1. §. 1. *ff. de jur. aur. annulor.* Pro ut in terminis tradiderunt *Arze ab Otalora de Nobil. Hiſp. c.* 8. *num.* 3. *Ioſeph de Seſſe deciſ.* 5. *numer.* 5. *part.* 1. ſententia † enim per colluſionem lata, non meretur nomen ſententiæ, *l.* 3. *ff. de colluſ. deteg. Sebaſt. Vant. de Nullitat. tit.* 13. *de null. ex defect. proceſſ. num.* 140. *Peregrin. conſil.* 3. *numer.* 115. *lib.* 1. Idque rationabile † eſt, ne aliâs dignitates fierent, in vilipendium dignitatis contra veritatem.

89 90 91 92 93

An vero definitio quæſtionis ſtatus, quando quis declaratur ignobilis, agnatis ejuſdem familiæ nocet, & contra eoſdem exceptionem rei judicatæ producit? Tiraquella † *de Nobil. c.* 37. *num.* 2. *&* 14. *ubi allegat Petr. Anchoran. conſil.* 336. *numer.* 2. affirmat: Nos propter favorem nobilitatis negamus, † *cum Mieres tr. de Majorat. part.* 2. *num.* 10. *Fab. de Anna conſ.* 17. *num.* 25. *& conſ.* 89. *per tot. Menoch. conſ.* 648. *num.* 18. *tom.* 7. quæſtio enim nobilitatis † liberalis cauſa dicitur, *ut diximus ſupra h. c. numer.* 10. at in liberali † cauſa factum unius non nocet aliis, *tex. expreſſ. in l.*

94 95 96 97

98 l.*C. de liberali cauſ.* II. quia ſententia, † quæ fertur ſuper ſtatu, non nocet æquale jus habentibus, *Bertazzol. conſ. crim. 523. num. 11. Ioſeph. de Seſſe deciſ. 10. num.*
99 *22. p. 1.* III. Cum ſententia † ſit ſtricti juris euges Rechtens/ *Gail. 1. obſ. 116. numer. 1. & ſeq. Cavagnol. deciſ. 65. num. 22. lib. 2. Vinc. Caroc. deciſ. 137. n. 2. Pacian.*
100 *conſ. 38. num. 33 per l. 1. C. ſi plur. un. ſent.* regulariter † aliis, cõtra quos non eſt formatus proceſſus, non præjudicat, *l. ſæpè, 63. ff. de re jud. Weſenbec. in par. ff de re jud. Emer. à Rosbach. in proceſſ. civ. tit. 41. numer. 21.*
101 *& ſeq.* Nec obſtat, † quod nobilitas ſit jus indiviſibile, *Otalora de nobil. 2. part. 3. princ. c. 9. numer. 22. &*
102 18. quia licet ita ſit, non ex hoc † ſequitur, quod ſententia lata contra unum, noceat alii non citato, quia indiviſibilis eſt cauſa in qua prætendit quis libertatem vel ſervitutem, ut indiviſibilis eſt cauſa in qua agitur de validitate teſtamenti. Et tamen ſententia lata contra unum compatronum, vel coheredem, non præjudicat alteri compatrono, vel cohæredi non citatis.

AD CAPUT XIX.

SUMMARIA.

1. *Principes, qui non ambitu & ſuperbia de ordinis obſervatione contendunt, laudem merentur, numer. 2. & 4.*

2. *Principum proprium habetur de gloria & honore concertare.*

5. *Principes non habent mores Catonianos.*

6. *Ius* προεδρίας *contentioſius, quàm par eſt vindicari ſolet.*

Comitia Germaniæ ſeſſionum certaminibus plena.

7. *Zamo*

7. *Zamoſcii Cancellarii Poloniæ de comitialium ſeßionum in Germaniæ certaminibus dicterium.*

8. *Carolus IV. Rex Franconiæ ſeßionum lites diremit.*

9. *Electorales ſeßiones à Carolo IV. Imperat. ordinatæ.*

10. *Propter haſce contentiones diſpares affectus oriuntur inter ſtatus.*

11. *Vota in conſiliis imminuuntur.*

12. *Comitia de die in diem protrahuntur.*

13. *Expeditiones Rerumpub. impediuntur.*

14. *De Principibus ſobriè & modeſtè loquendum eſt.*

15. *A malitia magis quàm privati abſtinere debent.*

16. *In iis omnis ambitionis ac philautiæ ſuſpicio ceſſat.*

18. *Cæſar hortatur ſtatus, ut ſeßionem lites expediant, num. 19. & ſeq.*

23. *Lites ſeßionum ſortis judicio ſopiri poſſunt, ut num. 27.*

24. *Sortis judicium fortunæ ſubjectum non rationi.*

25. *An officium judicis ſorti præferendum.*

26. *Ad ſortem recurri non poteſt, quando de præjudicio tertii agitur.*

28. *Iudex Pantagruelinus omnia ſorte dirimebat.*

29. *A judicio ſortis non datur appellatio. Neq; reſtitutio, n. 30. & ſeqq.*

33. *Princeps etiamſi cedat alicui ſupremum locum; hoc tamen nihil nocet ſucceſſoribus, quo minus priſtinum locum intrare poßint, n. 36. & ſeqq.*

37. *Actus familiaritatis non obligant.*

40. *Ignorans ſibi & ſucceſſoribus non præjudicat, num.* 41.

43. *Non eſt in cujuslibet poteſtate, ut in cauſa ſtatus ſibi præjudicet.*

44. *Iuri ſeßionis in præjudicium ſucceſſorum renunciari nequit.*

45. *Quia non pendet à voluntate partium, ſed & juris publici.*

48. *Pecuniæ ad honorem non eſt comparatio.*

50. *Duo ſunt modi, quibus jus ſeßionis vindicari ſolet.*

51. *Via facti ceſſare debet, ubi ſuppetit remedium ordinarium.*

52. *Imp. non patitur ad arma procedere, quos poteſt amicabiliter componere.*

53. *Imò Magnates ut compromittant cogere poteſt.*

55. *Principes ſeßionem debitam armis impunè vendicare poſſunt.*

56. *Cum ſit turbatio honorum, quæ vim includat, num.* 57.

58. *Adeò ut occiſo invaſore non teneantur pœna ordinaria.*

59. *Author hîc ſubſiſtit cum Celſo.*

60. *Pro roſtris imperii pendet lis ejusq; diremptio.*

61. *Tribunal eſt aula Imperatoris.*

62. *Iudex non eſt Camera, ut putat H. Vultejus.*

63. *Non Auſtregarum judices. Niſi Principes ex conventione ſuos peculiares judices habeant, n.* 64.

65. *Sed ipſe Cæſar eſt judex competens:, num.* 67.

66. *Super præeminentia ſine Cæſaris authoritate concordia fieri nequit.*

68. *De*

Digitized by Google

68. De modo procedendi, nu. 69. & ſeqq.

72. Cumulatio poſſeſſorii & petitorii non admittitur. Fallit reſpectu jurium ſive rerum incorporalium, numer. 75.

73. Ita de ſeßione controvertentes in poſſeſſorio & petitorio ſimul agere & reſpondere debent, n. 74.

76. Probationes non deſumuntur ex inſignibus nobilioribus.

78. Non ex titulorum ſplendore, vel familiarum antiquitate, num. 78.

80. Non ex deſcriptionibus ſtatuum in Receßib. imperii.

81. Non quo quiſq; maximo honore functus eſt.

82. Non ex ſeßionibus in Comitiis habitis.

83. Sed ex inveterata conſuetudine, ſeu actibus poſſeſſoriis.

84. Poſſeßio non probat, ſed eſt relevatio ab onere probandi.

85. Onusq; probandi in adverſarium transfert, numer. 86.

87. Pro quaſi poſſeßione pronunciatur.

88. A ſententia non appellatur, n. 89.

90. Neq; reviſio peti poteſt.

91. Reviſio tantùm in Cameræ ſententiis obtinet.

92. Si inter mediatos, quiq; ſtatus imperii non ſunt de ſeßione lis eſt, quis judex eſſe debeat.

93. Modus procedendi.

94. Princeps poßidentem pendente lite defendere debet.

95. Vel ſi prævia aliqua informatione minus nobili inhibeat ne primus ſedeat, non datur appellatio.

Digitized by Google

96. *A poſſeſſione momentanea prohibetur appellatio.*

97. *Damnum in ea illatum dupliciter reſarciri poteſt.*

98. *Sententia in ea lata dicitur mera interlocutoria.*

99. *A qua non datur appellatio.*

100. *Sola proteſtatione ſeſſio debita tueri poteſt, numer.*107.

101. *Proteſtatio an, & quatenus jus proteſtantis conſervet, n.*102. *& ſeqq.*

109. *Officium judicis eſt remedium extraordinariũ.*

110. *Eſt tamen loco actionis, & quidem perſonalis, num.*111.

112. *Implorari poteſt, qui ſeſſionem turbare conatur, num.* 113.

114. *An & quatenus requiratur libellus & litis conteſtatio, n.*115.

116. *Ad officium judicis pertinet reſtitutio in integrum.*

120. *Pro jure ſeſſionis competit reſtitutio in integrũ.*

117. *Pro modica læſione non dat reſtitutio. Imè datur, n.*121. *& ſeqq.*

118. *Intereſſe honoris, vel ſeſſionis videtur eſſe minimum, num.* 119.

123. *Imò læſio honoris vel ſeſſonis graviſſima eſt.*

124. *Seſſionis cauſa cumulari poteſt remedium reſcindens & reſciſſionum. Declaratur, n.*125.

126. *An reſtitutio in integrum cumulari poſſit cum c. reintegranda, remiſſivè.*

133. *Pro*

133. *Pro jure ſedendi interdicta recuperandæ & retinendæ cumulari poſſunt, nu.* 137.

131. *Adverſari videtur, quod interdicta hæc ſint penitus contraria & incõpatibilia. Conciliatur, n.* 138. *& ſeqq.*

134. *Cumulatio eſt unius actionis cum alia coadunatio.*

135. *Et regulariter permiſſa.*

136. *Præſertim ſi ex diverſis cauſis contra eandem perſonam fiat.*

141. *Poſſeßio vel q. ſeßionis animo retinetur, n.*142. *& ſeqq.*

148. *Ius ſeßionis ſolo interdicto uti poßidetis tueri poteſt, num.*152.

149. *Interdictum uti poßidetis eſt retinendæ.*

150. *Eſt etiam recuperandæ reſpectu naturalis poſſeßionis, n.*151.

154. *Requiſita hujus interdicti adnotantur, n.* 155. *& ſeqq.*

165. *Seßio etiam tueri poteſt, c. re integranda, n.*167. *& ſeq.*

166. *Competit enim pro recuperanda poſſeßione rerum incorporalium.*

169. *Atque hoc remedium maximè ſalutare eſſe oſtenditur, n.* 170. *& ſeqq.*

177. *Pro ſeßione remedium, c. re integranda. cum interdicto retinendæ cumulari poteſt, n.* 178. *& ſeq.*

180. *Poſſeßio ſeßionis ſequeſtrari poteſt. n.*181. *& ſeq.*

183. *Poteſt etiam peti cautio de non impediendo in uſu hujus juris.*

184. *In petitorio pro ſeßione competit actio utilis confeſſoria & negatoria.*

185. *Quæ actiones remedia petitoria ſunt.*

186. *Et pro quovis jure in corporali competunt.*

188. *Vbi de privilegio agitur, petitorium tractari videtur.*

189. *Requiſita actionis confeſſoriæ & negatoriæ.* Remiſſivè.

190. *Pro juribus ſeſſionis interdictum uti poſſidetis cum negatoria vel confeſſoria cumulari poteſt, n.* 191.

193. *Nobilis cui honor debitus denegatur, actione injuriarum agere poteſt.*

194. *Vel ſi ſcamnum ſublimius in Eccleſia removeatur, num.* 195.

192. *Doctores, qui diſſentiunt allegantur.*

196. *Explicatur,* L. *injuriarum,* 13. §. *ſi quis,* 4. *ff. de injur.*

198. *Turpius ejicitur, quàm non admittitur hoſpes.*

199. *Pro jure ſedendi actio furti competit.*

200. *Poteſt deniq; objici vulgaris verſiculus.*

Tali ſede ſede, ne dicam ſurge recede.

Caput XIX.

De Actionibus ſeſſionis & præcedentiæ nomine competentibus, earumq; judicio & proceſſu.

1 Quemadmodum, qui ambitu, † faſtu & cupiditate gloriæ de ordinis prælatione contendunt jure damnandi ſunt, quippe qui cõparandi videntur Phariſæis illis, qui ſicut *Matth. c.* 23. *verſ.* 7. & *Marcus, Geneſ.* 12. *v.* 38. ſcribunt, glorioſè amant primos concubitus

bitus in cœnis, primas cathedras in Synagogis, & ſalutationes in foro, de quibus verba feciſſe putamus Imperatorem, *in l. ad ſplendidioris*, 7. *Cod. de diverſ. off.* & Pontificem *in c. multi. diſt.* 40 quod deſiderans primatum in terra, inveniet confuſionem in cœlo, *Ludov. Montalv. de reprobat. ſent. Pilat. art.* 4. *num.* 12 Ita
qui non ambitu † & ſuperbia de ordinis obſervatione contendunt laudem merentur, *Menoch. conſ.* 51. *nu.* 3. *volum.* 1. & laudandi ſunt illi, præſertim Principes, 2
(quorum proprium † habetur de gloria & honore concertare, *Knicken. de Sax. non prov. jur. verb. Ducum. c.* 2. *n.* 23. *Marzar. conſ.* 26. *n.* 4.) qui non alia † ratione de prælatione hac experiuntur, quàm ut pulcherrimus ordo, & familiarum dignitas obſervetur, *Tholoſan. lib.* 4. *de Repub. c.* 10. *Fab de Anna conſ.* 29. *nu.* 18. *Hier. Gigas. conſ.* 70. *numer.* 1. *& ſeqq. Menoch. conſ.* 902. *in pr. lib.* 10. 3 4
Nec enim Principes † noſtri mores habent Catonianos, qui, ut ait Dominicus Baudius *cent.* 2. *Epiſtol.* 5. 5

Non curat altâ mente præditus Cato,
Quâ ſede ſedeat. ——— ———

Solet tamen † plerunq; non foris ſolùm ſed & domi ambitioſius, quàm par eſt, jus illud προεδρείας appeti, & contentioſius quàm conducibile eſt vendicari, ac nullibi non Pompeji & Cæſaris Spiritus, qui Romam priſcam hoc flatu accendit, quòd neq; ſe alter ſuperiorem, alter ſibi parem ferre poſſet, in conventu hodierno tanquam in theatro ſpectatur. In cõventibus enim imperialibus inter ordines & ſtatus de ſubſelliorum jure ultra modum gliſcũt certamina, quibus maxima nonnunquam comitiorum pars, quæ conſultationibus graviſſimis impendi debebat conſumitur; quod vehementer irriſiſſe † Johannem Zamoſcium Magnũ Poloniæ Cancellarium fertur, cum diceret Germanos in ſuis Comitiis ferè nihil aliud agere, quàm de ſeſſionibus digladiari, *H. Kirch. lib.* 2. *de Legat. c.* 5. *n.* 78. Ita ut optandum eſſet Principum Germaniæ ſeſſiones Cæſaris auctoritate eundem in modum componi, quemad- 6 7

8 modum à Carolo † VI. Rege Galliæ contentiones
9 Francicæ, & ut Electorum † ſedes à Carolo IV. Imp. *in Aurea Bulla tit.* 3. & 4. diſpoſitæ olim fuerunt. Quã periculoſæ enim & noxales Imperio prædictæ contentiones ſint & fuerint, planxit, adhuc plangit, & niſi tẽpeſtivè ſuccurrãt Athlantes Imperii, planget in omne
10 ævum. Nam propter haſce 1. diſpares † affectus oriũtur inter ſtatus Imperii, R. A. zu Regenſp. *de An.* 603. § der in dem H. Reich. Ibi, werden vngleiche affectio-
11 nes dahero verurſachet/ 2. Vota † in conſiliis imminuuntur. R. A. zu Speyer / *de Anno* 70. *in fin* § zum letzten. Ibi, die Stimmen in den Råhten gehen ab/ 3. Co-
12 mitia † de die in diem protrahuntur, R. Abſchiedt zu Speyer/ *de Anno* 1526. §. *Item* als ſich. Ibi, Streitt wegen der Seſſion gelangen zur Verlångerung der Reichshåndelung / *Repet. in Receſſ* zu Augſp. *de Anno* 30. §. *Item* als ſich / Regenſp. *de Anno* 41. *circa fin.* 4.
13 Expeditiones † Rerumpub. impediuntur, *d.* R. A. zu Speyer/ *de Anno* 7. §. zum letzten. Ibi, vnd die fürderliche Expedition gemeyner Geſchåfft werden verhindert. Quemadmodum talibus certaminibus abſumi & retardari multos confœderationum contra Turcas ineundarum cauſa in Italia inſtitutos conventus Rex Hiſpaniæ olim conqueſtus fuit, *Matth. Whener. tr. d. Metamorph. Rerumpub. c. 7. fol.* 89. Cauſam & κεφάλαιον
14 impræſentiarum non delibo. De Principibus enim † non eſt niſi ſobriè & modeſtè loquendum, *ait Iaſon. in conſ. 167. ſub. n. 13. vol* 4. Cumq; Principes dicantur o-
15 ptimi, *l. in honoribus*, 8. *ff. de vacat. mun.* magisq; † abſtinere debeant à malitia quàm privati, *Ant. Faber. in*
16 *Cod. lib. 3. tit. 22. defin. 12. n. 2.* utiq; in his omnis † am-
17 bitionis ac philautiæ ſuſpicio ceſſat. Inter cauſas † Maximilianus II. Imper. retulit. Quod Principes per partes ſe ab Imperio eximere cœperint, R. A. *de Anno* 70. § als wir. Ibi, die Exemptiones würden zu gar gemein / damit dem H. Reich an ſeinen Gliedern Seſſion/ rc. groſſe Zerrettung erfolgen thue.

Quam-

Quamvis verò Cæſares † à Maximiliano I. ad Matthiam uſque, non ſolum Principibus certum ſedendi ordinem promiſerint, R. A. zu Regenſp. *An.* 41. §. Solches alles vnd jedes. Ibi wie wir deſſen gemeyne Stände etlich mahl vertröſtet haben / *quod repet. in ſeqq.* Sed etiam † modum præſcripſerint, quo ſeſſionis & ſtatus quæſtiones brevi temporis ſpatio ſopiri, & firma inter ſtatus amicitia ſtabiliri poſſit, R. A. zu Wormbs/ *de Anno* 45. §. demnach wöllen wir. Ibi, damit ſo viel beſſerer Will vnd Freundſchafft/ vnter den Ständen gepflantzet werden möcht / *repet. in Receſſ. ſeq.* zu Regenſp. Quod tamen † in hoc uſq; tempus indeciſæ manſerunt, non ſtetit penes Cæſares, ſed ipſos ſtatus Imperii, R. A. zu Regenſp. *de Anno* 603. §. der in dem H. Reich. Ibi, damit ſie ſich biſzhero mehrentheyl ſelbert gehindert / ubi in §. ſequenti Imp. Rudolphus controvertentes ſtatus jubet jura ſua in medium proponere, ne protracta cognitio ipſiſmet imputari poſſit. Verba ita ſonant; demnach befehlen wir denſelben / daſz ſie jhre Jura oder andere notturfftliche Handelung dardurch jeder Theyl ſein Vornehmen zu beſchönen vermeynet / zum förderlichſten bey vns anbringen vnnd deduciren ſollen/ohne daſz jhnen die verbleibende Abhelffung ſolcher Streitt / ſelbſt möchte zugemeſſen werden. 18 19 20

Sed ad rem propius. Si in eadem domo † de ſeſſione controverſiæ oboriuntur, ſatius eſſe, ut inter domeſticos parietes res hæc tranſigatur manet, *Cothman. reſp.* 25. *num.* 2. *vol.* 5. *per*, *l. fin. ff. fam. hercisc.* quo Impp. quoq; reſpicientes congruentius eſſe reſcribũt, ſi intra domum cauſæ & controverſiæ parentum & filiorum terminentur, *l.* 4. *C. de patr. poteſt. Scotus reſp.* 23. *lib.* 4. *tom.* 1. Ad quam rem † ſatis idoneam putamus eſſe viam, ut ſcilicet alternis vicibus præeminentia ſeſſionis & reliquorum cohærentium jurium utantur. Sed ſi fortè † contingat, ut ſinguli prima vice præeminentiam uſurpare velint? non enim poſſunt omnes ſimul 21 22

ſimul præcedere, quin alius alium præcedat, *Bald in procem. ff. §. Itaque col. 2 verſ. ſed ſuppoſito.* Non taxillis, ut Legatus quidam exiſtimarat, Mann ſolte mit Würffeln darumb ſpielen / ſed ſorte lites ſeſſionum dirimendas arbitramur, *cum Ventur. de Valent. in Parthen. Litigioſ. lib. 2. c. 6. numer. 9. Gothman. conſ. 25. num. 4. volum. 5.* ut is primus præeminentiam habeat, & primæ ſeſſionis prærogativa utatur, quem ſors elegerit, & demonſtraverit, & poſtea per vices dignitatis & ſeſſionis præeminentia deferatur, quod tamen fieri non poſſe dum omnes ſunt infantes, putat *Tiraquell. de jure primigen. q. 19 n. 1.*

24 Nec refert, † quod ſortis judicium fortunæ ſubjectum ſit non rationi, *Alciat. in l 2. § ex his, numer. 25.*
25 *verſ. ſed iſta ff de V. O.* ideoq; ad judicis † officiũ potius recurrendum & hoc ſorti præferendum, ut judex ponderatis circumſtantiis certi aliquid ſtatuat, *Sixtin. lib. 2. de Regal. c. 16. numer. 68. per tex. alleg.* Licet enim
26 † ad ſortis judicium recurri non poſſit, quando de tertii præjudicio agitur, *Sixtin. d. c. 16 num. 16. Carol. Molina. ad conſuet. Pariſ. tit. 1. §. 1. gloſſ 8. numer. 24.* Si
27 tamen † ambo ad judicium provocant, ſorte res diſcerni ſolent, *ait Vlpian. in l ſed cum, 14. ff jud.* per quam
28 legem Iudex † Pantagruelinus omnia ſorte dirimebat, *ut refert Fr. Duaren. in comm. tit. de judic. rubr. de litigator. p. 158.* Quod ſi ergo uterque litigantium in hoc litium abbreviandarum remedium conſenſerit,
29 nulla † à judicio ſortis von dem Loß datur appellatio, *Parthen. litigioſ. lib. 2. c. 5. num. 10. Dan. Moller. ad conſt. Sax. part. 3. concluſ. 15. num. 8. Natta. conſ. 608. n.*
30 *6. tom. 3.* neq; reſtitutio † in integrum, *Sfort. Oddi de reſt. in integr. quæſt. 66. num. 25. Tiraquell. de jur. primog quæſt. 17. opin. 1. nu. 6.* ſed uterq; ſtare cogitur; ra-
31 tio utriuſque quia ſortis † mater fortuna vulgariter dicitur, *Tiraquell. de jur. primig. d. q. 17. opin. 1. num. 87.*
32 At fortuna † ſuperiorem in mundo non habet. Ergo ab ea appellari non poteſt, *Tholoſan. tr. de appell. lib. 2. c. 19.*

c.19.n.20. Pruckman.conſ. 29.n.8. & ſeq. vol. 1.conſ.20.
n.53.& ſeqq.& n.117 vol.2.

Iuſtum eſt, ut ſemper par ſit fortuna labori.

Quid ſi Princeps † cedat alicui Principi ſupremum 33
locum, num hoc cedentis ſucceſſoribus nocumento
erit, quo minus debitum & priſtinum locum intrent?
Acquavis † aliâs ſucceſſor in ſola dignitate teneatur 34
obſervare factum ſui prædeceſſoris, cū adſit eadem di-
gnitas, † quæ nunquam moritur, *Menoch.conſ.264.n.* 35
18.& ſeqq.lib.3.Cravett.conſ.241.n.17.part 2. Alia ta-
men eſt in puncto præcedentię. Nam vel voluntariè,
vel ignorãter, vel ob aliquod intereſſe aliū quis præire
permittit. Si voluntariè † & ex mera liberalitate alium 36
prçire concedat, ex hac re non inducitur, quòd ad hoc
ſe obligarit, ſuaq; munificentia in obligationem inci-
derit, cum actus † noſtri voluntarii non obligent nos 37
extra quam gerantur, *l.voluntaria, 12.C. de Excuſ.tut.l.*
creditor, 7. C. de uſur. tum etiam † familiaritatis jure, 38
quæ conceduntur, non obligant in futuro, *l. qui jure,*
41.ff. de acquir.poſſ. Flam. de Rubeis conſ. 49.num.61.vo-
lum.1. Cothman. conſ.1.nu.55. vol.4. Et ita in terminis
† præcedentiæ reſponderunt *Hipp. Riminald. conſ.95.* 39
n.71.lib.1.Cephal.conſ.615.n.75.lib.5.Natta conſ.637.
num.39.tom.3.

Si ignoranter, † tum, quia ignorantis nullus eſt cō- 40
ſenſus, *l.ſi per errorem, 15.ff.de juriſd.* quemadmodum i-
pſe, qui locum cedit contravenire poteſt, *in terminis*
Farin.conſ.94.nu.13.lib. 1. ita poſſunt ejus ſucceſſores,
c. qui in alterius, de R. I. in 6. Theodoſ. Rube. in reſp.poſt
Grat.diſcept c.298.n.99.verſ.ſi ergo. In tantum † ut, et- 41
iamſi per 100. annos, quis ignoraſſet jus ſuum, aut ali-
ter cenſuiſſet, nihil obſit, quo minus ipſe vel ejus ſuc-
ceſſores reſtitui poſſint, *Mareſcott.lib. 2. var.reſol.c.57.*
n.5. Molina.in conſuet.Pariſ.§.1.gl.4.n.14.

Si deniq; ob aliquod † intereſſe, ne tum quidem 42
ſucceſſoribus præjudicat, quia non † in cujuslibet 43
poteſtate ſitum eſt, ut in cauſa ſtatus ſibi præjudicet,
ſuæq;

Digitized by Google

ſuæq; conditionis dignitatem ſola voluntate labefa-
ctet, *Ant. Faber. lib. 9. Cod. forenſ. tit. 28. defin 16. num. 9.*
44 *arg. l. nec ſi, 6. C. de liberal. cauſ.* in tantum † ut tali ju-
re in præjudicium ſucceſſorum neque tacitè, neque
expreſsè renunciare poſſit, *Gratian. tom. 2. diſcept. c.*
198. num. 9. Decian. reſp. 1. num. 66. & 74. lib. 1. Menoch.
45 *conſ. 902. num. 79. lib. 10.* quia prælationes † & ea quæ
pertinent ad dignitates non pendent à voluntate par-
tium, ſed ſunt juris publici, *Hipp. Riminald. conſ. 368.*
numer. 73. lib. 4. jus autem publicum privatorum pa-
ctis convelli non poſſe placuit, *l. jus publicum, 38. ff. de*
46 *pactis.* Et ſi jus † regaliarum in his lædi in perniciem
ſucceſſorum non poteſt, quæ ad compendium perti-
nent, *poſt Bald. Socin. Sen. conſ. 7. n. 6. vol. 3. Campeg. conſ.*
11. nu. 12. inter conſ feud. Brun. Natta conſ. 637. nu. 34. in
47 *fin.* longè minus † lædi hoc jus dignitatis poterit, *ut*
reſpondent Cravett. conſ. 982. n. 14. & ſeqq. part. 6. Ceph.
48 *conſ. 615. n. 80. & ſeqq.* cum nulla † pecuniæ ad hono-
rem ſit comparatio, *l. Iulianus, 26. ff. ſi quis omiſſ. cauſ. l. ſi*
in duabus, 104. ff. de R. I. ut tacere debeamus, ex ceſſione
49 † nullam trãſlationem fingi poſſe, cum aliud ſit cede-
re, aliud transferre, *Phil. Corneus conſ. 41. nu. 12. vol. 5.*
50 Modi † quibus jus ceſſionis vindicari ſolet duo ſunt,
51 via juris & facti, ſed via † facti ceſſare debet, ubi ſup-
petit remedium ordinarium, *Lud. Roman. conſ. 71. n. 6.*
52 neq; enim † ad arma & rixam procedere patitur Cæ-
ſarea Majeſtas, quos poteſt amicabiliter componere,
arg. c. ſtudendum. diſt. 90. l. ſi cujus, 13. §. æquiſſimum,
53 *4. de uſufr.* quinimò † quando inter magnates lis eſt,
Principem pro bono pacis & concordiæ eos cogere
poſſe, ut compromittant, licet aliâs ſecus ſit, docent
Dd. *Matth. de Afflict. deciſ. 149. numer. 6. & ſeq. & ibi*
Vrſill in addit. num. 9. vid. Schurff. conſ. 72. nu. 4. & ſeqq.
54 *cent. 2.* quemadmodum Impp. † ſæpius polliciti ſunt
ſe omnes nervos intendere velle, ut ceſſionis contro-
verſiæ per amicabilem compoſitionem tranſigantur,
R. A. zu Augſpurg / *de Anno 30. §. Item alſo ſich.* Ibi,
allen

allen möglichen Fleiß anwenden / ſie ſolcher Irrung der Seſſion auff ziemliche leidliche Wege zuvereinigen vnd zuvertragen / *repet.* Regenſpurg / *de Anno* 32. *circa fin.* Speyer / *de Anno* 44 *in fin.* Et in Receſſu Regenſpurg / *de Anno* 41. §. Wir ſollen vnd wöllen auch. Ibi, allen müglichen Fleiß fürwenden / ſolche Irrung der Seſſion halber zum förderlichſten zu gütlicher Vergleichung / oder Erörterung zubringen / *repet. in ſeq. Receſſ.* oder ſonſt nach Billichkeit zuſcheiden / *Receſſ. Imp. de Anno* 48 zu Augſp. §. als ſich auch R. A. *de Anno* 66. *in fin.* gütlich oder rechtlich / *Receſſ. Imp.* zu Augſpurg / *de Anno* 51. §. letzlich.

Dum nos mentio viæ facti detinet, quæritur. An etiam Principes † ſeſſionem debitam armis vindicare & tueri poſſint? Ita conſuluerunt *Azevedo. conſil.* 29. *numer.* 30 *Faber. de Anna conſil.* 7. *numer.* 21. *Flam. de Rube. conſ.* 65. *num.* 30. *& ſeq. vol* 2. *Marzar. conſ.* 26. *num.* 23. *& ſeqq. Menoch conſil.* 902. *num.* 76 *& ſeq. lib.* 10. & ſcriptis confirmarunt, *Henr. Hartmann. tit.* 49. *pract. obſ.* 4. *numer.* 5. *Ferdinand. Vaſqu. illuſtr. controv. c.* 18. *nu.* 16. *&* 18. cum ſit † turbatio honorum, *G. Panciroll conſ.* 6. *nu.* 2. *Peregrin. conſ.* 3. *num.* 36. *lib.* 2. quæ cum vim † includat, utique vi eſt propellenda, *Ioan. le Cirier. de primog. lib.* 2. *quaſt.* 3. *numer.* 2. *Laur. Sylvan. tr. de feud. recogn. queſt.* 109. *numer.* 26 *Cavalcan. deciſ.* 19. *num.* 87. adeò ut † occiſo invaſore non teneantur pœna ordinaria, *Ioan. Garſ. de Expenſ. cap.* 8. *in fin Gratian. tom.* 1. *diſcept. for. c.* 110. *numer.* 20 *& ſeq.* At cum teſte Vaſquio † *part.* 1. *controv. c.* 18. *numer.* 19. aliquantulum, *l. quod attinet,* 32. *in fin. ff. de R. Iur.* adverſari videatur. Et ſi quas petitiones te habere putes actionibus experiaris, *l. extat,* 13. *ff. quod me*t*. cauſ. l penult ff ad l. Iul. de vi priv.* ſubſiſto cum Celſo, vereor enim formulam Hoc Age.

55
56
57
58

Pro roſtris † Imperii pendet lis ejusq; diremptio. 59
Tribunal † eſt aula Imperatoris, R. Abſchiedt / 60
de

de *Anno* 70. §. den andern aber. Ibi an unſerm Kayſerlichen Hoff. JUDEX † eſt non Camera Imperialis, prout putat Solon Germaniæ, *Herm. Vult. ad L.1. nu.30. C. ubi cauſ. fiſcal.* hujus enim juriſdictio in materia ſeſſionis fundata non eſt. Unde ſi proceſſus ſuper L. Diffamari in Camera petuntur, ii denegantur, *Gylm. in Symphor. præjud. tom.3. tit. Lex diffamari, fol.* 175. multò minus Auſtregarum judices, † competentes judices ſunt, *Frider. Lentius de Auſtreg. c.9. conl.* 84. niſi † Principes ex conventione ſuos peculiares judices habeant, R. A. *de Anno* 70. §. damit nun. Ibi, ſo ſich auff beſondere Außträg miteinander vergliechen. Sed cōpetens † judex eſt ipſe Cæſar, *Schrader. conſ.4. num.* 303. *verſ. Sed hac cauſa vol.1. per* R. A. *de Anno* 94. §. Letzlich. Materia enim † præeminentiarum magni præjudicii eſt, & deſuper ſine ſuperioris authoritate concordia fieri non poteſt, *Olivar. Razzal. deciſ.* 22. *n.* 2 *part.1. Grat. tom.2 diſcept. for. c.*268. *nu.*9. ac quamvis † quibuſdam Principibus ſui ſint ex conventione judices, coram iis tamen ad cauſæ concluſionē tantùm proceditur, & cognitio deinde Cæſaris deſuper expectatur, R. A. *de Anno* 70. §. damit. *nun.* 106. *Denaiſ. in jur. Camer. tit.* 287. §. 2.

61
62
63
64
65
66
67

68 MODUS PROCEDENDI. Quamvis aliâs † ſit ſummariiſſimus, ita ut unicus ſaltem poſſeſſionis actus attendatur, *c. Eccleſia de cauſ. poſſ. & propr. Alexand. conſ.* 74. *numer.*16. *lib.*4. *Decian. reſp.* 84. *numer.*25. *volum.* 5. *Burſat. conſ.* 343. *numer.*74. *lib.*4. Etiam † noviſſimus, *d. c. cum Eccleſia. Fab. de Anna. conſ.* 40. *num.*9. de ſeſſione tamen † controvertentes, cauſę meritis ternis in univerſum ſcriptis pandunt, Reichs Abſchiedt zu Speyer / *de Anno* 70. §. den andern aber / *Denaiſ. in jur. Camer. tit.* 287. §. 2. & completis † actis ſententiam expectant, Reichs Abſchiedt / *de Anno* 603. §. der in dem H. Reich.

69
70
71

72 ACTIO. Quamvis † cumulatio petitorii & poſſeſſorii, maximè retinenda, non admittatur, *P. Barboſa ad L.*

id l. ſi de vi, 37. numer. 377. ff. ſol. matr. Menoch. de retin. poſſ. rem. 3. num. 513. & ſeqq. num. 526. & ſeqq. Flam. de Rub. conſ. 33. n. 18. vol. 2. de ſeſſione † tamen contro- 73
vertentes in poſſeſſorio & petitorio ſimul agere poſſunt, *Knichen. de Sax. non prov. jur. verb. Ducum. c. 2. nu. 152. Schrader. conſ. 4. nu. 257. vol. 1.* Imò ſimul † agere & reſpondere tenentur, R. Abſchiedt zu Speyer/ 74
de Anno 70. §. damit nun. Ibi, doch zugleich / & §. *ſeq.* auch ſämptlich in poſſeſſorio & petitorio: reſpectu enim † jurium ſive rerum incorporalium petitorium 75
& poſſeſſorium in uno eodemq; libello & cumulari & proponi poſſunt, *Gyſman. in ſymphor. tom. 2. p. 3. tit. 10. vol. 4. n. 17. & 19. Matth. de Afflict. deciſ. 155. n. 1. & ſeq. Cothman. conſ. 47. num. 9. vol. 4.*

PROBATIONES. Non deſumuntur † ex nobilioribus inſigniis, *cum Purpurat. conſ. 540. nu. 17. Decian.* 76
reſp. 19. nu. 240. vol. 3. non ex titulorum † ſplendore & 77
multitudine, *cum Scip. Ammirat. lib. 1. diſcurſ. 1. Decian. reſp. 50. nu. 31. vol. 4.* non ex familiarum † antiquitate, 78
cum Natta conſ. 683. n. 23. & ſeqq. tom. 3. & aliis, ſup. c. n. non ex meliori † origine ac ſtemmate, *cum Colero* 79
conſ. 33. n. 64. Hier. Gigas conſ. 69. nu. 74. & ſeqq. non ex deſcriptionibus † ſtatuum in Receſſib. imperii, *Fichard. conſ. 77. n. 12. tom. 1.* per R. A. zu Augſpurg/ *de* 80
Anno 55. §. es ſoll auch. Ibi, es ſoll auch die Subſcription zu Ende dieſes Abſchieds beſchehen/ einem jeden an ſeinem hergebrachten Gebrauch vnnd Gerechtigkeit gantz vnnachtheilich / vnſchädlich vñ vnvorgreifflich ſeyn/ non quo quisq; maximo † honore in Comitiis Imperii, vel aliis publicis actionibus functus eſt, *cũ* 81
Andr. Gaill. 1. obſ. 21. n. 21. neq; ex ſeſſionibus † in Imperii Comitiis habitis, *per d.* R. A. *de Anno* 55. §. vnnd 82
ob einige Irrung. Ibi, es ſoll auch die Seſſion wie die gehalten wird/ keinem Theyl an ſeinem Rechten nachtheilig ſeyn / vnnd an der hergebrachten Seſſion keinen Nachtheyl oder Vortheil begehren / *Repet. Spira, de Anno* 26. §. *Item* als ſich/ *de Anno* 29. *in fin.* & Re-

Ee genſp.

genſp. *de Anno* 27. §. als auch im Anfang. Sed ex longa
83 † inveterataq; conſuetudine ſeu actibus poſſeſſoriis, *Knich. de Sax. non prov. jur. verb. Ducum c.* 2. *n.* 136. *Ant. à Gama deciſ.* 1. *n.* 49. *Fr. Marci deciſ.* 1365. *n.* 2. *& 6. part.* 1. *Menoch. conſ.* 257. *n.* 36. *& ſeq.* per dd. Receſſus, in quib. laudatur der hergebrachter Gebrauch vnd Gerechtig-
84 keit. Quod tamen ita intelligendum non eſt, quaſi † poſſeſſio probet, quia non eſt modus probandi ſed eſt relevatio ab onere probandi, *Menoch. de A. I. Q. caſ.* 48.
85 *n.* 34. & ſolum transfert † onus probandi prærogativam, aut jus præeundi ſibi competere in adverſarium, *Modeſt. Piſt. conſ.* 21. *n.* 23. *vol.* 1. *per l. circa.* 14. *ff. de probat.*
86 & ideò † quando duo ſunt pares, is qui poſſidet præfertur, non quia ipſe anterior ſit, ſed quia ejus adverſarius actor eſt, & actore non probante reus abſolvitur, *l. qui accuſare, C. de edendo.*

87 SENTENTIA. Pro quaſi poſſeſſore, † vel qui melius ſuam poſſeſſionem probaverit pronunciatur, *argum. l. un. Cod. uti poſſid. Decian. reſp.* 84. *num.* 26. *volum.* 5. *Fortius conſ.* 164. *num.* 48. *Fab. de Anna conſ.* 40. *num.* 10. *& ſeq. Burſat. conſ.* 443. *numer.* 75. *& ſeq. lib.* 4.
88 An autem à Cæſaris ſententia appellari poteſt? Neg. † *per* R. A. *de Anno* 7. §. den andern aber. Ibi, vnd was alſo darauff von vns mit Recht erkandte / dabey ſoll
89 es NB. endlich bleiben / atq; ita † in judicio proprietatis ſive petitorio, non etiam in ſolo poſſeſſorio. Et quidem ſtultum eſt illud admonere, ab Imp. appellare fas non eſſe, cum ipſe ſit qui provocatur, *ait Vlp. in l.* 1. §. 1. *ff à quib. appell. non lic.* An reviſio locum habet? Neg.
90 † *per d.* §. den andern / tum quia † Reviſio tantùm in
91 Cameræ ſententiis obtinet, *Lud. Bender. de Reviſ. concl.* 25. *n.* 4. Atq; hæc ita demum obtinēt ſi lis ſit inter ipſos
92 ſtatus imperii; Quid enim ſi † inter alios, qui ſtatus immediati non ſunt, de ſeſſione controverſia oboriatur, non Cæſar, non Imperialis curia, non Auſtregæ, ſed Dominus immediatus & ordinarius judex erit competens, & quidem ordinarius loci.

Modus

Modus procedendi, † excepto poſſeſſorio momentanea ab aliis actionibus, ſive in petitorio ſive poſſeſſorio ordinario agatur, nō eſt diverſus, libellus enim proponitur, contradictor citatur, lis conteſtatur, de calumnia juratur, &c. Poterit tamen Princeps, † cum videt utramq; partem de poſſeſſione contendere rixariq;, extrajudicialiter hujus rei argumenta probationesvè ex officio, etiam teſtibus injuratis aſſumere, & eum quem poſſidere compererit interim defendere, *Alciat. in l. ſi prius, num. 5. ff. de op. nov. nunc. Modeſt. Piſtor. conſ. 51. n. 16. vol. 1.* 93 94

Quid verò ſi inter duos de ſeſſione controverſia ſit, & judex prævia aliqua informatione minus nobili inhibeat ne primus ſedeat, num locus eſt appellationi? Negamus † *cum Ruginell. de appell. §. 2. c. 3 num. 698. & ſeqq. Sig. Scaccia de appell q. 17. lim. 6 memb. 2. nu. 37.* A poſſeſſione † enim momentanea prohibetur appellatio, *l. un. C. ſi de mom. poſſ. Gaill. 1. obſ. 7. nu. 7. Mynſ. obſ. 6. num. 6. Marant. in ſpecul. p. 4. diſt. 9. n. 44. Menoch. de retin poſſ. rem. ult. q. 17. num. 48.* Sed nulla eſt magis momentanea poſſeſſio, quam ea quę determinatur in poſſeſſorio ſummariiſſimo; ratio † quia damnum in eo illatum poteſt dupliciter reſarciri, videlicet in poſſeſſorio ordinario & in petitorio, *Contard ad l. un. C. ſi de moment. poſſ. lim. 16. num. 9. in fin.* tum etiam † quia ſententia in eo lata dicitur mera interlocutoria, *Gail. 1. obſ. 7. num. 6. Caſar Barz. deciſ. 71. nu. 1. Benitend. deciſ. 73. nu. 7.* Sed à ſententia † interlocutoria non datur appellatio, *Scaccius de appell. q. 17. lim. 47. memb. 1. per tot.* 95 96 97 98 99

Actio vel dirigitur ad petitorium vel ad poſſeſſorium, vel ad officium judicis, quibus ſubſervit proteſtatio; adeò ut Nobilis etiam ſola † proteſtatione ſeſſionem ſibi debitam tueri poſſit, R. A. *de Anno 521.* zu Wormbs / §. doch hat unſer. Ibi / mit offentlicher Proteſtation / *Ruland. de comm. p. 1. lib. 6. c. 11. num. 22.* Proteſtatio enim † jus proteſtantis in tuto collocat 100 101

Ee 2 atq;

atq; conſervat, *Gylman. in ſymphor. tom. 5. relat. 19. nu. 6.*
Bertrand. conſ. 360. num. 5. vol. 6. Cravett. conſ. 974. nu.
102 17. *part. 5. per tex. all.* & animum † proteſtantis ab actu
qui fit removet, ut non videatur proteſtans in eum cō-
ſenſiſſe, *l. etſi. 14 §. pleriq; 8. ff. de relig. & ſump. fun. Weſ.*
conſ. 4. n. 99. Gœdde conſ. 32. nu. 236. vol. 3. Marp. Quod
103 verum eſt. Si † illa proteſtatio ante ſeſſionis occupa-
tionē fiat, quia enim ſeſſura uno actu acquiritur, *Kni-*
chen de jur. territor. c. 3. n. 164 Decian. reſp. 84. n. 27. vol.
104 5. poſt factum † nihil prodeſt proteſtanti, *poſt Bart.*
Garſ Maſtrill. deciſ. 74. n. 4. & ſeqq. part. 1. nec proteſta-
105 tio † rectè fit, ſi res non ſit amplius integra. *Menoch.*
conſ. 370. nu. 5. Pruckm. conſ. 8. n. 55. vol. 1. nec voluntas
106 † poteſt declarari poſt factum, *Cravett. conſ. 112. n. 12.*
107 *part. 1. Menoch. conſ. 28. n. 35. lib. 1.* quapropter † Anno
1544. cum in conſeſſu Principum Landgravius proxi-
mum haberet à Brunſwicenſe locum, & Johannes Pa-
latinus Princeps Simmerius vitandæ ſimultatis cauſa
conſurgeret, & medius inter utrumq; ſederet, antea
profeſſus eſt, ne ſibi ſuæq; familię fraudi ſit iſtud; aut
præjudicet, *teſte Sleidan. lib. 15. com. fol* 405. Semel ta-
108 men † ab initio facta proteſtatio, repetita cenſetur in
actu ſequenti, *Meichſner. deciſ. Cam. 40. n. 22. lib. 1. Pa-*
riſ. conſ. 104. n. 10. lib. 3.

109 Proteſtationi affine eſt remedium † extraordinariū
officium judicis, *Sig. Scacc. lib. 2. de judic. c. 8. num. 166.*
quod licet revera actio non ſit, ſed ab actione ſepara-
110 tum, eſt tamen loco † actionis, *Weſenb. conſ. 33. n. 34.*
111 *part. 1.* & quidem † perſonalis, *Menoch. conſ. 838. n. 12.*
112 *lib. 9.* Imploratur autem contra eum, † qui ordinem
turbare & ſeſſionē præcipere conatur, ut nobis cedat,
Gail. 1. obſ. 21. n. 22. Gerard. de P. Sancta ſing. 33. n. 13. Aze-
vedo conſ. 29. n. 28. Farin. conſ. crim. 94. n. 8. lib. 1. Eichard.
113 *conſ. 77. n. 7. tom. 1.* Ita uxorem † nobilioris poſſe dare
libellū, & agere officio judicis, ut inhibeatur minori,
ne primo ſedeat, vel offerat in Eccleſia, ſi ſit in q. poſ-
ſeſſione, reſpondit *Tib. Dec. reſp. 84. n. 29. vol. 5.* quādo
enim

Digitized by Google

enim † judicis officium imploratur loco actionis cō- 114
tra certam perſonam tunc requiritur libellus & litis
conteſtatio, *Gylm. in ſymph. tom. 2. part. 2. vot. 39. n. 3. poſt
ſpec. lib. 1. de off. om jud § 2. n. 2. & 12.* niſi † contra incer- 115
tam perſonam imploratum ſit, quia tunc non eſt ne-
ceſſaria litis conteſtatio, ſed res mero officio judicis
expeditur, *Specul. d. §. 2. n. 14.*

Ad officium judicis pertinet reſtitutio in integrũ,
quia hæc † nõ jure actionis ſed officio judicia petitur, 116
*Hier. Schurf. conſ. 28. n. 2. cent. 1 per l. quod ſi, § fin. cum gl.
ff. de m nor.* Nec obſtat, † quod pro modica læſione re- 117
ſtitutio in integrum nec peti poſſit, nec petita ſive po-
ſtulata concedi debeat, *per l. ſcio, 4. ff. de integr. reſt. l. 1. C.
ſi advers. vend. pig.* Sed intereſſe † honoris, ſeſſionis vel 118
præeminẽtię videtur eſſe minimũ, *prout hoc tradit Bar-
bat. conſ. 29. col. 11. vol. 1.* quia † is cui alius præfertur, nõ 119
dicitur pati prejudicium in reditibus, *Felin. in rubr. ext.
de major. & obed. arg. c. cum olim. de conſuet.* His tamen
non obſtantibus, in jure ſeſſionis † reſtitutionem in 120
integrum locum habere reſpondit *Schrader. conſ. 4. nu.
212. & ſeqq. vol. 1.* Nam primum quod attinet falſum
eſt, quia etiã reſtitutio † pro re modica competit, *Gut-* 121
tierez. lib. 4 pract. q. 70. per tot. maximè † vero quando 122
petens reſtitutionem certat de damno vitando, *Anton.
Gabr. lib. 2 comm. concl. 1. n. 4. de reſtit. in integr.* Alterum
† procedit in tali honore quam quis indebitè appetit, 123
ſecus quando jus ſeſſionis aufertur, labefactatur, vel
diminuitur, quia non ſolum is patitur grave damnũ, &
læſionem graviſſimam, ſed etiam Reſpub. ad cujus po-
litiam conſervandam ſpectat, ne dignitatum ordines
turbentur, *Dec. reſp. 7. n. 1. vol. 1.* Poteſt etiam † quis ſeſ- 124
ſionis cauſa in uno eodemq; libello cumulari & ſimul
proponi officium judicis reſcindens, ſive petitionem
reſtitutionis in integrum. Et remedium reſciſſoriũ ſive
actionem reſciſſoriam quãdo † iſta duo remedia pro- 125
ponuntur non ſimpliciter, ſed ſucceſſivè, ordinatè &
conditionaliter, *Schrad. d. conſ. 4. n. 258. vol. 1.* Illaq; ſen-

Digitized by Google

tentia & verior & cõmunior eſt, licet alii contrarium
126 teneant. An a. † cumulari poſſit judicium poſſeſſoriũ ex c. reintegranda cum reſtitutione in integrum, vide *Ant. Fabr. in C. lib.* 8. *tit.* 3. *de fin.* 8. *per tot.* Si quis vero pręmiſsâ proteſtatione officio judicis agere nolit, ſed velit legitimis actionibus experiri, interdicta poſſeſſo-
127 ria † omnium expeditiſſima, certiſſima, & commodiſſima eſſe opinamur. Nam quẽadmodum Gajus JC. in
128 terminis † poſſeſſionis adipiſcendæ & adquirendæ eá, qui deſtinavit rem petere, animadvertere debere reſpondit, an aliquo interdicto poſſit nanciſci poſſeſſionem, quia lõgè commodius ſit, ipſum poſſidere, & adverſarium ad onera petitoris compellere, quàm alio poſſidente petere, *l. ſi quis deſtinavit*, 24. *ff. de re vind.* ita
129 in negotio † retinendæ poſſeſſionis animadvertendũ eſt, ut aliquo interdicto poſſeſſionem noſtram conſervemus, quia longè commodius eſt in poſſeſſorio ſuperiorem eſſe, & poſſeſſionẽ rei judicatæ auctoritate firmare, & tum adverſarium ad onera petitoris compellere, *l. exitus, ff. de acquir. poſſ. l. incerti, C. de interd. l. ſi quis, C. ad L. Iul. de vi publ. l. ſed etſi, ff. de precar.* quam ſtatim in rem experiri, & cum adverſario non poſſidente petitorium ingredi, & dubium litis eventũ ſubire, *l. quod debetur*, 51. *ff. de pecul.* & petitorio vacuato nullam amplius poſt concluſionem in cauſa rei aliter recuperandæ ſpem habere, *Weſenb. conſ.* 7. *num.* 6. *part.* 1. *cum all.*

130 An autem † utilia interdicta recuperandæ & retinẽdæ in uno eodemq; libello cumulari poſſint, eſt quod
131 primùm quæritur, videbatur negandum, propterea † quod hæc poſſeſſoria judicia inter ſe penitus contraria ſint & incompatibilia, ut in individuo tenent, cumulationem negantes. *Meichſner. deciſ. Cam.* 2. *n.* 5. *tom.* 4. *Colerus conſ.* 54. *n.* 10. *Bero conſ.* 51. *n.* 2. *lib.* 3. interdictũ
132 † enim retinendæ præſupponit agentem poſſidere, *juxta notata in l. ſi de vi, ff. de jud.* judicio vero recuperandæ agens præſupponit, ſe antiquitus poſſediſſe, & nunc adverſarium poſſidere, *tex. in c. cum ad ſedem. de reſtit. ſpol.*

Qua

Qua tamen ratione non obſtante, utrumq; † inter- 133
dictum, videlicet, unde vi recuperandę, & uti poſſede-
tis retinendæ rectè cumulari poſſe putamus, *cum Me-
noch. de ret. poſſ. remed. 3. num. 507. Weſenb. conſ. 7. nu. 5.
part. 1. Gratus conſ. 50. nu. 14. lib. 1.* quia cumulatio, † 134
quæ eſt unius actionis cum alia coadunatio, *Coraſ. in l.
naturaliter, §. nihil commune, §. explicitu, n. 11. ff. de acq.
poſſ. H. Riminald. conſ. 434. n. 3. lib. 4.* regulariter † jure 135
permiſſa eſt, *Mod. Piſtor. conſ 30. n. 41. vol. 1. Nic. Everh.
Iun. conſ. 63. n. 33. vol. 1.* præſertim † ſi ex diverſis cau- 136
ſis contra eandem perſonam actiones cumulentur,
*Mynſing. reſp. 51. num. 9. decad. 6. Decius conſ. 212. nu. 3.
& ſeq. Cravett. conſ. 16. num. 8. Natta conſ. 138. num. 4.
tom. 1.* Atq; ita † in puncto ſeſſionis hæc duo remedia 137
conjungi & cumulari poſſe, reſponderunt *Lud. Gremp.
& Hier.* zum Lamb/ *in conſil.* von der Erbarn Frey- und
Reichs-Statt Seſſion/ ꝛc. *circa fin.* § So viel nun
erſtlich/ *& ſeqq.* & factum eſſe in Camera in cauſa Im-
ſing contra Hailbrun/ 20. April. An. 91. notat *Gylman.
tom. 3. ſymphor. verb. injuria, fol. 155.* Neque obſtat ſu-
pra allata ratio, quia † illa intelligenda eſt reſpectu 138
unius poſſeſſionis. Cum vero duę ſint poſſeſſiones, una
naturalis altera civilis, quæ quidem apud diverſos eſ-
ſe poſſunt, *l. ſi duo, in pr. ff. uti poſſidet.* Qui ergo † natu- 139
rali ſpoliatus fuit, cum civilem retinuerit, agere poteſt
interdicto recuperandæ, unde vi, nomine naturalis a-
miſſæ, petendo ſcilicet reſtitui poſſeſſionem, quatenus
de facto & re ipſa ſpoliata, & poſſeſſori adempta eſt,
Bald. in l. ſi de proprietate. num. 15. C. ſi non à comp. jud. Et
interdicto † retinendæ uti poſſidetis, pro civili re- 140
tenta, petendo, retineri ac relinqui imperturbatam
quatenus civilis poſſeſſio animo retenta fuit, & adhuc
retinetur, ſicut retineri animo civilis, quamvis amiſſa
naturali poteſt, *Covarruv. in c. poſſeſſor. in pr. n. 4. & ſeq.
de R. I. in 6. Pariſ. conſ. 126. num. 7. vol. 4. Weſenbec. conſ.
7. num. 5. part. 1. cum alleg.* Et in ſpecie, quod poſſeſſio
† vel quaſi ſeſſionis animo retineri poſſit, ſcripſit 141

Digitized by Google

142 *Schrader.conſ.4.num.156.vol.*1. Nec obſtat, † quod poſſeſſio vel q. ſeſſionis aliorumq́; jurium, non poſſit retineri animo, ſed ſtatim atq; actus contrarius celebratur ab adverſario, illa amittatur, ut docent *Bald.in l.ſi quis per ill. tex. ff. ſi ſerv. vind. Iaſon.in l.1.numer.46.*
143 *lim.4.C.de ſerv.fugit.* quia hoc tantum procedit † in
144 ſervitutibus realibus meris prædiorum, ſecus autem †
145 eſt in juribus perſonalibus meris vel mixtis, (quale † jus ſeſſionis, *Schrader.d.conſ.4.num.281.vol.4.*) talium enim jurium poſſeſſio vel quaſi ſolo animo retinetur, *Covarruv.lib.1.var.reſol.c.17.num.* 10. *& ſeq.Vaſquius illuſtr.controv.c.83.n.36.Cravett.conſ.4.n.5.* Secundò
146 poſſeſſio † vel quaſi jurium incorporalium, neq; per unum, neq; per plures actus vel acquiritur, vel amittitur, niſi intervenerit ſcientia, & patientia illius de cujus præjudicio agitur, *l.2.C.de ſerv & aqu. Fr. Aretin. conſ.42.n.4.Modeſt.Piſtor.conſ.* 51.*num.*10.*vol.*1. adeò ut nec una patientia præjudicet, *Bald.in c.cum acceſſiſſent,nu.55.extr.de conſtit.* Et in terminis præcedentiæ, *Farin.conſ.95.n.22 lib.*1. Hiſce itaq; non intervenien-
147 tibus † illius præcedentiæ poſſeſſio violenta & turbativa eſt, & conſequenter vitioſa, *Seraphin. Olivar.deciſ. 964.n.6.part.*1. Quod ſi vero quis omiſſa hac cumu-
148 latione ſolo † interdicto uti poſſidetis ſeſſionem ſibi debitam tueri velit, hoc maximè poterit, ut in individuo ſcripſerunt *Rebuff.in l.un.n.355.gl.1.C.de ſent.quæ pro eo quod intereſt. Azevedo ad conſt. Hiſp.lib.6.tit.2.in rubr.n.*107.*Boër.deciſ.*151.*n.*2.*Purpur.conſ* 540.*nu.*19. *lib.*2. Quo faciunt plenè notata *ſupra c.18.n.46.& ſeqq.* Atque hoc interdictum ad intentionem fundandam
149 ſufficere opinamur. Quamvis enim uti poſſidetis † interdictum ſit retinendæ poſſeſſionis civilis, quæ penes ipſum actorem eſt, *tex.in l.eſt igitur,ff.uti poſſid. Gylm.*
150 *deciſ* 33.*num.*12.*lib.*2. tamen per conſequentiam † eſt etiam recuperandæ, *l.1.§.inter ubi Bart.n.9.l.ſi duo,3.in*
151 *pr.ff.uti poſſid.* reſpectu † naturalis poſſeſſionis, quam adverſarius poſſidet, *Menoch.de retinend.poſſeſſ.remed.3. num.*26.

Digitized by Google

num. 26. *Bero conſ.* 102. *num.* 38. *vol.* 1. Qui ergo † ci- 152
vilem ſeſſionis poſſeſſionem animo retinuit, licet naturali poſſeſſione vel quaſi ſpoliatus ſit, utile habet interdictum uti poſſidetis, non ſolum ut in civili poſſeſſione defendatur, ſed etiam ut naturalis ſpoliata poſſeſſio ſibi reſtituatur, *Menoch. d. remed.* 3. *numer.* 23. *Socin. Sen. conſil.* 15. *num.* 3. *volum.* 4. *Natta conſ.* 419 *numer.* 2. *tom.* 2. Non enim civilem † turbari deſinit, qui 153
naturalem non reſtituit, *d. l.* 3. *in pr. ff. uti poſſid. l. naturaliter*, §. 1. *l. clam poſſidere*, §. *qui adil ff. de adquir. poſſ.*

Hoc tamen interdictum, ut rectè juſtificari poterit
requiritur, ut † is, qui illud intentari vult, in narra- 154
tione libelli ponat, ſe ſemper in poſſeſſione iſtius juris fuiſſe & adhuc eſſe, ac quamvis in eo turbatus ſit, & adhuc turbetur, civilem tamen poſſeſſionem animo retinuiſſe; Non enim ſufficit † poſſeſſio quantumcun- 155
que longæva de præterito in iſto interdicto uti poſſidetis, niſi probetur poſſeſſio vel quaſi de præſenti, vel tempore turbationis, §. *retinendæ*, & §. *commodum Inſt. de interdict. Menoch. de retin. poſſ. remed.* 3. *n.* 556 *Cornens conſ.* 6. *n.* 3. *vol.* 3. *Cacheran. deciſ.* 43. *per tot.* Secundò, † 156
quia reus plerunq; excipiendo probat ſe poſſidere, requiritur, ut actor in narratione libelli ponat, quãdiu, quo jure & titulo ſeſſionis præeminentiã habuerit, & adhuc habeat; quando † enim actor & reus pariter ſe 157
poſſidere aſſerunt, tunc utile eſt de dominio vel quaſi probare: Nam ſi † utriuſq; partis probationes in inter- 158
dicto uti poſſidetis pares fuerint, vincit attamẽ is, qui titulum & dominium pro ſeſe adducere poterit, *Menoch. d. remed.* 3. *n.* 733. & *ſeq. Gylm. deciſ.* 13. *n.* 32. *lib.* 1. *Pruckm. conſ.* 22. *n.* 23. & *ſeqq. vol.* 2. *H. Riminald. conſil.* 573. *in* 15. *lib.* 5. Item † in hoc interdicto vincit cæteris 159
paribus ille, qui probat de antiquiori poſſeſſione, *Menoch. d. rem.* 3. *n.* 725. *Hier. de Monte de fin. reg c.* 67. *nu.* 2. *Curt. Iun. conſ.* 168. *num.* 32. *part.* 2. quia illa † cenſenda 160
eſt juſtior, alia vero, hoc eſt poſterior præſumitur clan-

Digitized by Google

deſtina, *Matth. de Afflict. deciſ.* 363. *num.* 3. *& ſeq. Curt.*
161 *Sen. conſ.* 24. *num.* 1. *part.* 1. Tertiò † in hoc remedio retinendæ duo extrema habilia requiruntur, quę ſunt probanda ab actore, ſcil. poſſeſſio ex parte agentis, ut modò viſum eſt, & turbatio ex parte rei conventi, *Maranta de remed poſſeſſor. n.* 13. *Menoch. d. remed.* 3. *n.* 559. *cum alleg. Maſcard. de probat. vol.* 3. *concl.* 1197. *num.* 25.
162 *Alexand. conſ.* 136. *num.* 7. *lib.* 2. Probatur † autem turbatio non ſolùm opere & facto, ſed & verbis, diffamationibus & jactationibus, *Cothman. reſp.* 47. *n.* 7. *vol.* 4. *Bero conſ* 55. *num.* 21. *vol.* 3.

Hiſce requiſitis in narratione libelli poſitis annecti
163 debet concluſio, quæ tria † debet continere, ſcilicet, quod reus à moleſtatione deſiſtat, quod in futurũ non moleſtet, & quod condemnetur ad intereſſe præteritæ moleſtationis, *Menoch. d. remed.* 3. *n.* 455. *Gylman. deciſ.* 1. *n.* 27. *lib.* 2. *Bero conſ.* 49. *num.* 9. *vol.* 3. Adde quartum
164 † quod reſtituat omnia ablata, item naturalem poſſeſſionem vel quaſi, *per ſupra dicta, & Bart. in l.* 1. §. *interdictum, n.* 2. *&* 9 *ff. uti poſſid. Weſenbec. in par. ff. ad tit. uti poſſidetis, num.* 5.

165 Tertium remedium, † quo quis ſeſſionem ſuam tueri poſſit eſt remediũ, *c. reintegranda*, 3. *q.* 1. quia et-
166 iam † competit pro recuperanda poſſeſſione rerũ incorporalium, *Soc. Sen. conſ.* 187. *n.* 24. *lib.* 2. *Bero conſ.* 54.
167 *n.* 1. *vol.* 3. Atq; in terminis, † quòd cõpetat ipſis, qui à poſſeſſione ſeſſionis dejecti ſunt, reſponderunt *Lud. Grem. & Hier.* zu Lamb/ *in d. reſponſ. de ſeſſione liber. civ.*
168 *Imp. circa fin.* Et quod concedatur † patrono Eccleſiæ, qui ſedem in Eccleſia habuit & ab ea dejectus fuit, tenet *poſt Fr. Marci deciſ.* 275. *parv.* 1. *Menoch. de recup. poſſ.*
169 *remed.* 15. *num.* 45. eſtque magis generale † & pinguius, quàm ſunt alia poſſeſſoria recuperandæ, *Bero*
170 *conſ.* 56. *nu.* 35. *vol.* 3. quia generaliter, † impersonaliter atq; indefinitè diſponit, ſpoliatum ante omnia eſſe reſtituendum, *Natta conſ.* 562. *n.* 1. *tom.* 3. *Bero conſ.* 56. *num.* 8. *vol.* 3.

Secun-

Digitized by Google

Secundò † remedium c. reintegranda perpetuum 171
eſt & nulla conditio tēporis tollere iſtud poteſt, *Alex. conſ. 6. n. 16. lib. 3. Bero conſ. 56. n. 40. vol. 3.* quod tamen
† intelligunt Dd. ſc, quod non præſcribatur ſpatio 30. 172
annorum, *Cardinal. Tuſch. tom. 1. pract. concl. 45. nu. 87. lit. c. Balbus de praſcr. 4. part. 4. primo. q. 24. per tot. Decius conſ. 302. nu. 24.* Tertiò † etiamſi quis poſſeſſionem 173
ſeſſionis ex negligentia perdiderit, tunc ſive bona fide, ſive mala ſive cum titulo, ſive ſine titulo talis poſſeſſio deveneritad alium poteſt intentari condictio c. reintegranda, *Adr. Neguſant. in ſylv. reſponſon. quaſt. 230. num. 17. Capell. Tholoſ. deciſ. 488. numer. 1. Bero conſil. 61. num. 19. vol. 3.* Nec tenetur † probare injuſtitiam 174
amiſſionis poſſeſſionis, quia præſumitur eo ipſo quo non probatur contrarium, *Capell. Tholoſ. d. deciſ. 488. n. 1.* Sed ſufficit † probare 1. ſe antiquitus poſſediſſe, 175
(quia antiquiori poſſeſſione probata, dicitur probata ſpoliatio re ipſa, *Riminald. Iun. conſ. 9. nu. 1. lib. 1. Decius conſ. 302. num. 22. Alexand. conſ. 6. num. 5. & ſeq. lib. 3.*)
2. & adverſarium † jam poſſidere, *Bero conſ. 15. num. 3.* 176
vol. 3. & conſ. 61. num. 9. vol. 3.

An autem remedium c. reintegranda cum interdicto retinendæ poteſt cumulari? & poſſe † conſuluit 177
Decius conſ. 302. per tot fere vol. 2. & in genere, † quod 178
c. reintegranda & interdictum unde vi, aliæque remedia poſſeſſoria cumulari poſſint, docet *Fr. Vivius lib. 1. comm. opin. 173. num. 3.* & in puncto ſeſſionis † ita 179
reſponderunt *Lud. Gremp. & Hier.* zum Lamb *in d. reſponſ. de ſeſſ. civ. Imp. circa fin.*

Deniq; ut poſſeſſionis remedia finiam, poterit interim, ne partes litigantes deſuper ad arma deveniãt, ſequeſtrari poſſeſſio vel quaſi juris præeundi, *Modeſt.* 180
Piſtor. conſ. 51. num. 11. vol. 1. Eſt enim † quaſi poſſeſ- 181
ſio in ejuſmodi juribus præeundi & præcedentiæ incorporalibus, nihil aliud, quàm uſus juris, *l. final. ff. de ſervitut.* quo utrique interdicto, ipſa quoque quaſi poſſeſſio interdicta & ſequeſtrata videtur. Quoties enim

Digitized by Google

182 enim † quis non admittitur ad exercitium iſtius juris, in cujus quaſi poſſeſſione eſt, dicitur amittere quaſi poſſeſſionem, *Fr. Ripa in rep. c. cum Eccleſia, numer. 9.*
183 *notab. 7. de cauſ. poſſ. & ſequeſtr.* Poterit etiam † peti cautio de non impediendo in uſu hujus juris, donec cauſa principalis fuerit deciſa, *Modeſt. Piſtor. conſil.* 51. *num.* 22. *vol.* 1. Atque hactenus de remediis poſſeſſoriis, petitorium quod attinet, ſi eo quis experiri & ſeſſionem ſibi debitam vendicare velit, tum competunt
184 actio † utilis confeſſoria, & negatoria. Quæ † a-
185 ctiones remedia petitoria ſunt, *Bero conſ.* 19. *num.* 14.
186 *vol.* 1. & non tantum † pro ſervitutibus, ſed etiam pro quovis jure incorporali competunt, *Ant. de Padilla in l. ſi quas actiones, nu* 64. *& ſeq. C. de ſerv. & aqu. Ioan. del Caſtillo de uſufructu, c.* 7. *num.* 4. *Vult. conſ.* 30 *num.* 12. *vol.* 2. *M. Cothman reſp.* 1. *num.* 17. *vol.* 4. *cum all.* Petitorium etiam intentari videtur, ſi quis in libello ita
187 ponat, † daß Reus jhme an ſeinen wol erlangten habenden Kayſerlichen vnd Königlichen Privilegien/ des Adels oder Seſſion halber vnbillichen Jntrag zuthun offtermahls vnterſtanden. Ubi enim de privi-
188 legio † agitur petitorium tractari videtur, *Contard. ad l. un. quæſt.* 13. *nu.* 76. *& ſeqq. C. ſi de mom. poſſ. Meichſner. deciſ.* 33. *num.* 22. *lib.* 3. *Roland. à Valle conſ.* 6. *nu.* 50. *vol.* 4. Tenetur tamen, qui actionem confeſſoriam vel ne-
189 gatoriam intendat, nonnulla requiſita † proponere & probare, quæ poſt alios in actione confeſſoria adnotarunt, *Caſtillo d. tr. de uſufruct. n.* 5. *& ſeqq. Cothman. conſ.* 47. *nu.* 3. *& ſeq. vol.* 4. in actione negatoria, *Guido Papa deciſ.* 28 *per tot. Mynſing. reſp.* 11. *num.* 3. *& ſeqq. nu.* 12. 14. *decad.* 2. *Cothman. reſp.* 1. *num* 8. *& ſeqq. vol.* 4. ad quos nos brevitatis cauſa remittimus. An autem †
190 interdictum uti poſſidetis pro juribus ſeſſionis, cum negatoria vel confeſſoria cumulari poteſt? Si quis affirmaret, forte non eſſet ponere os in cœlum, ut Dd.
191 dicunt; quoad jura † enim incorporalia affirmant, *Ferrar. in pract. in forma act. confeſſor. circa fin. rubr. Ad*

non

Digitized by Google

non turbandam, Gylman. deciſ. 7. n. 1. part. 2. Meichſn. deciſ. 33. n. 25. tom. 5. An Nobilis cui honor debitus denegatur, utpote quod poſtpoſitis omnibus ultimo loco collocetur, actione injuriarum agere poteſt? Negant † *Ioh. Faber. in §. aliam. Inſt. de bon poſſ H. Hartm. lib. 2. pract. obſ. 4. nu. 2. tit. 49. Caſſan. in catal. glor. mund. p. 1. conſid. 38. concl. 29. & in conſuet. Burg. rubr. 6. §. 4 nu. 17. & ſeq.* per reſponſum Labeonis *in l. injuriarum, 13. § ſi quis, 4. ff. de injur.* ubi quæritur. Si quis de honoribus decernendis alicujus paſſus non ſit decerni, an injuriarum teneatur? Et ait Labeo non teneri, quamvis hoc contumeliæ cauſa faciat. Etenim multum intereſt (inquit) contumeliæ cauſa quid fiat, an vero fieri quid in honorem alicujus quis non patiatur. Ajunt vero † *Bald. in l. obſervare, §. antequam, n. 3. ff de off pro conſ. Bajard. in addit. ad Iul. Clar. §. injuria, num. 6. Gratian. tom. 1. diſcept. for. c. 110. nu. 23.* quemadmodum † ſi Nobili ſcamnum ſublimius in Eccleſia removeatur, eum propter talem amotionem injuriarum agere poſſe reſpõdit *Paul. Pariſ. conſ. 194. n. 13. & ſeqq. & per tot. ferè, vol. 4.* cum † injuria etiam rei, & juri incorporali inferatur, *l. ſi ſtatua, 27. ff. de injur.* & nedum verbo, ſed re & facto committatur, *l. 1. §. 1. l. lex Cornelia, 5. §. ſi quis, 9 ff. eod.* Nec obſtat † *l. injuriarum, 13. §. ſi quis, 4 ff. de injur.* loquitur enim in eo, qui impedit, ne alicui honor decernatur, talis enim non tenetur actione injuriarum, quãvis hoc cauſa contumeliæ faciat, quia dat impedimẽtum antequã ſedes ſunt poſitæ, & ſic prius, quam honor ſit delatus. Aliud † quando quis prohibet honorem præſtari ei, qui eſt in quaſi poſſeſſione illius, tunc enim eſt orta actio injuriarum, *pro ut diſtinguunt Purpuret. in l. 1. num. 93. ff. de juriſd. omn. jud. Gratian. tom. 2. diſceptat. c. 210. n. 53. & ſeqq.* Nam, † *juxta c. quemadmodum, §. 1. extr. de jurejur.*

192 193 194 195 196 197 198

Turpius ejicitur, quàm non admittitur hoſpes,

quod allegant *Iac. Thoming. conſ. 38. n. 141. vol. 1. Curt. Iun. conſ. 108. nu. 23. p. 2. Menoch. conſ. 272. n. 31. tom. 3.*

An

199 An actio furti locum habet? Et quod quis alterius † locum furari, & illius ſedem occupare poſſit, tenet *Ioh. Boniſac. tr. de furt. §. corporalis, 7. n. 55. cum alleg.* de qua re in Evangelio, *Matth. c. 22.* Amice, quomodo huc intraſti, non habens veſtem nuptialem? Qui verò ita
200 alterius ſedem occupat, huic † vulgaris verſiculus objici poteſt, *quem recitat poſt Plateam, in l.* 1. C. *ut dign. ort. ſerv. Gail. 1. obſ. 21. n. 22.*

Tali ſede ſede, ne dicam, ſurge, recede.

AD CAPUT XX.

SUMMARIA.

1. *Paria ſunt, non eſſe nobilem vel jus nobilitatis non apparere.*

2. *Nobilitas non naturaliter ſed ex accidenti ineſt.*

3. *Nobilium nemo ex cœlo lapſus.*

4. *Nemo patritiorum de cœlo miſſus.*

5. *Princeps contra omnes tanquam plebejos habet intentionem fundatam.*

6. *Nobilitas non præſumitur, ſed probanda eſt.*

7. *Probatur Nobilitas* 1. *per inſtrumentum, vulgò* Wapen-Brieff. *Limitatur, n. 20. Declaratur, n. 23.*

8. *Verba enunciativa Principis probant nobilitatem.*

10. *Decantata Dd. formula de vi inſtrumentorum, num. 11. & ſeqq.*

16. *Poſſeßio per inſtrumenta non probatur.*

17. *Neque inſtrumenta probant genealogiam necvam.*

18. Neq.

18. *Neque literas inveſtiturarum, maximè ſi tertio præjudicent.*

21. *Miraculoſum eſt, ut credatur teſtimonio pellis mortuæ.*

22. *Nobilitas è cera miniata & papyro conſtans quæ.*

24. *Probatur per teſtes, maximè ſi ſint nobiles, n. 25. & ſeqq.*

28. *Et quidem regulariter per duos, n. 29.*

30. *Alii plures adhiberi volunt, & quidem tres, n. 31.*

27. *Pauci nobiles de nobilitate deponentibus præferuntur multis ſingularibus contrarium deponentibus.*

33. *Probatur 3. per Chronica ſeu documenta in Archivis reperta.*

34. *Iis enim in antiquis creditur.*

35. *Maximè quando quis pro illis ſcribendis fuit deputatus.*

36. *Probatur per libros hiſtoricos.*

37. *Libri hiſtorici probant, ſed non quo ad effectum decidendi, n. 38.*

39. *Probatur per monumenta, & inſcriptiones ſepulchrorum.*

40. *Præſertim ſi publica authoritate facta ſint.*

41. *Probatur per libros genethliacos, & Natales, n. 42. & ſeqq.*

47. *Probatur per matriculam. Dummodo alia non obſtent, num. 58.*

48. *Matricula transfert onus probandi in adverſarium.*

49. *Negativa poteſt probari ex inſpectione matriculæ.*

50 *Quem-*

Digitized by Google

50. *Quemadmodum & affirmativa.*

51. *Per matriculam probatur, quod quis ſit ſtatus imperii, ſtudioſus, civis, mercator, miles, notarius, n.25. & ſeqq.*

59. *Matriculæ non probant, niſi juſtæ & rectæ ſint.*

60. *Notæ ejus ſunt, ut ſit ſcriptura publica & authentica.*

61. *Vt ordinum aut ſuperiorum authoritate confecta.*

62. *Vt ex archivo publico deprompta.*

63. *Probatur per præſcriptionem immemorialem, num.64.*

64. *Controvertitur, num.66.*

67. *Vis & operatio præſcriptionis immemorialis adnectitur, n.68. & ſeqq.*

Poſſeſſio immemorialis exhibet titulum in nobilitate probanda.

75. *Probatur per communem reputationem patriæ, num.76.*

77. *Ita ut is nobilis ſit, qui pro tali reputatur, donec contrarium probetur.*

78. *Literæ privatorum tertio non præjudicant.*

79. *Tituli nullo conſtant pretio.*

80. *In epiſtolis* Domini *vocantur, qui Domini non ſunt, num.82.*

81. *Actus amicitiæ poſſeſſionem non tribuunt.*

83. *Fallit ſi inſcriptiones habeantur antiquæ.*

84. *Si iſta reputatio immemorialis fuerit.*

85. *Si à* Nobilibus *appellentur conſanguinei.*

86. *Si cum nobilibus affinitatem contrahant.*

87. *Si eadem inſignia cum nobilibus gerant.*

88. Ex

88. *Ex armorum identitate agnatio præſumitur.*

89. *Probatur per notorietatem & evidentiam.*

90. *Nobilitas manifeſta non debet probari, ſed allegari, n. 91. & ſeqq.*

94. *Notorius nobilis quis appelletur, n. 95.*

96. *Sententia facit ex nigro album, ex albo nigrum.*

97. *Ex non ente ens, & exinde pro veritate habetur, n. 98.*

99. *Probatur per famam, n. 103.*

100. *Ita ut conſtituat in q. poſſeſſione, & transferat onus probandi in adverſarium.*

101. *In antiquis fama plenè ac ſufficienter probat, n. 102.*

104. *Probationes leviores admittuntur.*

106. *Probatur nobilitas per indicia.*

107. *Quæ requirantur ut fama plenè probet.*

108. *Probatur per actus majorum quaſi poſſeſſorios.*

110. *Actus diſtinguuntur ſecundùm varias terrarum conſuetudines.*

111. *Quot actus requirantur, explicatur, num. 112. & ſeqq.*

116. *Actus quàm neceſſarii ſint.*

117. *Verbalis reputatio parum operatur.*

118. *Realis multum operatur.*

119. *Non conſtituit rem in vero.*

120. *Conſtituit tamen in quaſi poſſeſſione juris.*

121. *In q. poſſeſſione conſtitutus, transfert onus probandi in adverſarium, n. 122.*

123. *Dum iſta q. poſſeſſio ſit ſine contradictione.*

125. *Facilius eſt ut nobilitas probetur, quàm concedatur.*

126. *Ideoq; in probanda nobilitate, ſingula quæ non proſunt juncta probant, n.127.*

Caput XX.

Quibus modis Nobilitas probetur.

ATque hæc de actionibus, quibus fruſtra experitur Nobilis, niſi ſimul intentionem nobilitatis comprobaverit. Nam *ut ait Iuvenal. lib. 3. Satyr. 8.*

Collapſa ruunt ſubductis tecta columnis.

1 Paria † autem ſunt, non eſſe nobilem, vel jus nobilitatis non apparere, *per tradita Ancharan. quæſt. 50. num. 12. lib. 3. Fr. Viv. deciſ. 34. n. 1. lib. 1. Cacheran. deciſ. 129. num. 9. Cavalcan. deciſ. 39. num. 43. & ſeqq. libr. 1.*
2 Nam cum Nobilitas † ſit qualitas quædam intrinſeca, ſeu adventitia, quæ non naturaliter, ſed ex accidenti ineſt, *Tiraquell. de nobil. c. 10. num. 13. & ſeq. Cabedo deciſ. 73. n. 10. part. 2. Rota Bononienſ. deciſ. 30. nu. 96. Menoch. conſ. 312. num. 11. & ſeqq. lib. 4.* quandoquidem
3 nemo † nobilium ex cœlo lapſus, *Bruckman. conſ. 50.*
4 *nu. 594. vol. 1.* nemo Patritiorum † de cœlo miſſus, *Canulejus apud Livium lib. 4. hiſtor. Rom.* ita ut Princi-
5 pes † de jure communi contra omnes tanquam plebejos fundatam intentionem habeant, *Guttierez lib. 3. & 4. pract. quæſt. 14. num. 55. Ioſeph. de Seſſe deciſ. 2. num. 8.*
6 *part. 1.* nunquam præſumitur, † ſed plenè probanda eſt, *l. ſtatum 6. ff. de fid. inſtrum. l. 1. ff. de probat. Menoch. lib. 6. præſ. 60. per tot. Maſcard. de probat. concl. 1094. num. 1. & ſeqq. vol 2. Chaſſan. ad conſuet. Burg. rubr. 4. §. 20. tex. Entre toutes autres gens. n. 1. & ſeq. Burſat. conſ. 62. n. 24. lib. 1. Curt. Sen. conſ. 18. n. 1. part. 1.*

I. Pro-

I.

Probatur autem Nobilitas † per inſtrumentum, 7
ulgò Wapenbrieff/continens conceſſionem nobili-
tatis, Azevedo ad conſt. Hiſp. lib. 6. tit. 2. rubr. n. 213. 238.
& ſeq. Guttierez. lib. 3. & 4. pract. q. 17. nu. 151. Decian.
reſp. 66. n. 57. & ſeqq vol. 3. Farinac. conſ. crim. 248. n. 1.
& ſeqq. lib. 1. Verba enim enunciativa † Principis di- 8
centis aliquem eſſe Nobilem, probant nobilitatem,
Ant. Faber. in Cod. lib. 9. tit. 28. defin. 15. num. 1. Bapt. La-
derch. conſ. 107. num. 2. Atqui inſtrumenta † ſunt ta- 9
lia, præſertim in antiquis, Decius conſ. 146. n. 14. Jaſon.
conſ. 114. n. 11. & ſeqq. vol 1. Cephal. conſ. 608. num 17.
& ſeqq. lib. 4. Hinc decantatæ Dd. formulæ, quibus in-
ſtrumentum † aſſeritur probatio prompta & præſens, 10
Hipp. Riminald. conſ. 52. n. 108. & ſeqq. lib. 1. Fab. de An-
na conſ. 73. num. 1. cum alleg. probatio † probata, non 11
probanda, Olivar. Razzal. deciſ. 1134. num. 2. p. 2. Tho-
ming. conſ. 27. num. 7. vol. 1. Hondeda. conſ. 89. num. 16.
vol. 1. Bertrand. conſ. 192. num. 11. & ſeqq. vol. 2. part. 2.
Evidens, † evidentiſſima, Borcholt. conſ. 29. partic. 1. 12
Burſat. conſ. 349. num. 9. lib. 4. Surdus conſ. 192. num. 13.
lib. 2. manifeſta, † manifeſtiſſima, Cavalcan. deciſ. 45. 13
n. 22. p. 1. Decian. reſp. 72. num. 4. vol. 2. Ant. Galeat. conſ.
106. n. 2. vol. 1. liquida † & notoria probatio, Decian. 14
reſp. 2. num. 96. vol. 1. Alexand. conſ. 119. numer. 5. lib. 2.
ita ut non † immeritò nominetur à Baldo, noli me 15
tangere, conſ. 249. circa fin. lib. 1. Grammat. deciſ. 45 n. 9.
& ſeq.

Veruntamen, cum generaliter verum ſit, poſſeſſio-
nem † per inſtrumenta probare conari fruſtra eſſe, 16
l. prædia 48. ff. de acquir poſſ. Zuchard. tr. de miſſ in poſſ. nu.
433. Alb. Brun. conſ. feud. 20. num. 20. vol. 1. quod & in
genealogiæ † nova, Menoch. conſ. 732. num. 23. libr. 8. 17
Cacheran. conſ. 10. n. 1. & ſeq. & literis † inveſtitura- 18
rum verum eſt, Guido Papa deciſ. 415. numer. 2. Menoch.
conſ. 701. num. 14. lib. 8. Cothman. conſ. 56. nu. 41. vol. 1.
maximè † ſi vergant in præjudicium tertii, Cavalcan. 19

deciſ.23.num.73.p.2.Pruckman.conſ.22.n.173.Weſenb
20 *conſ.21.num.54 p.1.*vel ſi † inſtrumentum ſimplicite[r] tantum narret aliquem eſſe nobilem, *Mod. Piſtor. conſ.*
21 *51.num.15.vol.1.* cum miraculoſum ſit, † ut credatur teſtimonio pellis mortuæ, *Sig. Scacc. tr. de judic. lib. 1.cap.63.num.1.verſ.ſed nimiù. Cravett.conſ.56.num.21 part.1.* Quare ad probandam nobilitatem non ſufficit, ut quis literas à Principe nobilitatis cauſa impetratas
22 proferat, alioquin erit Nobilitas † è cera miniata & papyro conſtans, *ut loquar cum Hadr. Iun. in deſcript. Batav.c.19.verſ. At apud Principes,* ſed oportet, ut hæc
23 tria † concurrant, I. Quod nobilitas directò à majoribus deſcendat, II. Quod majores pro nobilibus habiti fuerint, III. Et quod ipſe talem ubiq; ſe geſſerit, *Bon. de* Curtil. *tr. Nobil. p. 6. nu. 9. Maſcard. de prob. concl.1094.n.12. Caſſan. in Catal. glor. mund. p.8. conſid. 16. verſ. Et ideo, Marcell. Cala de modo artic. & prob. §. 2. gl. un. n. 256. & ſeqq.*

II.

24 Per teſtes, † *Maſcard. d. concl. 1094. num. 12. Cabedo deciſ 3. num. 11. & ſeqq p.2. Fr. Marci deciſ 805 nu.4. tom.2. Menoch. conſ. 1261. num. 11. lib. 13. Bertrand. conſ.*
25 *302. num 10. vol. 4.* Et quidem † per teſtes nobiles, ſi haberi poſſunt, tum quod melius noſcant ſui ſimiles,
26 *Gylman. in Symphor. tom.2.p.1.vot.30.num.*182 tum † ne quid falſitatis excogitetur aliis teſtibus inductis, corruptis fortè pecunia vel gratia, quæ non ſunt ſuſpicanda in Nobilibus, *per tex. in c. un. §. item. 2. verſ. præterea. de not feud. 2. F. 58. Scipio deciſ. Spirenſ. 98. lib. 3.*
27 Imò pauci † Nobiles de nobilitate deponentes, præferuntur multis ſingularibus contrarium deponentibus, *Burſat. conſ. 321. num. 62. vol. 3.* Probatur autem
28 regulariter † per teſtes duos, *arg. c. un. §. 1. ſi de inveſtitur. inter dom. & vaſall. 1. F. 26. c. un in pr. quid ſit inveſtitur. c. un. §. quod autem, in fin. de not. feud. 2. F. 58.* Ubi
29 autem † numerus teſtium expreſſus non eſt, duo ſufficiunt, *l. ubi numerus. 12. ff. de teſtib. c. ſi teſtes. q. 2. & 3. §.*

ubi

ubi numerus, quoniam pluralis locutio duobus cō-
tenta eſt, c. pluralis, 40. de R.I. in 6. Rei gravitas & mo-
mentum, quod hîc agitur, movit † aliquos, ut plures 30
adhibendos voluerint, arg l. ult. verſ cum enim, C. de fi-
dei com. P. Friz de Nobil. civil. concl. 27. lit. b. Gothofred. in
prax. civ. lib. 1. tit. 5. de ſtat. hom. Et quidem † tres, duos 31
ad nobilitatem probandam, tertium, qui tollat præ-
ſumptionem contrariam, Garſias de Nobil. gloſſ. 2. §. 1.
num. 38. Ioſeph. de Seſſe deciſ. 2. num. 10. part. 1. ſed ne-
ceſſitatem † ne nobis faciant, qui conſultius id fu- 32
turum damus.

III.

Per Chronica † ſeu documenta in publicis archi- 33
vis reperta, Guttierez. lib. 3. & 4. pract. quæſt. 13. nu. 23.
Decian. reſp. 66. num. 54. lib. 3. Coler. conſ. 42. num. 76. &
ſeq. Menoch. conſ. 1261. num. 1. lib. 13. iis enim † in an- 34
tiquis creditur, Nicol. de Paſſer. tr. de privat. ſcriptura, lib.
5. quæſt. 6. tit. de lib. Chron. per tot. Garſ. Maſtrill. deciſ. 43.
per tot. Thoming. conſ. 26. num. 22. vol. 1. Cacheran. conſ. 3.
num. 4. Natta conſ. 636. n. 91. tom. 3. maximè † quan- 35
do quis pro illis ſcribendis fuit deputatus, Nevizan.
conſ. 12. num. 80. inter conſ. feudal. Bruni. Ad hanc claſ-
ſem referuntur, † I. Libri hiſtorici, Ioan le Cirier de 36
primog. q. 10. num. 8. lib. 1. Pacian. conſ. 20. nu. 91. Everh.
Iun. conſ. 41. n. 8. vol. 1. à majoribus † enim ſcriptis, 37
nos quoq; fidem adhibere debemus, Rod. Suarez. alleg.
8. num. 21. Gratus reſp. 9. num. 5. & 7. lib. 1. Menoch. conſ.
1. num. 274. Fab. Turret. conſ. 14. n. 14. 15. 19. & ſeq. lib. 1.
quod tamen fallit † quo ad effectum determinandi 38
vel decidendi, poſt Bart. & Angel. Gylm. deciſ. Cam. 11.
num. 7. lib. 1. Unde ſi quis ex hiſtoria Julii Cæſaris, lib. 4.
de bell. Gall. fol. 142. probare vellet, Rhenum fluvium
eſſe limites Romani Imperii, hoc non crederetur, ut
ait Zaſius conſ. 16. num. 1. lib. 2. II. Monumenta, † 39
& inſcriptiones ſepulchrorum, arg. l. monumentorum,
6. C. de relig. & ſump. fun. Farinac. deciſ. crim. 290. nu. 8.
Gratus d. conſ. 9. n. 10. lib. 1. Menoch. conſ. 1261, num. 13.

40 lib. 13. præſertim † ſi publica authoritate monumenta ſint facta, Tholoſan. lib. 47. Syntagm. jur. c. 10. num. 2. & ſeq. veluti ſi στήλαι, Plinius meminit lib. 6. c. 29. III. Li-
41 bri genethliaci † Stambücher/ Gaill. 2. obſ. 149. n. 7.
42 cum alleg. IV. Libri natales, † Geburtsbrieff/ quibus olim parentes natos ſibi liberos apud acta profitebantur, l. circa. 14. ff. de prob. Sfort. Oddi de reſtit. in in-
43 tegr. q. 37. num. 48. Et apud † Venetos Menoch. libr. 2.
44 præſ. 51. num. 4. & Florentinos † inter Nobiles adhuc in uſu eſt, Quintil. Mandoſ. in com. ad regul. cancell. 18. q.
45 9. Grammat. deciſ. 48. in fin. Cujuſmodi acta † tabularia vocat Virgil. lib. 2. Georg. libros actorum Iuvenalis
46 in Satyr. & reponebantur † ea olim in templo Saturni, quod inde φυλακτήριον συμβολαίων dicebatur, teſte Plutarcho.

IV.

47 Per Matriculam † Nobilium, arg. l. 1. & 2. C. de primicer. Ioſeph. de Seſſe deciſ. 143. num. 3. part. 2. Decian. reſp.
48 66. num. 5. vol. 3. Ita ut † quaſi poſſeſſionem tribuat, & onus probandi in adverſarium transferat, Ioh. Garſias de Nobil. gloſſ. 4. n. 8. & ſeqq. Gylman. deciſ. 40. n. 14. & ſeqq. lib. 2. Fab. de Anna conſ. 30. num. 27. Quemad-
49 modum enim negativa † poteſt probari ex apertura & inſpectione matriculæ, Fr. Herculan. tr. de proband. negativ. num. 168. & ſeq. Vultej. conſil. 30. num. 13. vol. 3. M. Cravett. conſ. 138. num. 5. Natta conſ. 45. num. 3. tom.
50 1. Cephal. conſ. 631. n. 17. & ſeq. lib. 5. Ita multo † magis probatur affirmativa, quod quis ſit talis, Trenta-
51 cinq. lib. 2. var. reſol. 2. de fid. inſtr. per tot. puta ſtatus † Imperii, Gail. 1. obſ. 21. num. 2. Gylman. deciſ. 54. num. 1. lib. 2. Gœdde. in Reſp. de Baron. Vallendar. num. 211. Nic.
52 Everh. Iun. conſ. 23. num. 24. & ſeq. vol. 1. Studioſus, † Adr. Neguſant. in ſylv. reſponſor. quæſt. 389. n. 7. Cothman. reſp. 49. per tot. H. Riminald. conſ. 689. n. 24. lib. 6. Menoch.
53 conſ. 98. num. 50. lib. 1. Civis † Maſcard. de probat. concl.
54 1297. Schrader. conſ. 5. nu. 65. vol. 1. Mercator, † Azevedo ad conſt. Hiſp. lib. 2. tit. 16. num. 7. leg. 1. Chaſſan. ad conſuet.

onſuet. Burg. rubr. 4. §. 1. tex. ſi elle n' eſt marchande, n. 3. Miles, † ſc. ex arrollatione, quam vocant, *l. ex eo tem- 55
pore. 42. ff. de teſt. mil.* Cohortalis, † *l. quicunq;, 10. C.* 56
de cohortal. l. 2. & 3. C. de commeat. Notarius, † *Menoch.* 57
lib. 2 præſ. 78 num. 3. atque ita etiam Nobilis dum mo-
do † alia non obſtent, *Iaſon. in l. Barbarius, 3. n. 56. ff.* 58
de off. prat. Decian. reſp 66. n. 55. vol. 3.

Matriculæ autem non probant, niſi † juſtæ & re- 59
ctæ ſint, *Cothman. reſp. Acad. 47. num. 50.* Notæ ejus
ſunt, ut † ſit ſcriptura publica & authentica, *Til. de* 60
Benign. decad. 4. vet. 1. numer. 21. Frid. Mindan. lib. 2. de
mandat. c. 77. num. 20. Ut † ordinum aut ſuperiorum 61
authoritate confecta, *Denaiſ. in jur. Cam. tit. 191. §. 9.*
Maſcard. de probat. concl. 1037. num. 6. Meichſner. deciſ.
6. num. 11. & 13. tom. 3. Ut † ex archivo publico de- 62
prompta, *Hier. de Monte defin. regund. cap. 62. num. 3.*
Nicol. de Paſſerib. libr. 1. de privil. ſcriptur. quæſt. 3. nu-
mer. 6.

V.

Per præſcriptionem † ſeu poſſeſſionem immemo- 63
rialem, *Caſſan. in Catal. glor. p. 8. conſid. 20. Azevedo ad*
conſt. Hiſp. lib. 6. tit. 2. rubr. num. 116. & ſeqq. Bon. de Cur-
til. tr. nobil. p. 3. num. 132. & ſeq. Maſcard. de prob. concl.
1094 num. 2. Ioſeph. de Seſſe deciſ. 6. num. 21. & ſeqq. p. 1.
utpote † quemadmodum Menander dicebat, qui 64
propter aliquam loci mutationem, aut amicorum pe-
nuriam avos ſuos recenſere non poſſunt, *Sim. Simon.*
de vera nobil. c. 2. p. 19. Diſſentire videtur † *Fr. Balb. tr.* 65
de præſcript, 1. part. 6. part. pr. n. 8. qui dignitates præſcri-
bi non poſſe ſtatuit, propterea quod † in dignitatum 66
occupatione mala fides tranſeat in ſucceſſores, *Weſ.*
conſ. 8. num. 33. part. 1. At prior ſententia magis recepta
eſt, quia immemorialis illa præſcriptio habet vim † 67
privilegii à Principe legitimè obtenti, *Garſias de Ex-*
penſ. c. 9. num. 17. & ſeqq. Hier. à Laurent. deciſ. 128 n. 23.
Natta conſ. 640. num. 34 tom. 3 vim † conceſſionis à 68
Principe factæ, *Mynſ. 1. obſ. 30. Cravett. conſ. 10. n. 11.*

Pacian.conſ.20.num.59.& ſeqq. Everh.Iun.conſ.10.nu.
67 *13.vol.1. Alexand.conſ.24.num.14.& ſeqq.lib.5.* vim † regii aſſenſus, *Cothman.reſp.79.num.72.vol.2. Cephal.*
68 *conſ.26.num.3.lib.1.* vim * duorum vel trium teſtium,
69 *Decian.reſp.45.n.6.lib.3.* vim * tituli legitimè adquiſiti, *M. Anton.de Amatu.deciſ.169.num.26. Meichſner. deciſ.4.num.118.tom.2.lib.2.* & quod in probanda nobilitate titulum exhibeat quaſi poſſeſſio immemorialis ſcribit *Guttierez lib.3.& 4.pract.quaſt. 14.num.21.*
70 Ita ut * omnis juriſdictio, *Fab.de Anna conſ.60.n.7. Coler.conſ.1.num.214. Everh.Iun conſ.17.nu. 60.& ſeq.*
71 *vol.1.* omnia * Regalia, *Sixtin.de Regal.lib. 1.c.5.n.136. & ſeqq. Meichſn.deciſ.6.num.8.tom.3. Cravetta conſ.54.*
72 *num.8.* feuda, * *Vultej.de feud.c.9.numer.4.& 11.cum*
73 *alleg.* arma * & inſignia Nobilium, *Caſſan. in Catal. glor.mund.p.1.conſid.38.concl.47.Lud.Roman.ſing.293.*
74 *per tot.Vultej.conſ.17.nu.49.in fin.vol.3.M.* Imò * non præſcriptibilia iſto temporis ſuffragio acquirantur, *Mod. Piſtor.conſ.12.n.41.vol.1. Natta conſ.222.nu.2.Iaſ. conſ.70.n.5.vol.3.*

VI.

Per communem * æſtimationem & reputationem
75 patriæ, *arg.l.cum de.18.§.3.in fin ff.de inſtr.leg. Caſſan.in Catal.glor.mund.p.8.conſid.16.& in conſuet. Burg.rubr. 4.§.19.num.2. Gylman.deciſ.27.num.32. lib.2. Farinac. deciſ.crim.290.num.3. Menoch.conſ.729.num.6.lib.8.*
76 Is enim præſumitur * Nobilis, quem vulgus & communis hominum æſtimatio talem reputat, & in inſcriptionibus Nobilem apellat, *Azevedo ad conſt. Hiſp. lib. 6.tit.2.in rubr.num.158.& ſeqq. Guttierez. d. quaſt.14. num 653.& ſeqq. Tiraquell. de nobil.c.10.num.6. Guido Papa deciſ.88.num.2.lit.c. Decian.reſp.66. num.69.vol. 3. Cravett.conſ.549.num.8.p.3. Cephal.conſ.615.n.60.*
77 *& ſeq.lib.5.* & habetur * tam diu pro nobili, donec contrarium probetur, *Seraphin. Olivar. Razzal. deciſ. 206.num.6.part.1.* Ac quamvis verborum folia, *ut ad*
78 *rem loquitur Bertrand.conſ.346.n.2.vol.4.* ſeu miſſivæ * & li-

& literæ privatorum, in quibus aliquis nobilium titu-
lo ornatur, tertio nō præjudicent, *Gylman.in Sympher.*
tom.4.p.1.vot.30.nu.104.& 183.& ſeqq Caſtrenſ.conſ.
22.num.4 lib.2. Tituli enim * dem Edlen vnd Veſten/ 79
nullo conſtant pretio, *Ruland.de Commiſſar.part.1,lib.*
5.cap.1 num.2.lit.K. & indies præſertim * in Epiſto- 80
lis dominos vocamus eos, qui domini non ſunt, *H.*
Vultej.conſ.30.num.15.vol.1.Marp. actus enim * ami- 81
citiæ poſſeſſionem non tribuunt, *Bald. in l.1.§.hoc in-*
terdicto ff.de itin.actuq; priv. Cardin. Mantic.deciſ.244.
num.10. Pariſ.de Put.tr.de re mil.lib.7.quæſt.1.num.30.
ubi ait, * quod tales aſſertiones, quando quis voca- 82
tur Nobilis, poſſint eſſe mendoſæ, *arg l.ſi privatus, 17.*
§.1.ff.qui & à quib.manumiſſ. Fallit tamen I. * ſi in- 83
ſcriptiones habeantur antiquæ, *Felin.in c.cum cauſam,*
n.2.& ſeqq extr.de prob.Gœdde.in Reſp.de Baron.Vallen-
dar.n.361.Mynſ.reſp.21.n.33.decad.3. II. * ſi à No- 84
bilibus appellentur conſanguinei, *Gratus conſ.9.n.19.*
lib.1.Menoch.conſ.1261.num.15.lib.13. III. * ſi iſta 85
reputatio & communis hominum opinio immemo-
rialis fuerit, *Guttierez.lib.3.& 4.pract.quæſt.14.num.9.*
poſt Ripam.lib.2.reſp.26.num.10. IV. * ſi cum Nobi- 86
libus affinitatem contrahant, *Farinac.deciſ.crim.190.*
num.3.Decian.reſp.26.num.3.Cravett.conſ.952.num.2.
vol.5. V. * ſi eadem arma & inſignia Schilt vund 87
Helm/ cum cæteris ejuſdem nominis nobilibus ge-
rant, ex inſignium enim * & armorum identitate nō 88
levis agnationis & familiæ conjectura deſumitur, *We-*
ſenb.conſ.13.num.72.Sixtin.conſ.11.n.49.& ſeqq.vol.2.
Marp.Menoch.conſ.1261.n.4.lib.13.

VII.

Per notorietatem * & evidentiam, *Azevedo ad* 89
conſt.Hiſp.d.libr.6.tit.2.rubr.nu.196.& ſeqq.Guttierez.
lib.3.& 4 pract.quæſt.14.num.100.& ſeq. Si enim noto-
rius * nobilis ſit (Hiſpani materna voce vocant, *Hi-* 90
dalgos de ſolar conocido) eum nihil probare oporteat, ſed
ſuam tantùm nobilitatem apud judicem allegare, *Ant.*

de Padilla in L. ſi ædibus, n. 10 *C. de ſerv & aq Guttierez d. loc. quaſt.* 15 *per tot.* quia nobilitas † manifeſta
91 demonſtratione non indiget, *Bon. de Curtil.* ...
92 *p.* 4. *num.* 36. & dignitas † ſemel publicata, ...
neceſſe non habet, ut probetur, *Menoch. lib.* 2 *præſ.*
num. 11 *Gœdde. in reſp. de Baron. Vallendar. numer.* ...
93 fruſtra † enim fit rei demonſtratæ demonſtratio ...
§. ſi quis 8. *ff. de dote præleg.* & manifeſtæ probatio, *arg.*
94 *evidentia.* 9. *de accuſ.* Appellatur autem † notorie
nobilis, qui ſine ulla populi contradictione talis ha-
95 betur, *P. Friz. de nobil. civ. concluſ.* 27. *lit. d* vel ...
declaratus eſt per ſententiam, quæ tranſivit in rem ju-
dicatam, *Guttierez. d. quaſt.* 14. *numer.* 101. *arg. l. inge-*
96 *num.* 25. *ff. de ſtat. hom.* Æthiologia † eſt, quia ſenten-
tia quæ in rem judicatam tranſivit tanti momenti ...
ut faciat ex nigro album, & ex albo nigrum, *poſt. Bald.*
in c. noſtri ex ... *r. de elect. Curtil. Iun. conſ.* 177. *num.* 12. *Ce-*
97 *phal. conſ.* 162. *num.* 8. ex non † entē ens, ex non ...
j... *gloſſ. in l. ſi non ſortem. §. heredi. ff. de condict. indeb.*
98 *Iac. Ayrer. in proceſſ. p.* 1. *c* 7. *obſ.* 1. *n.* 41. & exinde † pro
veritate habetur, *d. l. ingenuum.* 25. *ff. de ſtat. hom. Zaſius*
conſ. 3. *n.* 1. *& ſeqq. vol.* 1.

VIII.

99 Per † famam, *Caſſan. in Cat. glor. mund. p.* 8. *conſid.*
16 *Guido Papa deciſ.* 387. *numer.* 2. *Card. Mantica deciſ.*
317. *num.* 2. *Georg. de Cabedo deciſ.* 73. *num.* 15. *p.* 2 *De-*
cian. reſp. 21. *num.* 35. *vol.* 1. *Menoch. conſ.* 1261. *num.* ...
100 *lib.* 12. ita ut † conſtituat aliquem in poſſeſſione no-
bilitatis, onusq; probandi in adverſarium transferat,
101 *Alexand. conſ.* 90. *n.* 4. *vol.* 2. In antiquis † enim me-
moriam hominum excedentibus fama inconcuſſa
plenè ac ſufficienter probat, *Hier. de Monte tr. fin. re-*
gund. c. 55. *nu.* 10 *& ſeqq. Farinac lib.* 1 *prax. crim. q.* 47
num. 106. *Scaccias lib.* 2. *de judic. cap.* 9. *num.* 106. 110 *&*
102 *ſeq.* ubi refert † ex Innocentio, quod ſi in antiquis
non admitteretur iſta probatio, non poſſit probari,
quod Julius Cæſar fuiſſet Imperator, *Cacheran. conſ.* ...

pluri-

n. 84. *& ſeqq. Fr. Monald. conſ. 70. n. 77. vol. 1.* & in pro-
prius † terminis nobilitatis, *præter. alleg. Maſcard. de* 103
probat. concl 1094. *n.* 11. *Fr Marci deciſ.* 805. *n.* 5. *p.* 2. *Fa-
rinac. conſ crim.* 315. *n.* 4 *Bertrand. conſ* 313. *num.* 2 *vol.* 3.
n. 2. probationes † leviores admittuntur, *Gail.* 2. *obſ.* 104
149. *num.* 9. *Olivar. Razzal. deciſ* 462. *n.* 9. *p.* 1. *Decian.
reſp.* 7. *num.* 40. *vol.* 3. ſufficitque † probatio per indi- 105
cia & conjecturas, *Cravett. de antiquit. temp. part* 1 *tit.
ſin n.* 30. *& ſeqq. Menoch. de A. I. Q. caſ.* 111. *n.* 2. *& ſeqq.
Sixtin. conſ.* 11. *num.* 11. *n.* 51. *& ſeqq. vol.* 2. *Iaſon. conſ* 128.
n. 4. *vol.* 1. Et in terminis, quod † genus & nobilitas 106
per indicia probari poſſint, cõfirmat *Guttierez. d. lib* 3.
& 4 *pract quæſt* 14. *num.* 17. Sed ad hoc ut per famam
quis probetur nobilis, requiruntur primò, ut illa ſit
apud majorem partem hominum iſtius loci, ubi no-
bilis viget, *Cravett. conſ.* 41. *num* 5. *Menoch. conſil.* 395.
num. 38. *tom.* 4. II. Ut teſtes etiam non interrogati
teſtimonii ſui reddant rationem, *Matth. de Afflict deciſ.*
361. *num.* 34. *Curtil ſen. conſ.* 82. *numer. Menoch. d. conſ.*
395. *numer.* 39. III. Ut hæc fama originem habeat
à fide dignis, *Cravett. conſil.* 395. *num.* 40. IV. Ut te-
ſtes ſint omni exceptione majores, *Cravett. conſ.* 249
num. 14. *Menoch. conſil.* 395. *n.* 40. V. Ut fama ſit tem-
poris antiquiſſimi & immemorialis, *Menoch. n. conſil.*
395. *num.* 41.

IX.

Per actus † majorum quaſi poſſeſſorios, *arg c. un.* 108
§. 3. *verſ. ſimiles de pac. ten. Bon. de Curtil. tr. Nobil. p.* 6.
numer. 9. *Caſſan. in Catal. p.* 8. *conſid.* 16. *Cardin Mantic.
deciſ.* 317. *nu.* 4. *Curt. Sen. conſ.* 19. *num.* 10. *verſ. Et tamen*
puta † quando quis probat, daß ſeine Anherren vnd 109
Vorfahren/ſo wol als andere Adelßgenoſſen auff die
Ritterſpiel / vnnd angeſetzte Landtage beſchrieben
worden/ *Guttierez. d. quæſt.* 14. *num.* 13. *& ſeqq Seraphin.
Olivar. deciſ.* 207 *num* 3. *& ſeqq p.* 1. *Farinac. deciſ. crim.*
390. *num.* 5. *Decian. reſp* 66. *num.* 50. *& ſeqq. vol.* 3. *Fab.
de Anna conſ.* 80. *numer.* 5. qui actus † diſtinguuntur 110
ſecun-

ſecundùm varias terrarum conſuetudines, *Garſias de Nobil.gl.7.n.11.& ſeq.*

Quot verò actus requirantur controverſum eſt, expeditum licet ſit tot * numero non requiri, quot
111 ſunt anni poſſeſſorii, *Garſias de Nobil. d.gl.7.numer.11.* dũmodo tot actus præceſſerint, qui veriſimiliter arbitrio judicis præſumantur deveniſſe in notitiam populi
112 vel majoris partis. Alii * putant ſufficere actum unicum, ſi tamen haberet tractum ſucceſſivum, ſicut in qualibet præſcriptione, *Ioh. Garſias de Expenſ.c.9.num.*
113 *47.cum ſeq.* Alii * regulariter unicum ſufficere putant, licet non habeat tractum ſucceſſivum, *Molina de*
114 *Hiſp. primogen.lib.2.c.6.num.25.* Alii * duos actus re-
115 quirunt, *Ioſeph. de Seſſe deciſ.2.num.20.part.1.* Alii * ad minimum trinos, *Bart.in l.1.§.hoc interdictum.ff.de itin. actuq; priv. Gylmãn.in Symphor.tom.4.part.1.vot.30.n.*
116 *100.& ſeqq.* In tantum autem * actus neceſſarii ſunt ad hanc nobilitatem, quod non ſufficeret, quod teſtes dicant, quem eſſe nobilem, niſi probent rationem, quæ in actibus conſiſtit, *Ioſ de Seſſe deciſ.2.n.21.part.1.* id namq; generale eſt in omnibus cauſis juris incorporei, *c.cum veniſſent.de inſt.cap.c.cum Eccleſia Sutrina. de cauſ.poſſ.& propr.* Ratio quare actus poſſeſſorii ita
117 vehementer probent hæc eſt, licet verbalis * reputatio parum operetur, *l.fin.§.pen.ff. ad municip. l.ſi vero,*
118 *12,§.cum quidam.ff. mandat.* realis * tamen multum operatur, *l.ſervis.81.ff.de leg.3.l.ſed ſi,ff. de jure fiſci, l.ſi quis,ff.ad SC.Maced. Bertrand,conſ.2. numer. 11. vol.3,*
119 *p.1.* ac quamvis * non ſemper rem in vero eſſe conſtituat, *l. Modeſtinus.ff.de mun.& hon. l. 4.§.ſi quis, ff. de dol.& mal.Except.l.ſi u qui,ff. de tutor.* conſtituit tamen
120 * in quadam quaſi poſſeſſione talis juris, *l.1.§. Iulianus,12.l.non Epiſtolis,l.non nudis. C.de probat. Bertrand.*
121 *conſ.313.num.1.vol.3.part.2.* In quaſi autem * poſſeſſione conſtitutus habet intentionem ſuam fundatam, *Pacian.de probat.lib.2.c.26.num.14.Knichen.de Saxon.*
121 *non prov.jur.verb.Ducum.c.2.num.150.* & contrarii * pro-

probationem transfert in turbantem ſeu adverſarium, *Gaill. de Arreſt. c. 7. num. 3. Maranta in l. is poteſt. n. 275, ff. de acquir. hered.* dum tamen * iſta quaſi poſſeſſio, ſit 123
conſtans, inviolata, & inconcuſſa, hoc eſt, ſine contradictione & reprobatione, *Iaſon. in l. naturaliter. §. nihil. 108. ff. de acquir. her. Barbat. conſ. 9. n. 8. lib. 2.* ſicuti
* in nobilitatis ſpecie arguit *Guttierez d. q. 14. n. 82.* 124
& ſeq.

X.

Denique quia facilius * eſt, ut nobilitas probetur, 125
quam concedatur, *ut ait Ant. Fab. lib. 9. Cod. forenſ tit. 28. defin. 15. n. 1. in all.* ideoq; in probanda * nobilita- 126
te valebit vulgaris verſiculus:

Sed quæ non proſunt, ſingula juncta probant.

Quemadmodum * in terminis nobilitatis ar- 127
guunt *Fab. de Anna conſ. 88. n. 37. Cephal. conſ. 90. n. 25. lib. 1. Gratus conſ. 9. n. 26. lib. 1.*

Ad Caput XXI.

SUMMARIA.

1. *Æquivoca definiri nequeunt, ideoq; explicanda, ut quid dicere velimus pateſcat, n. 2.*

3. *Inſignia interdum ſunt ſymbola ſuperioritatis, num. 4.*

5. *Interdum ſunt ſymbola patronatus.*

6. *Interdum ſymbola dignitatis, quibus quis præfulget.*

8. *Interdum ſunt hieroglyphica & factum demonſtranti ſigno proportionatium ſignificant.*

9. *Quod exemplis illuſtratur.*

10. *Colores quid denotent in inſigniis, n. 11. & ſeqq.*

12. *Niger color eſt inter colores infimus.*

13. *Aureus eſt color nobilior.*

15. *Azu-*

15. Azuicinus ſeu cœruleus eſt color excellentior, po-ponitur tamen aureo & purpureo, n.16.

21. Purpureus in præſtantia ſequitur aureum.

24. Colores medii ſunt nobiliores ſecundum plus minus, quatenus appropinquant albedini ſive nigredi-

25. De origine inſignium, n.26. & ſeq.

28. Cauſa efficiens quæ, n.29.

30. Cauſa formalis.

31. Inſignia per ſe non nobilitant.

32. Multò minus ſtatum imperii faciunt.

33. Cauſa finalis, n.34.

35. Quo inſignia ſunt nobiliora, eò majorem præ-tionem conciliant.

36. Quamvis difficilis deciſio ſit, quænam nobilio-exiſtant.

37. Inſignia debent remanere penes primogenitum, n.38.

39. Quemadmodum inſtrumenta communia, cla-ves, & ſigillum patris, n. 40.

42. Contrarium verius eſſe author oſtendit.

43. Cognati non aſſumunt arma familiæ.

44. Contraria quænam ſint, n.45.

46. Inſignia cum ultimo familiæ ſepeliuntur.

48. Conditio ferendi arma & inſignia alicujus fa-miliæ cenſetur facta ob conſervationem familiæ.

49. Hæres non tenetur aſſumere nomen turpe, num. 50.51. & ſeq.

52. Bonum eſt habere pulchrum nomen, & per con-trarium turpe, malum eſt.

54. Contrarium reſpondit Antonius Teſſaur.

55. Nobiles cōſervandi nominis & familiæ ambitioſi

56. *Familiarum antiquitas conſervatur ex cognomine, armis & inſignis.*

57. *Nomina dignitatum imponuntur & aſſumuntur ſecundum originalem rationem.*

58. *Dubitare an nomen honeſtum ſit quod Imp. elegit, ſacrilegium eſt.*

59. *Familias conſervare Reipub. intereſt, n.60.*

61. *Illuſtriſſimæ familiæ apud Romanos habuerunt viliſſima cognomina, n.62. & ſeq.*

64. *Rei criminis læſæ Majeſtatis inſignia revelluntur.*

65. *Argumentum à morte naturali ad civilem valet, & quando.*

66. *Inſignia ſunt multiplicis generis.*

68. *Inſignia Legatorum, Heraldorum, nunciorum juratorum, n.69. & ſeq.*

71. *Inſignia Proconſulum, Epiſcoporum, ſacerdotum, n.72. & ſeq.*

75. *Romanorum Imp. inſigne eſt Aquila nigra biceps in campo aureo, Regum Romanorum Aquila ſimplex.*

76. *Aquila omnibus aliis nobilius inſigne eſt.*

77. *Quæ bicipitis Aquilæ origo ſit, n.78. & ſeqq.*

81. *Inſignia Regum Galliæ, Hiſpaniæ, Angliæ, Poloniæ, Bohemiæ, Luſitaniæ, Sueciæ, n.82. & ſeqq.*

83. *Tholoſani Prophetia de ultima Monarchia.*

90. *Inſignium violatores tenentur pœna læſæ majeſtatis, n.91.*

92. *Arma ſunt inventa in locum imaginum.*

93. *Surrogatum ſapit naturam ſui ſurrogati.*

94. *Nomina, & arma quare inventa, n.95.*

96. *Nomina citra fraudem licet aſſumere ad placitū.*

97.

97. *Quemadmodum & inſignia, vel annulos ſigna-torios. n.* 98.

99. *Non tamen inſignia alterius nobilis familiæ, n.*100.

101. *Niſi his præſcriptum fuerit.*

104. *Qui alterius familiæ inſignia uſurpat, commit-tit crimen falſi.*

102. *Imò crimen læſæ majeſtatis, ut putat Tiraquel-la. Contra, n.*103.

Quod intellige, ut n. 106 *& ſeq.*

108. *Principes majorum ſedibus expulſi, quare ni-hilominus nomina titulis, & inſignia armis ſuis inſerunt, n.* 109. *& ſeqq.*

113. *Divitiæ non nobilitant, nec ſunt de nobilitatis ſubſtantia.*

114. *Non ſequitur, Dives eſt ergo Nobilis, num.* 115 *& ſeq.*

117. *Ad nobilitatem tamen quærendam conferunt.*

118. *Nobilitatem compenſant.*

119. *Et ad ejuſdem exiſtentiam multum conducunt.*

120. *Præſertim ſi magnæ & inveteratæ.*

121. *Nobilis cæteris paribus eò nobilior eſt, quo di-tior, n.*122. *& ſeq.*

124. *Sine ditione non meretur quis nomen Princi-pis, n.*125. *& ſeqq.*

128. *Quod tamen ſecus eſſe in Germaniæ Principi-bus oſtenditur, n.*129. *& ſeqq.*

136. *Lineæ caput non eſt de linea.*

137. *Vnitas non eſt numerus, ſed principium numeri.*

138. *Apud Romanos novus homo non erat nobilis, ſed principium nobilitatis.*

141-

143. *Novus homo nobilitatem quidem conſequitur, ſed non genus, liberi genus habent ſed nullam gentilitatem.*

144. *Vel exemptionem nobilitatis non nobilitatem.*

145. *Nobilitas à nobilitato incipit, in filiis pubeſcit, in nepotibus adoleſcit, in pronepotibus perfectam ætatem conſequitur.*

146. *Nobilitas non naſcitur in ictu oculi, n.*147.

148. *Nulla major controverſia ac de vetuſtiori familia, n.*147.

150. *Gallos quo ſanguine oriundos firment hiſtorici, n.*151 *& ſeq.*

154. *Bohemi ex ipſa confuſione turris Babylonicæ, imò ex arca Noæ originationem jactant, n.*155.

156. *Archi-Duces Auſtriæ unde deſcendant.*

157. *Saxones reliquiis Alexandri M. nuncupantur.*

158. *A Viſigothis Hiſpani, ab Oſtrogothis Itali originationem decantant.*

159. *Hiſpani nobiliſſimum vocant Ne de los Godos.*

160. *Angli ex Saxonum ſinu ſe prodiiſſe credunt.*

161. *Hennebergenſium, Anhaltinorum, Brunſvvicenſium familia unde, n.*162.*& ſeq.*

165. *Ab antiquitate repetita pro cujusq; ingenio vel celebrata vel depreſſa ſunt.*

166. *Veſpaſianus deriſit, quod ejus origo ad conditores Reatinos & Comitem Herculis referretur.*

167. *Hiſtoricis quatenus in antiquis credendum, n.*168.

170. *Reges è ſervis, atq; ex ſervis Reges promanarũt.*

171. *Nobilis prius nobilitatus præferendus eſt cæteris, n.*173.*& ſeqq.*

172. *In dignitatibus valet regula, qui prior tempore potior jure.*

175. *Hæreditas gloria poſteris quaſi lumen eſt.*

183. *Ius reſtituendi natalibus cum nobilitate coincidit. Contrarium ſtatuitur, n.* 185. *&* 187.

184. *Laus Budæi.*

186. *Pro reſtitutione natalium noſtris legitimatio eſt.*

188. *Reſtituere natalibus eſt regale majus.*

188. *A quo inventa.*

Caput XXI.

De tribus adjunctis, de inſigniis, divitiis, & antiquitate Nobilium, cum jure reſtituendi natalibus.

I. De inſigniis.

1 ÆQuivoca † cum definiri nequeant, *Ripa de peſte n.* 1. *Roch. de Curte tr. de jur. patron. nu* 1. *Sig. Scacc.*
2 *de appellat. quæſt.* 2. *num.* 21 æquum † eſt ad vitandam nominis rerumque confuſionem, *l. fin. C. de legit tut.* explicare ambiguum, ut quid dicere velimus pateſcat, *Sig. Scacc. de judic. c.* 1. *n.* 2. *lib.* 1.

3 Inſignia enim † interdum ſunt ſymbola ſuperioritatis & dominii, *Hier. de Monte tr. fin regund cap* 75. *num* 5. *Knichen. c.* 14. *Encyclop. per tot.* Weſenb. *conſ.* 21.
4 *num.* 68 *p.* 1. *Peregrin conſ.* 75. *num.* 3. *libr.* 1. Sic enim † ex inſigniis Elector Moguntinus contra Erphordienſes jus ſuperioritatis inter alia deducere voluit, *teſte Gylman. tom.* 1. *Symphor. part.* 1. *tit.* 2. *de Reconvent. num.*
5 115. *p.* 95. Interdum † ſunt juris patronatus ſymbola, *Maſcard.*

Maſcard. de probat. concl. 958. *num.* 2. *& ſeq. Menoch. lib.* 3. *praſumpt.* 130. *num.* 31. Interdum † ſunt dignitatis 6
ſaltem, quibus quis præfulget, ſigna, *P. Gilken. in Auth. quas actiones. C. de S.S. Eccleſ. c.* 9. *numer.* 50. *per tex. alleg.* pro ut † in Hiſpania & Gallia, ſigna Majoratus, *Lud. Molina de Hiſp. primog. c.* 5. *numer.* 34. *lib.* 1. *Menoch. conſ.* 7
1006. *n.* 1. *cum alleg. lib.* 11. Nobis verò † ſunt Hieroglyphica, quæ breviter & compendioſè factum egregium demonſtranti ſigno proportionatum ſignificat, 8
Greg. Tholoſan. lib. 6. *de Repub. c.* 6.

Sic † Bubulorum Capita, fortitudinem cum prudentia conjunctam; Leones magnanimitatem heroicam, in bello, & clementiam erga ſubditos; 9
Cygni amorem artium; Trabes Oeconomiam; Canes fidelitatem ac robur; Galli vigilantiam ac animoſitatem; Arietes eminentiam; Columnæ fidelem Reipub. ſuſtentationem; Rosæ ſuaviſſimam multorum refectionem & liberalitatem; Pelles Hienæ contemptorem fortunæ & calamitatis; Formicæ cognitionem & prudentiam innuere videntur, *Caſſana. in Catal glor. mund. part.* 1. *conſid.* 38. *concl.* 84. Nec ſuo judicio carent, quæ porrò colorum † diſtinctiones adduntur. Nam Fuscus † & Niger, (qui eſt inter 10
† colores infimus, *Bartol. tr. de armis & inſign. verſ. Color. niger.*) denotat potentiam, perſeverantiam, patientiam, prudentiam, *Caſſan. d. conſid.* 38. *concl.* 17. *&* 66. 11 12
Aureus, (qui eſt † color nobilior, & ad cognoſcendum nobiliorem reſpectu inſigniorum nota, *Mart. Laudenſ. tr. de dignitat. quæſt.* 9. *Somnium Viridar. tr. de poteſt. ſecul. & Eccleſ. c.* 33. *num.* 1.) denotat † ſapientiam, *Cœl. Rhoding. libr.* 4. *antiq. lect. c.* 24. *in fin.* deſiderium, lætitiam & fidelitatem, *Guil. Benedict. in c. Raynutius, verb. duas habens filias, num.* 110. *& ſeq. extr. de teſtam. Caſſan. d. conſid.* 38. *concl.* 61. Saphirinus & Azurinus † Seu Coeruleus, qui color eſt excellentior, *Paris de Put. tr. de re militar lib.* 7. *quæſt.* 1. *n.* 17. poſtponitur † tamen aureo & purpureo, *Bartol. in tr.* 13 14 15 16

17 *de arm. & inſign. verſ. ſequens poſt prædicta*, denotat † pulchritudinem, humilitatem, ſanctitatem & devotionem, *Ioan. Ludolv. Vivald. tr. de vita animæ ſenſitiv. art. de laud ac triumph. lilior. Franciæ. quæſt.* 1. *Caſſan. d. conſid.*
18 38. *concluſ.* 65. ARGENTEUS, † puritatem, innocentiam, integritatem, eloquentiam *c. legimus. verſ. legi-*
19 *tur.* 37. *diſt. Caſſan. d. conſid.* 38. *concl.* 62. ALBUS, † fidelitatem, caſtimoniam, puritatem, *Claud. Minois ad Em-*
20 *blem.* 117. *Andr. Alciat.* VIRIDIS † lætitiam, honorem,
21 amorem, *Caſſan. d. conſid.* 38. *concl.* 67. PURPUREUS † qui in præſtantia ſequitur colorem aureum, *Bartol. de inſign. & arm. verſ. ſequens color, ubi tamen conjungit ru-*
22 *beum.* denotat † liberalitatem, abundantiam & divi-
23 tias, *Caſſan. d. conſid.* 38. *concl.* 68. RUBEUS † audaciam, altitudinem & virilitatem, *Gratian tom.* 2. *diſcept. forenſ. c.* 319. *num.* 26. *& ſeq. Caſſan. d. conſid.* 38. *concluſ.* 63.
24 Colores medios † quod attinet, ii ſunt nobiliores ſecundùm plus & minus, quatenus appropinquant albedini ſive nigredini, *Bartol. de arm. & inſign. verſ. Colores autem medii.*

De origine inſignium non conſtat inter ſcriptores
25 claſſicos. Alii † primordia repetunt ab armis ſuſpenſis, poſtquam reverſi eſſent milites, ut quot quiſq; coronas, & quales meruiſſet quot armillas, criſtas, torques, quales phaleras, haſtas, pila, baltheũ, ſuper clypeum & galeam appoſitam ſuſpenderet, & inſignium, & ornamentorum loco ad poſteritatem tranſmitteret; inde arma gentilitia oriunda noſtro idiotiſſimo Wapas oder Wapen/ nominatas conjicit & evincit *Wolf.*
26 *Lazius comment. Reipub. lib.* 9. *c.* 14. Alii † à Julio Cæſare aquilam in clypeo portante inſignia initium ſumpſiſſe exiſtimant, *vid. Budæum in l.* 2. §. *initium. ff de*
27 *orig jur.* At † ex vetuſtioribus conſtat, multò ante Julium Cæſarem inſignia armorum in uſu fuiſſe, poſt Trojanum ſaltem excidium, idque ex pluribus Virgilii locis, & aliorum teſtimoniis patet. Hinc etiam Homerus clypei Achillis meminit.

Cauſa

Digitized by Google

Cauſa efficiens, † & qui inſignia dare poſſunt, ſunt 28
Imperator, Reges, Principes, ſuperiorem non recognoſcentes, jus enim aureorum annulorum, non niſi Principes tribuerunt, *t. 1. ff. & C. de jur. aur. annul.* in cujus locum hodie ſucceſſit, quod Princeps inſignia largiri ſolet, *Bart. in tr. de inſign. & arm. Weſenb. in par. ff tor. de jur. aur. annul. n.* 4. Poſſunt etiam Principes Imperii in ſuis territoriis, item Archi Duces Auſtriæ, *Seb. Munſter. lib.* 3. *Coſmograph. c.* 399. & Comites Palatini inſignia conferre, ſi in ſpecie ipſis hoc privilegium cõceſſum ſit, quia nemo nobilia ſibi inſignia aſſumere 29
poteſt; etiamſi Princeps ſit, ita Caroli † V. conceſſione Fridericum II. Electorem Palatinum vacuo clypeo inſeruiſſe pomum aureum, ſeu globum crucigerũ imitatione collegarum, Saxonis & Brandeburgici, qui ex eadem conceſſione officiorum inſignia ſuis gentilitiis inſertarunt, notavit *Marquard. Freher. libr.* 1. *de orig. Palat. c.* 15.

Cauſa formalis † eſt ipſe actus nobilitandi, dum 30
enim Principes nobilitatem conferunt, ſolent unà conferre inſignia, *Somnium viridar. de poteſt. ſecul. & Eccleſ. c.* 129. *n.* 1. *Caſſan. in Catal glor. mund. conſid.* 38. *concl.* 27. niſi enim † cum voluntate nobilitandi con- 31
ferantur, per ſe nec Nobilem, *Gylman. in Symphor. tom.* 4. *part.* 1. *vol* 30. *n.* 97. *& ſeqq. Fr. Pfeil. conſ.* 197. *num.* 22. *cent.* 2. multò minus † ſtatum imperii faciunt, *Advo-* 32
cati Brunſwicenſ. in den Braunſchig. Hiſtor. Händeln/ *part.* 2. *fol.* 867.

Cauſa finalis eſt, † ut familiarum nobilium anti- 33
quitatem oſtendant, *Sim. Majol. tom.* 2. *dier. canicul. colloq.* 1. *p.* 12. familias † à familiis ſeparent, & ex iis No- 34
biles aliis præſtare appareat, *H. Vultej. lib.* 1. *juriſprud. Rom. c.* 6. *num.* 28. quo ergo † inſignia ſunt nobiliora, 35
eò majorem prælationem conciliant, *Caſſan. in Catal. part.* 1. *conſid.* 38. *Decian. reſp.* 19. *numer.* 240. *vol.* 3. *Purpurat. conſ.* 540. *numer.* 17. quamvis † difficilis deciſio 36
ſit, quænam nobiliora exiſtant, *Knichen. de Saxon. non*

Digitized by Google

37 *prov.jur.verb.Ducum.c.2.num* 104. An autem † inſignia debent remanere penes primogenitum? Videba-
38 tur dicendum tum † per Landtrecht/ *lib.* 1. *art.* 2. *in fin.* Ibi, der Elteſt nimpt das Schwert zuvor/ *Ioh. Copum deciſ.* 7. *numer.* 2. *Iacob. Aleman. conſult.* 7. *circa fin.*
39 tum † quia inſtrumenta communia, *l. fin. ff. de fid. inſtrum. l. procurator.* 7. *C. de Edendo. Mynſ.* 4. *obſ.* 37. *n.* 14.
40 *Schurf. conſ.* 50. *n.* 15. *cent* 1. claves † & ſigillum patris apud ſeniorem & primogenitum conſiſtere debent, *l. cum pater* 71. *§. pater.* 21. *ff. de leg.* 2. *Iaſon. conſ.* 192. *n.* 3. *& ſeq. vol.* 2. *Natta conſ.* 190. *num.* 1. *Bero conſ.* 48. *n.* 12. *vol.* 2. maximè ſtante conſuetudine, quæ eſt de jure
41 valida: Ita † in Gallia primogenitus familiæ retinet inſignia familiæ ſimplicia nihil aliud addito, alii verò ejus fratres aliquid adjungunt ad ſignificandum ſe non eſſe primogenitos, neq; ab eis deſcendentes, ut de uſu teſtatur *Tiraquell. de jure primogen. in præfat. nu-*
42 *mer.* 138. At rectius negat † *Fr. Marci deciſ. Delph.* 138. *num.* 2. *tom.* 1. dicendo jus armorum eſſe indiviſibile, & ad omnes agnatos, tranſmiſſibile; jure quodam hereditario, *Fr.* Pfeil/ *conſ.* 197. *num.* 28. *verſ ſed & de ceteris, cent.* 2. *per l. familiarum, & l. ſeq. ff. de ſump. fun. l. ſi ſe-*
43 *pulchrum, C. eod.* licet † non tranſeat ad illos qui ſunt de cognatione, *l. jus familiarum,* 8. *ff. eod. Maranta conſ.* 7. *n.* 18. *Fr.* Pfeil/ *conſ.* 78. *n.* 161. *p.* 1.

44 Contraria ſunt † mors naturalis & civilis, quæ nõ malè hoc in paſſu *contra Giphan. in not. ad inſtit.* maxima dicitur capitis minutio, quia de nobili per metamorphoſin facit non nobilem ſeu plebejum. Mortem
45 naturalem, † (quæ evitari non poteſt,) quod attinet, abſque controverſia eſt inſignia, cum nobilitate oriri
46 & mori, quapropter † ſi ultimus familiæ, nullo ſc. maſculo herede vero & legitimo relicto, moriatur, inſignia ipſius franguntur, & ſimul cum eo ſepeliun-
47 tur, *Iohan. Rudinger. cent.* 5. *obſ.* 46. Cum autem † ex ſtatuis & imaginibus forma nobilitatis conſervetur,
48 *Roch. Lucenſ. tr. de inſign. familiar. libr.* 1. conſervatio † familiæ

familiæ præſumitur, ubi teſtator mandat vel gravat heredem arma ſua ſtemmataq; portari, *Gratian.tom.2. diſcept.for.c.288.num.26.Boer.deciſ.146.numer 6.Lud. Morott.reſp.50 num.20.Pariſ.conſ.19.num.28 & ſeqq. vol.2 Phil.Matth.conſ.20.num.11.vol.1. M.Cephal.conſ. 196.num.21.vol.2.Burſat.conſ.228.num.14.vol.3.* An autem hæres tenetur aſſumere nomen ſi turpe ſit? Ne- 49
gat † *Bertazzol.conſ.76 numer. 19. & ſeq.* quia † ut 50
JCtus Gajus ait, nihil mali eſt honeſti hominis nomen aſſumere, in turpibus verò nominibus hanc conditionem non exigit prætor, *in l.facta,63.§.ſi vero, 10 ff. ad SC.Trebell.* tum † quia donum eſt habere pulchrum 51
nomen, & per contrarium turpe, malum eſt, *Jacobin.de S.Georg.de feud.in pr.rubr.Carolus num.2. Fr.Viv.lib.2. com.opin 540.num.6.edit.poſtrem.* Idq; tum maximè † 52
obtinere putatur, quando is, qui gravatus eſt turpe nomen aſſumere, eſt perſona gravis, aut in dignitate conſtituta, *Alciat.in rubr.ff.ſol matr.in pr. Lud. Molina. de primogen.lib.2.c.14.num.25.* Nam † & dignitatis 53
ratio habenda erit, quid enim ſi viſpellionis teſtatoris nomen ferre quis juſſus ſit? *ut ait Marcianus in l. ſed ſciendum,7.ff.ad SC.Trebell.* Attamen cum textus † il- 54
li loquantur in valdè ſeparato caſu, quando nimirum hereditas alicui gravatò, non re ſed nomine defertur, *An.Teſſaur.deciſ.Pedem.270.num.16.* contrarium pronunciamus. Quomodo enim Nobiles, qui † conſer- 55
vandi nominis & familiæ aliâs ambitioſi, *Lud. de Caſannate conſ.47.n.24.Pacian conſ.16.n.12.Decian.reſp. 7.num.25.vol.1.* conſervant † familiarum antiqua- 56
rum veſtigia, niſi ex cognomine, armis & inſigniis? *Farinac.deciſ.crim.190.num.9.Teſſaur.d.deciſ.270.nu. 34.Ioan.de Anan.conſ.86.num.2.ubi Bolognin. in addit. num.3.* Et cum nomina † dignitatum ſecundùm ori- 57
ginalem rationem ab Impp. tribuantur, *Sixtin.conſ.11. numer.44.vol.2.M. Gœdde.in Reſp de Baron. Vallendar. num.362.Weſenb.conſ.34.num.56.* ſacrilegii † inſtar 58
erit dubitare, an illud nomen quod Imp. elegit ſatis

dignum honeſtumq; ſit, *arg. l. 3. C. de crim. ſacril. l. ſacri-*
59 *legii. 5. C. de diverſ. reſcript.* Abolere ergo familiarum † nomina & inſignia, quæ conſervari Reipub. intereſt, *l. 1. §. ſed etſi, 13. ff. de ventr. inſpic. Ant. Fab. lib. 1. Cod. tit. 3. defin. 30. num. 10. Cacheran. deciſ. 100. num. 5. Fab.*
60 *de Anna conſ. 29. num.* 18. ſatis † lugubre eſt & mali ominis, *Ruding. 5. obſ. 46. Decian. reſp. 2. nu. 323. & reſp.*
61 *31. num. 95.* Laudandi propterea † Romani, quibus Fabiorum Lentulorum, Piſonum, Ciceronum nomina à fabis, lentibus, piſis, ciceribus, vilibus ſcilic. rebus ducta, item Aſinæ, Portii, Tauri, Bubulci, Beſtiæ, patriciorum cognomina accepta fuerunt, *Fr. Patrit. libr. 6. de Reipub. inſtit. tit. 7. Caſſan. in Catal. glor. mund. con-*
62 *ſid. 38. concl. 28. part. 1.* Laudandi † noſtræ ætatis Nobiles die Ried-Eſell/ Hodenberg/ Arſzback/ Zerzen & alii, quorum nomina Neſtoream nobilitatē arguunt,
63 licet ea vulgus pro obſcœnis habeat. Ita † Coliniorum inſignia in Italia & Gallia ſunt ter gemini colei ſeu teſticuli, quo cognomine & armis poſteri gloriantur, nec admittunt derivationem ab aliquibus turpis nominis vitandi cauſa datam Coleoni, id eſt capita Leonum, ut ſonat Veneta lingua id cognomen, ſed à coleis & teſticulis, ut inſigne demonſtrat, deductam aſſerunt, nec id ſibi turpe ducunt, *ut refert Ant. Teſſaur. d. deciſ. Pedem. 270. num. 17.* ita eſt unicuiq; naturalis
64 φιλαυτία. Mors Civilis eſt, ſi quis læſæ † Majeſtatis crimen cōmittat, ſeu aliâs ſuo Principi proditor fuerit, quia hujus inſignia delentur ac deſtruuntur, *l. eorum qui, 24. ff. de pœn. Farinac lib. 5. oper. crim. quaſt. 16. §. 1. num. 6. Menoch de A. I. Q. caſ. 281. num. 7.* argumen-
65 to † ducto à naturali morte ad civilem quod valet, *Ioſeph. de Seſſe deciſ. 44. numer. 1. & ſeqq. lib. 1.* maximè ſi mors civilis eundem effectum habeat, quem naturalis, *Sebaſt. Med. tr. Mors omnia ſolvit. part. 1. num. 28. Rota Bononienſ. deciſ. 6. nu. 83.* Ita Caroli Borboniæ Ducis inſignia revulſa legūtur, propterea quod ob defectionem à Rege Galliæ, læſæ Majeſtatis damnatus eſſet, *apud Sleidan. lib. 6. com. pag. 146.* Sunt

Digitized by Google

Sunt autem inſignia múltiplicis generis. Quædam † I. privatorum ſunt, Nobiles enim inter privatos 66
referuntur, *in c. qui contra*, 24. *q.* 1. Eaque † vel Nobi 67
lium, cum aperta, vel popularium cum clauſa galea, *Bartol. tr. de inſign. & arm. Caſſan. in Catal. glor. mund. p.* 1. *conſid.* 38. *concl.* 14. In Daniâ tamen Nobiles clypeos geſtant ſimplices quos mutare aut augere dedecori eſſe antiquitati illorum putant.

II. Quædam † ſunt inſignia ſecuritatis, ut lega- 68
torum inſignia ſunt ſagmina (quæ olim erant herbæ è Capitolio ſumpta,) *l. ſanctum*. 8. §. 1. *ff. de rer. diviſ. Kirchner. de legat. lib.* 1. *c.* 7. *numer.* 51. *& ſeqq. Gondiſſalv. de Villadiego tr. de legat. quaſt.* 5. *num.* 10. *part.* 2. Heraldorum, † ſunt Imperii aut Regni cujus fœciales ſunt, 69
in certa tunica à Principe data, ante peneque depicta inſignia, *G. Becht. de ſalvo conduct. c.* 5. *claſſ.* 2. *num.* 180. *Kirchner. d. c.* 7. *numer.* 64. *libr.* 1. nunciorum juratorum † inſigne eſt concha tabellaria, vulgò Botten- 70
büchſe.

III. Quædam ſunt dignitatis, † ut faſces pro- 71
conſulum. *l.* 1. *& l. proconſules*, 14. *ff. de off. proconſ. Gothof. in not. ad L.* 1. *ff. de poſtul.* pallium † Epiſcoporum & 72
Archi Epiſcoporum, *tex. in c. cum ſiſ. extr. de author. & uſ. pall. Sleidan. lib.* 4. *com. & libr.* 13. ſtola † ſacerdo- 73
tum, *Gratian. tom.* 1. *diſcept. for. c.* 298. *num.* 64. ubi ait, quod operatur pallium inter Epiſcopos, hoc operatur ſtola inter ſacerdotes. De quibus *Caſſan. d. tr. conſid.* 38. *concluſ. & ſeqq.*

IV. Quædam † denique ſunt ſingularis dignita- 74
tis, ut Impp. Regum, Principum, &c. *Bon. de Curtil. de Nobil. p.* 3. *n.* 170. *Tiraquell. de Nobil. c.* 6. *n.* 13. *Somnium viridar. de poteſt. ſecul. & Eccleſ. c.* 135. *num.* 2. Sic Impp.
† Romanorũ inſigne eſt Aquila nigra biceps in cam- 75
po aureo; Regum Romanorum aquila ſimplex, *Marq. Freher. in not. ad P. de Andlo. lib.* 2. *c.* 5. *de Rom. Imp. & de orig. Palat. libr.* 1. *c.* 15. *Caſtald. tr. de Imper. q.* 89. *per tot.* quæ Aquila † omnibus aliis nobilius inſigne eſt, *poſt* 76

 Chaſſan.

Chaſſan. Decian. reſp. 19. num. 242. vol. 3. Quæ autem
bicipitis Aquilæ origo ſit, variant ſcriptores, Pacarat,
77 † inquit Jacobus Cario, Occidentis fines Carolus, &
cum Nicephoro Imperatore Græco ſocietatẽ ita ini-
vit, ut orientem ille, Carolus verò occidentem bicipi-
tis aquilæ auſpiciis gubernarent; inde bicipitis aquilæ
78 initium; verum nos † ex Suetonio originem inde re-
petimus, quod Germani cum Arminio aliâs Herman-
no Duce Quintilium Varum cum tribus legionibus
Romanis deleviſſent (qua ita conſternatus eſt Augu-
ſtus Cæſar, ut barbam continuos aliquot dies nutri-
ret, cum hac exclamatione: Quintili Vare redde legio-
nes, Quintili Vare redde legiones, *Aventin. libr. 2. An-
nal. Bojor. fol. 44.*) è tribus legionibus obtruncatis, in-
ſignia & aquilas duas cœperint, quas adhuc hodie
79 poſſident: Non enim † biceps eſt Aquila ut imperi-
tum vulgus exiſtimat, ſed duæ ſimul quarum altera al-
teram expaſſis alis obtegit, *Molina. ad conſuet. Pariſ. tit.*
80 *1. in pr. n.* 21. Tertiam * ſignifer legionis tertiæ abſtu-
lit, paludeq; demerſit, ne in hoſtium manus veniret,
alioqui tres haberent aquilas in inſignibus imperii,
*Ioh. Dauth. de teſtament. num. 169. Sim. Majol. tom. 4. dier.
canicul. colloq. 5. p. 365.* Regum Galliæ † inſignia ſunt
81 tria lilia in campo azureo à tempore Clodovæi, *Caſſ.
in Catal. d. conſid. 38. concl. 15. & 17. Ioh. de Selva tr. de
benef. in 2. part. q 25. n. 6. Nevizan. conſ. 12. nu. 12. inter
conſ. feud. Brun.* cum † antea Pharamundi ſeculo tres
82 aureos Buffones in campo nigri coloris gererent,
quod Stephanus Forcatulus, *lib. 6. de imper. Gallor.* fœ-
83 cundè magis quam ſolidè improbat. Unde † quoniã
in capite galli gallinacei in cerebro integrè ſine fractu-
ra ex[illegible]ſſato, reperitur una facie bufo, quo in dorſum
verſo altero facie exprimitur lilium, inde ſymbolum
certiſſimum deſumit, *P. Greg. Tholoſan. in prælud. optimi
JCti c. 11. n. 2.* Monarchiam ultimam in Regem Gallo-
rum devolvi debere. At fortaſſe fruſtra eſt cum Judæis
84 Meſſiam expectare Regum † Hiſpaniæ, crux & vexil-
lum,

lum, Leo inſuper & Aquila, *Sim. Majol. tom. 4. dier. canicul. colloq. 5. fol. 369.* Regum † Angliæ, tres Leones, & 85
à tempore Eduardi III. tria lilia ob prætenſionem Galliæ, *Sleidan. in præfat. ad hiſtor. Comina de bello Neap. Nic. Betſ. tr. de pact. famil. illuſtr. c. 8.* Regum * Poloniæ 86
Aquila Alba coronata expanſis alis inhiante roſtro, *Cromer. libr. 16. de geſt. Polonor.* Regum * Bohemiæ 87
Leo rubeus bifurcatæ caudæ in clypeo albi coloris, *Æne. Sylv c. 24. hiſtor. Bohem. Paul. Lang. in Chron. Citizenſ. ſub Anno* 1086. Regum * Luſitaniæ vel Portugalliæ quinque ſcuta in campo argenteo, *Cornel. Agrippa de Vanitat. ſcient. c. 80. de Nobil.* Regum * Sueciæ 88 89
tres coronæ, quarum nomine diuturnum bellum cum Danis geſſerunt. Sed hæc omnia, omnium in oculis quis confarciat?

Quorum inſignium * violatores, ſicut olim violator ſtatuæ ac imaginis Principis, *l. qui ſtatuas, 6. l. ſeq. §. fin. ibiq; Gothofred. ff. ad L. Iul. Majeſt. Farinac. part. 5. oper. crim. quæſt. 113. numer. 49. & ſeqq. Bocer. tr. de crim. Majeſt. c. 2. num. 53. & ſeqq. Reſtaur. Caſtald. tr. de Imperat. quæſt. 96. num. 9.* (nam Philippus Rex Macedoniæ ob ſtatuas ſuas ab Athenienſibus urina perfuſas, urbem funditus evertit. *Dio App. in Mithrid.*) tenentur * 90
pœna læſæ Majeſtatis, *Caſſan. in Catal. glor. mund. d. conſid. 38. concl. 18.* Arma enim * in locum imaginum ſurrogata ſunt, *Weſenb. in par. ff tor. de jur. aur. annul. num. 4. Hipp. à Collib. in Nobili, reg. 19.* Surrogatum autem * ſapit naturam ſui ſurrogati, *Ant. Gabriel. lib. 6. tit. de R. I. concluſ. 2. per tot. Garſ. Maſtrill. deciſ. 36. numer. 6. & ſeqq. Cephal. conſ. 615. num. 1. & ſeqq. & n. 101. & ſeqq. lib. 5.* 91 92 93

An omnibus liberum fingere ſibi arma vel inſignia? Quemadmodum * nomina inventa ſunt ad res & 94
homines dignoſcendos, *l. ad recognoſcendos. 10. C. de ingen. manum. Menoch. lib. 3. præſ. 64. per tot. Signorel. de Homod. conſ. 129. col. 3* Ita etiam * arma & inſignia ad- 95
inventa ſunt, ad cognoſcendas familias, quia per ſignum

ſignum cognoſcitur ſignatum, *l.3.C.de fabricenſ. Guil. de Monſerrat.tr.de ſucceſſ. Reg.dub.2.n.20 cum ſeqq.* Sed
96 nomina † citra fraudē licet cuilibet aſſumere ad placitum, *l.un.C.de mut.nom. Farin.oper.crim.part.6.q.105. num.137.& ſeqq.Caſar.Barz.deciſ.2.n.47. Decian.reſp.*
97 *17.num.9.vol.3.*Ergo † & inſignia, *Bart.tr.de arm.& inſign.num.5.& ſeqq.Guttierez.lib.3.& 4.pract.qu.16. num.109. Cravett.conſ.829.n.4.p.5. Menoch.conſ.1261.*
98 *num.5.& ſeqq.lib.13.*quod etiam † de annulis ſignatoris interpretatur *H.Kirchner.lib.2 de legat.c.8.n.98.*
99 dummodo † aſſumens alterius familiæ, præſertim Nobilium Principumvé inſignia mit offenem Schilt/ Helm/ und geflochtener Cronen/ intacta relinquat, *Bon.de Curtil.tr.Nobil.p.3.num 168.& 172.G.Schonborn.lib.1 pol.cap.10 Fr.Marci.deciſ.880.tom.1. Ludov. Morott.reſp.46.num.25.Natta.conſ.678.nu 37.tom.4. Fr.Pfeil conſ.197.nu.2.& 22.cent.2.* quod etiam lege Henrici III. Regis Galliæ præſertim Nobilibus vetitum, *Bodin.lib.3.de Repub.cap.8.* ne ſimili jure ligentur cum illo, quem eò compulerat ambitio, ut fingeret ſibi loco inſignium Aquilam, & Vrſum catenâ colum-
100 næ alligatum, In quem Joh. Bonifacius, † *tr.de furt. §.corporalis.7.n.47* luſit hoc diſtichon.

Redde Aquilam imperio, Collumnis redde columnam,
Vrſinis urſam, ſola catena tua eſt.

Innuens nil fore ei venuſtius, quam catena gutturi
101 ejus injicienda. Quod tamen limitatur, niſi † inſigniis nobilium tanto temporis curriculo pręſcriptum fuerit, de cujus initio non extet memoria, *Bero conſil. 136.n.12.vol.3. Vulte j.conſil.17.num.49 in fin. vol.3. Marp.*

Quid? ſi quis contra hanc prohibitionem Nobilem ſe fingat, & arma cujuſdam antiquæ familiæ aſſumat?
102 Tiraquella † *de Nobil.cap.13.nu.1.per.l.1.ff.ad.L.Iul. Maj.* putat, quod ſimul incidat in crimen falſi, & crimen læſæ Majeſtatis, *quem ſequitur Mich.Nizol.alleg.1.*
103 *num.97.& Marzar.conſ.95.num.1.* At cum † ex ſola verbali

Digitized by Google

verbali falſa nuncupatione nobilis, abſq; occupatione juriſdictionis crimen illud non committatur, *Vinc. Hondeda. conſ.* 100. *num.* 77. *vol.* 2. *arg. l.* 3. *in fin. ff. ad L. Iul. Maj.* melius loquuti ſunt, qui eos tantùm † criminis falſi reos dixerunt, *l. eos.* 27. §. *fin. l. falſi.* 13. *ff. de falſ. Bon. de Curtil. tr. Nobil. p* 3. *n.* 165. *Azevedo. ad conſt. Hiſp. lib.* 2. *tit.* 11. *leg.* 9. *nu.* 1. *Caſſana. ad conſu. Burg. tit. des enſens de plur. lictz. rubr* 4. §. 4. *num.* 10. *Farinac. conſ. crim.* 74. *n.* 8. *lib.* 1. *Thoming. conſ* 47. *n.* 20. *vol.* 1. *Everh. Iun. conſ.* 54. *nu* 4. *vol.* 1. Nam textus per Tiraquellam ad id allegatus, non probat intentionem ſuam. Nec obſtat, quod uſurpans indebitum dignitatis locum, ſacrilegii pœna teneatur, *Bart. in l.* 1. *per illum tex. C. ut dign. ord. ſerv. Bon. de Curtil. de Nobil. d. p.* 3. *n.* 166. *Tiraq. d. c.* 13. *n.* 3. Nam utcunq; ſit, iſto caſu pœna ſacrilegii non eſt mortis ſed arbitraria, *Menoch. de A. I. Q. caſ.* 320. *num.* 15. Idem dicendum † de illis, qui ſe falsò Doctores geſſerunt, *Vantius de nullitat. rubr. Ex defect. inhab. num.* 69. *Flores Diez. de Mena lib.* 3. *var. quaſt.* 23. *nu.* 79. *& ſeqq.* Quod tamen limitatur, niſi † quis vel Principis vel Electoris vel Regis cujuſdam cognomen & inſignia ſibi uſurparet, *arg. l* 2. *C. Vt. nemo privatus &c. Knichen. de jure territor. cap.* 1. *n.* Ita † in Gallia Anno 1608. Menſ. Novemb. Bartholomæus Burgeſius, quod ſe Pauli V. Pontificis Romani filium conſtanter profiteretur, tanquam criminis læſæ majeſtatis reus, juſſu Papæ Lutetiæ in crucem actus, deinde flammis fuit conſumptus, *Bucholtz. in indic. chronolog. ſub d. Anno. fol.* 771. *Farinac. part.* 6. *oper. crim. de falſit. & ſimul. qu.* 150. *n.* 86. ubi ait, non ſine aliqua ſui opera hujus Bartholomei falſitatem fuiſſe patefactam.

104 105 106 107

Quid verò † dicendum de Principibus, qui quãvis Majorum ſedibus expulſi, nihilominus nomina titulis, & arma inſigniis ſuis inſerunt? ejuſmodi prætenſiones callidè Magnates titulis inſerere videntur, tum † ut glorioſæ originis admoneantur, *Natta. conſ.* 638. *n.* 36. *& ſeqq. tom.* 3. tum † ut data occaſione habeant 108 109 110

beant

beant bellorum prætextus, *Beſoldus lib. 1. polit. c. 5. n. 7.*
111 *in fin.* Cur igitur † Archi Duces Auſtriæ (excepit u-
nus ex ordinum legatis in tranſactione Hollandica)
retinent arma ſeu inſignia unitarum provinciarum?
Reſponſum eſt eodem jure & more, quo Rex Hiſpaniæ
ſe Regem Hieroſolymitanarum prædicat, Rex Galliæ
ſe Navarræ Regem vult haberi; Rex Magnæ Britanniæ,
Rex Franciæ ſolet appellari; Contentos eſſe debere
ordines quod in poſſeſſione ſint & pignori inſiſtant;
Relinquendum eſſe magnis Principibus hoc oblecta-
mentum, ut majorum ſedibus exterminati ſaltem
inanes ſibi titulos reſervare poſſint, quemadmodum
pueris dantur crepundia à blandis nutricibus. *Verba
ſunt Dominici Baudii lib. 2. de induciis belli Belg.*

II. De divitiis.

112 Secundò: Magnum † ornamentum nobilitatis ſunt
113 divitiæ. Licet enim † non ſint de nobilitatis ſubſtan-
tia, & directò nobilitent, *Tiraquell. de nobil. c. 3. nu. 13.
& ſeqq. Pariſ. de Put. tr. de re militar. lib. 7. quæſt. 1. num.
1. & 29. Lanfranch in. tr. Utrum præferend. ſit Doctor an
miles, num. 54. & ſeqq.* nec bona conſequentia. † ſed
114 mera ἀσυλλογισία ſit ita velle argumentari, Dives eſt,
ergo Nobilis, *Cæſar. Barz. deciſ. 129. num. 34.* qualitas
115 enim † divitiarum à dignitate diſtinguitur, *per l. hu-
milem. C. de inceſt. nupt. l. nobiliores C. de commerc. Natta*
116 *conſ. 637. num. 39. tom. 3.* nec † fortuna mutat genus,
Peregrin. conſ. 3. num. 54. lib. 2. ex Horat. Ode. 4. divitiæ
117 tamen † honeſtis rationibus partæ, ad nobilitatem
quærendam conferunt, *Cravett. conſ. 952. num. 2. p. 5.*
118 *H. Riminald. conſ. 740. n. 22. lib. 7.* nobilitatem † com-
penſant, *Cephal. conſ. 615. num. 21. lib. 5. Socin. Iun. conſ.*
119 *130. num. 14. lib. 2.* & ad exiſtentiam † ejuſdem mul-
tum conducunt, nimirum decus nobilitatis augent &
conſervant, *Covagnol. deciſ. 51. numer. 54. lib. 2. Lud. de
Caſannat. conſ. 56. num. 33. Pruckman. conſ. 32. n. 70. lib.
1. Surdus conſ. 488. num. 52. lib. 4. Natta conſ. 675. n. 11.*

tom.

Digitized by Google

tom.4. Monald.conſ.13.num.5 vol.2. præſertim ſi magnæ † & inveteratæ, *Guido Papa conſ.217.numer.1. Decian. conſ.66.n.41.vol.3. Cravett.conſ.982.n.37.tom.6.* 120

Qua ratione Nobilis, cæteris tamen † paribus, *Peregrin.conſil 33.numer 53.lib. 2. Cravett. d conſ 982. num 33.* eò nobilior † eſt, quanto ditior eſt, *Capolla de Imp.mil.delig.c.6.Incip.divitiis,numer.1. & ſeqq Cephal.conſ.615.num.137.lib.5.* quove † nobilius habet ſubjectum, *Capyc.deciſ.27.num.23. in addit.Sim.Piſtor. conſ.18.n.7.vol.1 conſ.Mod Piſt.* Satis enim veriſſimum eſſe deprehendimus, quod aſſeverat Jaſon, † *in l.id. quod n 22.& ſeqq ff.de leg.1.Iannin. de citat.real. lib.2 c. 11 num.137.& 191.Knichen.de Sax.non prov.jur.verb. Ducum c.3.n.228. Cavalcan.deciſ.20.n. 26.p.2.* Doctor ſine lege, Comes ſine Cómitatu, eques ſine equo, Epiſcopus ſine Epiſcopatu, Abbas titularis in ordine S Benedicti, Canonicus ſine præbenda, Cardinales Ravennæ, Rex Scacchorum, Imperator Græcorum, ſunt nullatenentes, & equites in herba, *quod etiam referunt Comez.de grat.& expectiv. numer.37. Ioan. Staphila. de grat.& expect rubr.competenti, numer 3. Decian. reſp.9. numer.22.vol.1.& reſp 19.num.118. vol.3.* Un Conte Senza giuriſdittione, è come un fiaſco ſenza vino, *dicunt Itali. Ian. Gruter in florileg. Eth.polit. in proverb. Ital.* vocanturque tales non niſi † æquivocè, ſicut pictus æquus ad parietem, eſt etiam equus, *ut ait Gylman.lib.2 deciſ.Cam fol.772.num 2.* cum nemo † denominari queat, Dux, Princeps, Comes, niſi habeat ſubditos & territorium, *c.1.quis dic. Dux.2.F.10. Guerrin.Piſo de compar. Rom. & Venet. Magiſtr. numer.112. ad fin. Mart.de Caraz.tr.de Princip.q.65. Lud.Morott. reſp.46.num 19.& ſeqq.* ſine quibus † ſe habent tanquam fides ſine operibus, *Tiraquell.de nobil.c.25.n.9. Pruckman.conſ 22.num.143.vol. 1. Hipp. Riminald.conſ. 672.num.60.lib.6.* Quod tamen in Imperio Romano ſecus eſt, ubi † Principes ratione originis ſtatus ſunt, licet nulla bona immediatè ſub imperio habeāt,

121 122 123 124 125 126 127 128

undo

unde quamvis extorres ſint, titulum tamen habent & dignitatem, *Boer.tr.de ord.grad.utriuſq; for.part.* 2.*n.*6. *Peregrin.Iannin.de citat.real.lib.*1.*c.*1.*num.*787. quod
129 etiam † de Ducibus, Marchionibus, vel Comitibus à Ducatu, Marchionatu, Comitatu expulſis ſcribunt *Caſſan.in Catal.glor.mund.part.*5.*conſid.*49. *Natta conſ.*
130 368.*num.*38.*tom.*3. ad Comitia † vocantur, *Ruland.*
131 *de Commiſſar.p.*2.*lib.*5.*c.*4.*num.*27. homagia † ipſis præſtantur, *H. Vultej.conſ.*35.*numer.*20. *& ſeqq.vol.*3.
132 Seſſionem * inter Principes habent, iisq; ut Principes ſubſcribunt, *Schvvanem.deciſ. Cam.*6.*num.*10.*& ſeq.Til.de Benign. Syntag.*4.*deciſ.*2.*vot.*4.*n.*7. privile-
133 giis * Auſtregarum vel primæ inſtantiæ gaudent, *Frider.Mindan.lib.*1.*de proceſſ.c.*19.*num.*11. cæterisque
134 * imperii conſtitutionibus Imperii utuntur, fruuntur,
135 *Knichen.de jur.territor.c.*1.*nu.*221. quia ſtatum * Imperii eſſe, non patrimonii qualitas, ſed perſonæ dignitas eſt, non glebæ pretium, ſed ſummi Principis præmium, *Dn.Victor.de cauſ.exempt.imper.c.*3.*concl.*28.*&* 31.*Fab.de Anna conſ.*40.*n.*43.

III. De antiquitate.

136 Tertiò: ut lineæ † caput non eſt de linea, *Cacher. conſ.*74.*num.*27.*Socin.Iun.conſ.*69.*num.*3.*libr.*3. *Alex.*
137 *conſ.*53.*n.*5.*& ſeq.lib.*6. & unitas * principium numeri, ipſa tamen non eſt numerus, *arg.l.ſi quis,* 10.*in fin.ff. de acquir poſſ.l.ſi quis,* 46.*ff.locat. Flam. de Rub.conſ.*61. *num.*25.*vol.*2. ita Romani * novum hominem prin-
138 cipium quidem nobilitatis, Nobilem verò non dicebant; filium autem novi hominis nobilem definiebant, *adde ſupra c.*1.*num.*43. *& ſeqq.* Quod licet hodie * ab aula receſſum ſit, à Cæſarea enim Majeſtate no-
139 bilitatis collatum titulum ſtatim ſuum poſſeſſorem nobilitare ſupra diximus, *c.*6.*num.*3. *& ſeqq.* poſſet tamen de J. Civ. non inſubtiliter contra diſputari, argumento eorum, quæ de ſervorum conditione ſancita
140 ſunt. Nam I. * manumiſſi quamvis efficiantur li-

berti-

bertini, nondũ ſunt tamen ingenui, Poſteri enim ex iis progeniti, ingenui vocantur, 4. *t. Iuſt. de ing. & libert. l. filium. C. de ſuis & leg. Chriſt.* Lehman/ *lib. 2. chron. Spir. cap. 20. in fin.* II, Libertinis † interdicitur dignitatibus, 141 *l. 1. C. ſi ſervus aut libert. l. un. C. ad L. Viſcell.* non autem eorum filiis, *l. libertorum. 9. C. de Decur.* Ad quod facit, III. † quod ſcribitur *in l. 2. C. de jur. aur. annull.* 142 Aureorum annulorũ uſum beneficio conceſſum libertinitatis tantùm imaginem iis quibus conceſſum eſt dum vivunt, non etiam ſtatum ingenuitatis (plenæ, *ut addit Accurſius*) præſtare. Is ergo † qui nobilitatur, 143 nobilitatem quidem conſequitur (vel exemptionem † nobilitatis, non nobilitatem, *ut diſtinguere videtur Ioſeph. de Seſſe deciſ. 1. num. 47. part. 1.*) Sed non genus, 144 liberi ejus genus habent, ſed nullam gentilitatem, quæ tandem in nepotibus incipit, *Connan. lib 2. comm. civ. cap 11 Tiraquell de Nobil. cap 19. n. 10.* Unde dicunt Dd. † Nobilitatem à nobilitato incipere, in 145 filiis pubeſcere, in nepotibus adoleſcere, in pronepotibus perfectam ętatem conſequi, *P. Friz. de Nobil. concl. 29. lit. c. Azevedo ad conſt Hiſp. lib. 6 tit. 2. rubr. nu 39. & ſeqq. Decian. reſp 19. nu 233. & 236. vol 3. Riminald. Iun. conſ. 741. nu 7. lib. 7.* & hoc eſt quod Baldus, † *in* 146 *prælud. feud. diviſ. 10.* & ex eo *Bon de Curtil tr. Nobil p. 3. num. 199. Gylman in ſymphor. tom. 4. p. 1. vol. 30. nu. 45. Teſſaur. deciſ 270. n. 33. Decius conſ 53. n. 2 Cravett. conſ. 952. n. 6 p 1. Peregrin. conſ. 3. nu. 6. lib. 2. Natta conſ. 576. num. 5. tom. 3.* Nobilitatem in ictu oculi non naſci dixerunt, ſed fluminum † inſtar quo longius procedat, 147 eò magis augeri, *Obrecht. de Regal. tit. 4. th. 107. Natta conſ. 637. n. 3. & 35. tom. 3.*

Ac ſanè ingenuè fateri neceſſe eſt nullam † majorem 148 controverſiæ anſam oriri poſſe, quàm ſi de vetuſtiori familiæ vel domus Principalis ortu diſquiſitio inſtituatur, *Matth. Steph de juriſd. lib. 2. part. 1. c. 4 n. 92.* uſq; adeo † Principes aucupantur famam antiquioris 149 originis, *Knichen. de Sax. non. prov. jur. verb. Ducum. cap. 2.*

Digitized by Google

cap.2.n.46. Ita olim Galli, ut maximam nobilitatem
150 jactarent, ajebant ſe è Plutone † progenitos, idq́; à
Druidibus proditum fuiſſe, *ut teſtis eſt Iul. Caſar libr.6.*
151 *de bell Gallic.* quod tamen † nunc maximi probri lo-
co reputari ab omnibus ait *Thom. Bozius de ſign. Eccleſ.*
152 *Dei tom.1.lib.2.c.19 n.1.* Alii ab Antenore † Trojano,
153 *Ioh Stumph.lib 3.chron. Helvet.c.4.* Alii à Francione †
Hectoris filio propagationem Gallorum deducebant,
notati ob id *à Connan.lib.2.com.c.9.n.7. Pierre Bonfonſ.*
liv.1. des antiquit. de Pariſ.c.5. Ubi concludit Gallos à
154 Germanis deſcendere. Ita Bohemi † ex confuſionis
turre ſe miſſos jactitant, *narrante Æne.Sylv.c.2.hiſtor.*
155 *Boh.* & ſi quis † radices altius inquireret, exiſtimat
Bohemos non ex turre Babylonica, ſed ex arca Noæ
156 prodiiſſe. Archi Ducum Auſtriæ † primordia à Ro-
manis exulibus venatur *M. Albert. Argentinenſ.* Saxo-
157 nes † reliquiis Alexand. M. *Irenic.lib.3. Exegeſ.Germ.*
cap.2. vel Macedonici exercitus adſcribit, *Abb.Vrſperg.*
158 *in chron. tit. de Orig Sax.* Hiſpani † à Viſigothis, Itali
ab Oſtrogothis originem ductitant, *Roderic. Santius*
159 *part.1. hiſtor. Hiſp.cap.8.* Unde etiam hodie † Hiſpani
cum aliquem nobiliſſimum innuunt, *Ne de los Godos* a-
junt, quod ſit filius Gothi. *Caſp. Baet.tr.de inop.deb.c.16.*
160 *num.44. & ſeq* Angli † è Saxonum ſinu ſe prodiiſſe
credunt, *Polydor.Virgil 4.hiſtor. Angl. Aventin.lib.2. An-*
161 *nal. Bojor.* antiquiſſima domus Hennebergica, † quæ
Anno 1583. in Georgio Erneſto extincta, à Columne-
162 ſis, & Anhaltinorum † Principum familia ab Urſinis
deſcendit, *Cyriac. Spangenb. in chron. Henneb.* Neque
163 Welſia domus † Brunſwicenſium ab Eſtenſibus; ſed
164 † Eſtenſes, puta Ferrariæ DUCES, ab antiquiſſima
Welſiorum ſtirpe promanarunt, quod ipſi Itali confi-
tentur, *Calcag.in Orat.funeb.Adolph. Duc.Ferrar.* Atq;
165 hæc † quæ antiquitate repetuntur, licet plerunq; pro
cujuſq; ingenio ficta vel depreſſa ſunt, Protheum imi-
tantes, *ut ait Andr. Alciat. lib.4. reſp.4. in princ.* Unde
166 Veſpaſianus † Imp. irriſit ultrò conantes originem
ejus

Digitized by Google

ejus ad Comites Reatinos, & Comitem Herculis referre, *Sueton. in Veſpaſian.* Non tamen † in omnibus 167
& per omnia contemnenda, maximè quoniam in antiquis hiſtoricis credendum, *l. 1. ff. de off. conſul l. 1. ff ſi cert. pet. ſupra cap. 20 nu. 37. & ſeq.* ita † videlicet, ne 168
ſtatim ex tripode profecta cenſeantur, & à fronte relata Hammonis, *ut loquitur Iuvenal. lib. 2. ſatyr. 6. verſ.* 480. quæ chartis illiniunt. Speciatim † verò cujuſq; 169
illuſtris familiæ proſapiam inquirendo nihil agimus: Etenim quemadmodum magnorum fluminum oſtia ſunt notiſſima, ſcaturigines autem non rarò ignorantur, ita quidem Germanorum Principum familię ſunt vulgatiſſimæ, in genealogia autem deducenda deficimus, unde & nos ſicut vulpes eluſa à ciconia vitreum vas lambimus, pultem haud attingimus, *ut loquimur cum Scaligero Exercitat. 307. ſect. 12 & 21.* neq; altius, ut erat Ferdinandi I. Imp. ſymbolum, Boni viri & boni vini eſt origo quærenda, *Nic. Reuſner. claſſ. 3. ſymbol. Impp.* 40. alioquin vel Reges ipſi, ut Plato † ajebat, ex ſervis derivarunt, atq; ex Regibus ſervi, *Seneca* 170
epiſt 44. cujus rei lepidum legitur exemplum de Marchione quodam, in ſecundâ relatione & Parnaſſo, *cap. 17. fol. 59. & ſeq.* Quemcumq; volueris, *ait ſeneca lib. 2. controv. 6.* revolve nobilem, invenies humilem.

Quamobrem cum omnes novitates ſuſpectę ſimul & odioſæ ſint, Nobilitas verò eo nobilior quo eſt antiquior, *vide ſ. c. 10. n. 62.* is utiq; nobilis qui prius † 171
fuit nobilitatus, & cujus cum Virgiliana Didone, *lib. 1. Æneid.*

Fortia facta patrum, ſeries longiſſima rerum
Per tot ducta viros, antiqua ab origine gentis.

Præferendus eſt alteri, qui poſterius talem dignitatem conſecutus fuit, *per tex. in l. 1. & 2. C. de conſul. l. 1. & 2. Cod. de præf. prætor. l. 1. Cod. de præf. ſacr. cubic. l. 1. Cod. de prox. ſacr. ſcrin. l. 1. §. qua omnia. verſ. ſed & Anatoliam. C. de vet. jur. enucl.* Ut in honoribus † & 172

dignitatibus maximè verum ſit, qui prior tempore, potior jure, *Cephal.conſ.* 615.*n.*31. *& ſeqq.lib.* 5. *Iaſon. conſ.*192.*num.*15.*vol.*2.*Cothman.conſ.* 95.*n.*18.*& ſeqq.*
173 *vol.*2. Novus † enim (vulgò der Edle/) I. tantum
174 virtute ſua, ille † verò (vulgò der Wohl-Edle/) præ-
175 ter hereditatem † gloriæ, quæ poſteris quaſi lumen eſt, *Marius apud Saluſt.in Iugurth.c.*85.§ 1. ſua quoque virtute clarus exiſtit, *Tiraquell.de nobil c.*5.*n.*7.*& ſeqq. Pariſ de Put.tr de re mil.libr.*7.*quaſt.*1. *num.* 15.*& ſeqq. Azevedo ad conſt.Hiſp d.tit.*2.*rubr.numer.*80.*Gomez.in comm.ad ll.Tauri,leg.*83.*n.*18. *Alex.Raudenſ deciſ Piſan.*
176 40.*numer.*379. promptius † autem eſt cuivis parare, quàm ſervare gloriam, *Ioan.Gruter. in not. Trochaic. part.*2 *florileg.Ethic.polit ex Polyb.legat.* §.6.*n.*25.

Nec minor eſt virtus, quàm quærere, parta tueri.

177 *Ovid.lib.*2.*de art.amand.* Cum ergo † duplici virtute commendetur, & propria & majorum, quis eum ſive de honoribus adipiſcendis, ſive de ordine ac conſeſſu ageretur, juniori tempore nobili præferendum negaret? *Bon.de Curtil.de Nobil.p* 3.*num.*27.31.*& ſeqq. Ioan le Cirier de primog lib.*2.*art.*2.*num.* 12.*& ſeqq.Bo-*
178 *cer.de Regal.c.*2.*n.*46.*& ſeqq.* Ut duo † vincula fortiora ſunt uno, §.*ſed hodie Inſt. de adopt. Vinc. Caroc. deciſ.*120.*num.* 16. & funiculus duplex ſimplici poten-
179 tior, *Hipp.Riminald.conſ.*740 *num* 32.*lib.*7.ita etiam † dignior eſt altero is, qui duas habet qualitates, & alter unam. *Cavalcan.deciſ.*20.*num.*26.*part.*2.*Cravett.conſ.* 982 *n.*4.*& ſeqq.Cephal.conſ.*615.*num*.45.*& ſeqq lib.*5.
180 Nec † movere debet quenquam contra prædicta illud Ovidianum, *lib* 13. *Metamorph.*

Et genus & proavos, & quæ non fecimus ipſi,
Vix ea noſtra puto.

181 Nam hoc † procedit ubi contentio eſt de virtute, de qua inter Ajacem & Ulyſſem agebatur. Etenim cõtendebatur tunc inter eos de meritis in univerſum exercitum, & cunctam Græcorum Rempub. ideo fruſtra nobilitas generis in medium veniebat, *Natta*

conſ.

Digitized by Google

conſ.638.n.29.tom.3. ſed † ubi agitur de hujuſmodi 182
prælationibus in ſedendo, ambulando, & talibus honoribus, tum ſpectatur quis prius in ordinem fuerit receptus, quis ſit major ætate, quis ſit nobilior ſanguine & generis vetuſtate, non verò ſtatus perfectior, *ut dicit Felin. in rubr. de major. & obed. col. 3.*

IV.

Quartò cum hoc regali creandorum Nobilium affinitatem † quandam habere jus reſtituendi natali 183
bus putat Budæus, *in annot. ad π. ad L. ult. num. 78 ff. de Senat.* elegantiæ † candore ad aſſem formatus ho- 184
mo, *ut ipſum commendat Zaſius in diſſolut. antinom.* Budæum ſecutus eſt *Tiraquell. de Nobil. c. 6 n* 3. illis ſcilicet, in quibus omnes homines ab initio fuerunt, videlicet ingenuitatis, *Weſenb. in par. ff tor. de natal. reſtit. in pr.* Attamen * cum nemo nobilis naſcatur, etenim
canente Boethio, *lib. 3. conſolat. Philoſ. metr. 6.* 185

Omne hominum genus in terris, Simili ſurgit ab ortu
Quid genus & proavos ſtrepitis? Si primordia veſtra
Authoremq; Deum ſpectes, Nullus degener exſtat
Ni vitiis pejora fovens, Proprium deſerat ortū.

Ideoque creationem nobilium, cum reſtitutione natalium, quæ regeneratio civilis, Græcis παλιγγενε-σία dicitur, & pro qua * noſtris legitimationem eſſe 186
docet, *poſt Bart. ad l. 1. C. de nat. reſt. Weſenb. d. loco,* non
* coincidere, nec confundendam eſſe, rectè monet 187
contra Budæum *Henn. Arniſæ. lib. 1 polit. c. 12. fol. 305.* quem ſecutus eſt *Ioan. Camman. de jurib. Majeſt. diſp. 4. num. 41.* utpote quæ regale * majus peculiare con- 188
ſtituit, *Bodin. lib. 1. de Repub c. ult.* & à Scævola, *in l. quæris. 3. ff. de nat. reſtit.* ſanctiſſimo * & nobiliſſimo 189
Imp. & ab Ulpiano, *in l. 1. ff. eod.* Principi
aſſignatur.

AD CAPUT XXII.

SUMMARIA.

1. *Dignitas & infamia ex conſuetudine & reputatione patriæ æſtimantur, n. 2. & ſeq.*

4. *Alibi fama eſt infamia, alibi honor nota eſt.*

5. *Nobilitatem dedecorat vita venalitiaria, n. 6. & ſeqq.*

9. *Niſi nobiles Principum artifices ſint.*

10. *Niſi mores regni alium permittant.*

11. *Niſi à Principe reſtitutionem obtineant.*

12. *Ardua quæſtio eſt, quænam artes ſint ſordidæ.*

13. *Eam judicis arbitrio relinquit* Cravetta.

14. *Inter ſordidos & viles artifices numerantur* Piſtores.

15. *Niſi quis animi cauſa hanc artem exerceat, n. 16.*

17. Coqui, Laniones, *n.* 22.

18. *Coqui antiquis fuerunt viliſſima mancipia.*

19. Laniones. *Sunt enim inſtrumenta coquorum.*

20. *Coquis Principum dignitatem adſcribit* Baldus.

23. Piſtores. *Arcentur enim à quavis dignitate, num.* 24.

25. *An piſtor ſit mercator. remiſſivè.*

26. Fabri. *Hinc arcentur à conſeſſu judicum, n.*27.

28 *Nec ad teſtimonium ferendum ſunt idonei.*

29. Vitrarii. *Sunt enim ignobiles. Secus in Gallia.*

31. Tabernarii, Popinarii, Caupones, Nautæ, Stabularii, n. 32. 34.

33. *Nobilis exercens tabernam amittit nobilitatem. Ampliatur, n.* 38.

35. *Caupones non poſſunt habitare apud Principem.*

36. *Ejusq; Senatores & Conſiliarios. Ratio, n. 37.*

39. Agitatores *h. Equorum curruumq; rectores.*

43. *Omnes perſonæ infames ſunt inhoneſtæ, ſed non contra.*

44. Apothecarii, Argentarii.

45. *Iulio Cæſari à Marco Antonio objectum fuit, quod avum argentarium habuiſſet.*

46. *Per Apothecarios author intelligit agyrtas.*

47. Monetarii.

48. *Mulier nobilis nubens monetario, nobilitatem amittit.*

50. *Monetarii hodie habentur pro ingenuis, & ipſi eorumq; filii ad honores promoventur, n. 51. & ſeq.*

53. Arenarii. *Limitatur, n. 55. & ſeq.*

57. Hiſtriones. *Ratio, n. 59.*

60. *Hiſtrionibus adnumerantur* Kurtzweilige Räthe/ *qui ſtultitiam ſimulantes alios ſtultos faciunt, num. 61.*

62. *Quibus nulla debetur merces, niſi in ſtipulatum deducta, n. 65.*

63. *Voluptatis nulla eſt æſtimatio.*

64. *Voluptatum artifices hodie plus diteſcũt quàm vigilantiſſimi conſiliarii.*

66. *Qui gratiam ob ſervitia expectat, is miſericordia remunerabitur.*

67. Tibicines, Cithariſtæ, Lyriſtæ, aliiq; aliorum muſicorum in nuptiis cæterisq; feſtivitatibus luſores.

68. *An pactum inveſtituræ turpe ſit, ut vaſallus loco ſervitiorum coram Domino ludat cythara, n. 69.*

70. Athletæ, Pugiles. *Quando verò & quomodo*, 71. *& ſeq.*

74. Balneatores, Tonſores, *n.*76. *& ſeq.*

75. *A teſtimonio ferendo arcentur.*

79. *Barbitonſoribus Principis nobilitatem adſcribit Decius.*

81. *Legationis officium nobiliſſimis demandatur.*

80. *Ludovicus Rex Galliæ XI. Olivarium tonſorem miſit in Burgundiam.*

82. *Quod pro contemptu exceptum à domo Burgundica, non immeritò.*

83. Fullones, Sartores, Sutores, n. 87.

84. *Ludovicus XI. Rex Galliæ Sartorem pro feciali habuit.*

85. *Sartor eſt. Ergo fur eſt.*

86. *Pannus præſumitur furatus, ſi non eſt in veſte poſitus.*

88. Cuſtodes portarum, porcorum, ovium, Mundantes latrinas, Carnifices &c. n.89. & ſeqq.

93. *Nobilitati derogatur per mercaturam*, *nu.*94. *& ſeqq.*

97. *Lex Torneamentorum de Nobilibus, qui mercaturam exercent.*

98. Umb das Roß *turnieren, maximum olim nobilitatis dedecus*, Intellige, ut n.99.

100. *Mercatores ſunt qui comparant & revendunt.*

101. *Non qui vendunt fructus ſuos ſuperfluos, num.* 102. *& ſeq.*

104. *Vel propter eminentes neceſſitates, ſed cum quadam perpetuitate.*

105.

105. *Vna hirundo non facit ver.*

106. *Nec ex uno lapide fit domus.*

107. *Nec unus flos facit ſertum.*

108. *Nec ex uno actu negotiationis ſtatim fit mercator.*

109. *Nobiles id quod intereſt ſupra uſitatas uſuras non rectè petunt, ſed mercatores tantùm.*

111. *Imò ob moram malitioſam, lucrū ceſſans damnumq́ emergens petere poſſunt.*

110. *Pupilli à tutoribus ſuis uſuras uſurarum juſtè exigunt.*

112. *Nobiles per alium abſq́ detrimento nobilitatis negotiari poſſunt.*

113. *Contrarium author expoſuit, n.* 114. *& ſeqq.*

Limitatur, n. 119. *& ſeq.*

121. *Dignitas cenſetur, quicquid ex conſuetudine ſic exiſtimavit.*

122. *Etiamſi eccleſiaſtica ſit.*

123. *Nobilitas amittitur per infamiam vitæq́ turpitudinem.*

124. *Non ſervatur ei honos, qui ſe deduxit in ſcelus.*

126. *Amittitur autem propter commiſſum perjurium, n.*128.

129. *Propter falſum, crimen læſæ majeſtatis, Hæreſin, Furtum,* 129. *& ſeq.*

131. *Vel ſi in bannum imperii declaretur.*

132, *Vel ingratus erga conſerentem exiſtat.*

133. *Exemptus propter ingratitudinem ad primum ſtatum reduci poteſt.*

134. *Et libertas ob ingratitudinem revocari.*

135. *Amittitur, ſi mulier nobilis impudicè vivat.*

136. *Quod quidem durùm; ſed lex ita inter nobiles ſcripta eſt*, n. 137.

138. *Nobilitate privandus eam ad ſententiam uſq; retinet.*

139. *Degradatio eſt de Regalibus. Imperator quando quis nobilem appellat, qui ea dignitate privatus eſt, eo ipſo illam dignitatem de novo conſequitur.*

140. *An Pater amiſſa nobilitate liberis præjudicare poſſit. Diſtinguitur*, n. 141. & *ſeqq.*

143. *Nobilitas non renaſcitur ex cineribus, ut Ægyptia volucris Phœnix.*

146. *Pater amittit nobilitatem quo ad honorem, nõ quo ad onera*, n. 147. & *ſeq.*

149. *Ne cedat in commodum, quod in pœnam potius erat retorquendum.*

150. *Hinc collectas & onera ſeparabilia ſubire tenetur.*

157. *Caſus in quo pater plebejus, filius verò in poſſeſſorio nobilis, pronuncietur.*

159. *Nobilis nobilitate ſua ſemel privatus amplius nobilitari nequit.*

160. *Etiamſi ex Principis reſcripto id ſibi concederetur.*

161. *Niſi haberet clauſulam derogatoriam.*

162. *Nobilitati derogatur per contractum cum ignobili matrimonium. Ampliatur*, n. 166.

163. *Status mariti immutat primævum ſtatum uxoris.*

165. *Natus ex muliere nobili, & marito plebejo utrumq; parentem plebejum habet.*

Digitized by Google

167. *Limitatur, niſi viciſſim nubat viro nobili.*

168. *Vel mulier ſummam nobilitatem habeat.*

169. *Mulier nobilis nubens Doctori non perdit privilegia.*

Comitiſſa non dicitur nubere indigno, quæ nubit Doctori.

CAPUT XXII.

Quibus modis Nobilitas tollatur, conſumatur vel minuatur.

ANtequam de modis denigrandi nobilitatem verba faciamus, monendi ſumus cujuslibet nationis † 1
conſuetudinem, communemq; reputationem patriæ imprimis eſſe obſervandam, *Tiraquell. de Nobil. c.* 10. *& c.* 34 *num.* 1. *Cavalcan. deciſ.* 41. *n.* 23. *lib.* 1. *Olivar. Razzal. deciſ.* 207. *nu.* 5. *Menoch. conſ.* 552. *num.* 6. *lib.* 6. *Farinac. conſ. crim.* 95. *num.* 13. *lib.* 1. Ubi uno ore docent, ad dignoſcendum an ars ſit nobilis vel ne, reſpiciendum eſſe ad mores & leges loci, ubi de ea eſt contentio, cum dignitates † ex conſuetudine dignoſcantur, *Cephal. conſ.* 611. *num.* 29. *& ſeqq. libr.* 4. *Hondeda. conſ.* 87. *num.* 2
61. *vol.* 2 *Flam. de Rub. conſ.* 65. *num.* 107. *vol.* 2 Nam ut ſcribit Paulus Æmilius, † *in pr. vitar. illuſtr.* non eadem omnibus gentibus ſunt honeſta atq; turpia, *arg. l.* 3
fin. §. 2. *ff. de muner. & hon.* Alibi fama † eſt infamia, 4
alibi honor nota eſt, *Ian. Gruter. in florileg. Eth. part.* 1. *in not. Bodin. lib* 3. *de Rep. c.* 8 *poſt pr. Capoll. de Imp. mil. delig. c.* 4. *num.* 8. *Laur. Kirchof. conſ.* 10. *nu.* 13. *vol.* 5. *var. ICtor.* Quod ſi verò conſuetudo ceſſat, in genere quæ nobilitatis Eclipſin cauſantur, *& ut loquitur Iuſtin. Imp. in l. fin. C. de locat. & conduct.* ex milite paganum, ex decorato infamem conſtituunt, occurrunt.

I. Vi-

I.

Vita † venalitiaria, ſeu uſus vilis artificii, *per tex. in*
5 *l. ne quis, 6. C. de dignit. Bon de Curtil tr. Nobil. p. 3. n. 35.*
Azevedo ad conſt. Hiſp. lib. 6. tit. 1. leg. 3. per tot. Farinac. de-
ciſ. crim. 290. num. 2. Cravett. conſ. 549. nu. 1. p. 3. Burſat.
6 *conſ. 62 num. 23. & ſeq. vol. 1* adeò † ut ipſo facto no-
bilitatem amittat, *Ant. Faber. in Cod. lib. 9. tit. 28. defin.*
7 18. *num.* 2. nec ſola † deſiſtentia nobilitatem amiſ-
ſam recuperare poſſit, *Ant. Fab d. defin. 18. num. 4. & de-*
8 *fin. 1. num. 8. & ſeqq.* quia per † exercitium vilis arti-
ficii ita ſordidate ſeu vilitate inficitur, ut poſtea officia
honoris habere non poterit, *Ioh. Guttierez conſ. 31. nu.*
27. *per l. humilem. C. de inteſt. nupt. l. 1. C de natural. lib.*
ponderando verba præfuit, præfuerit. Et licet dema-
9 tur litera, nota tamen manet. Limitant † autem Dd.
I. Niſi Nobiles Principum artifices ſint, quos omnes
in dignitate poſitos eſſe cenſet *Flamin. de Rubeis conſ.*
21. *n.* 10. *vol.* 1.

10 II. Niſi mores † regni aliud permittant, quemad-
modum in Hiſpania, Nobiles etiam viliter & mecha-
niter viventes, gaudent immunitate nobilitatis, *Arze*
ab Otalora de nobil. Hiſp. 2. part. c. 3. num. 7. quamvis id
ipſe ibidem deploret. Et atteſtatur *Covarruv. pract.*
quæſt. c 19. *nu.* 7. ſe vidiſſe non ſemel fabros lignarios,
ejuſmodíque artifices probata nobilitate gaudere pri-
vilegiis nobilium.

11 III. Si à † Principe reſtitutionem obtineant,
arg. l. Imperialis, 23. § 1. C. de nupt. Tiraquell de Nobil. c.
27. num. 5. & ſeqq Chaſſan. in conſuet. Burg. rubr. 4. §. 19.
n. 32. & ſeq. ubi hoc intelligit non de nobilitate ſan-
guinis, ſed de nobilitate nova ex privilegio, *Cephal.*
conſ. 238. n. 23. lib. 2. Quamvis autem ardua † quæ-
12 ſtio ſit, quænam artes habeantur ſordidæ, *ut ait Bodin.*
13 *lib. 3. de Repub. c.* 8. quam ideo judicis † arbitrio relin-
quit *in terminis, Cravett. conſ.* 163. *nu.* 2. *part.* 1. de jure
tamen qui viles artes exercent, ſunt.

14 I. Pictores. † Operæ enim pictoriæ ponun-
tur

tur inter fabriles, *per l ſi non. 26. §. libertus. 12. verſ. ſed ſi operas. ff. de condict. indeb. Bodin. d. cap* 8. *p.* 562. Niſi † 15
animi tantum cauſa, pour paſſe le temps, artem pictoriam exerceant, *l. Archiatres* 8. *C. de metat. & Epid. l. ult. C. de excuſ. artif.* G. Schönborn/*lib.* 3 *pol. c.* 5. *Tiraq. de Nobil. c.* 34. *num.* 2. *& ſeqq.* Nam quod quis ſalva † 16
& illæſa dignitate artes mechanicas domi otio negotioſo exercere poſſit, reſpondit *Fab. de Anna conſ.* 34. *n.* 8. *& ſeqq.*

II. Coqui, Laniones. † Connumerantur 17
enim coqui inter ſerviles artifices, *in l. ſi quid.* 18. *in fin. ff. de ædil. edict. l. legatis,* 65 §. 2 *ff. de leg.* 2. *l ſervis.* 99. §. *ſervis,* 4. *ff. eod. Fr. Cremenſ. ſingul.* 99. *num* 1. & teſtatur † 18
Livius coquos antiquis fuiſſe viliſſima mancipia, *libr.* 39. *hiſtor. Rom. c.* 6. *in fin. Cornel. Agripp de vanitat. ſcient. c.* 89. *de arte coquinar.* Quibus adnumerantur Laniones. † Sunt enim inſtrumenta coquorum, *l. cum de* 19
lanionis. 18 *ff. de fund. inſtruct. Tholoſan. lib.* 18. *ſyntagm. c.* 26. *num* 8. Nec obſtat, quod poſt Baldum † coquis 20
Principum dignitatem adſcribant *Barbat. de præſtant. Cardin. quæſt.* 1. *numer.* 40 *part.* 1. *Fr. Lucan. tr. de privil. part.* 1. *caſ.* 110. *Lud. Roman. ſingul.* 655. *num.* 2. *Boer. deciſ.* 222. *num.* 10. *Cavalcan. deciſ* 41. *num* 32. *lib.* 1. *Farinac. conſ. crim.* 94. *n.* 3. *lib.* 1. Eadem namq; † omnium 21
eſt conditio quoad ſtatum, licet non quo ad officia; Ut in ſimili traditur de ſervis, *in l. ſed ſi quid.* §. 1. *ff. de uſufr. l. ult. in fin ff. de ædil. edict. l. & ſervorum.* 5. *ff de ſtat. hom* §. *pœna. Inſt. de injur.* §. *ult. Inſt. de jur perſon.* ita † 22
ſervus reſpectu ſervi dicitur Dominus, *in l. ſi ſervus.* 17. *ff. de pecul.*

III. Pistores. † Nam id munus ſervorum eſt, 23
l. quæſitum. 12. §. *Trebatius,* 5. *ff de fund. inſtr.* munus vilium & ſordidorum artificum, *l. maximum.* 12. *verſ. ſordidorum. C. de excuſ. mun.* Hinc † arcentur à perfe- 24
ctiſſimatus dignitate, *l.* 1. *C. de perfect. dign.* imò & quavis alia, *l un. C. de Piſtor. & ibi Sebaſt. Nav. Cæſar. Barz. deciſ.* 122. *num.* 17. *& ſeqq. Fr. Marti deciſ.* 161. *num.* 0.

tom.

Digitized by Google

25 *tom.2.Cephal.conſ.237.n.9.lib.2.* An piſtor † eſt mercator? Neg.ſed artifex, *Petr. Surdus deciſ.313 per tot. lib.1.*

26 IV. Fabri, † Carpentarii. Vocantur enim viles, *Acturſ.in Nov.7.c.3.§.2.verb.mechanicis, Pruckman.conſ.15.nu.55.vol.2.* ubi in ſpecie de fabris lignariis; Et annumerantur mechanicis, *per l.1.C.de excuſ.*
27 *art.l.ſcribit.34.ff.de aur.& arg.leg.* quapropter † ab imperii honoribus & conſeſſu judicum arcentur, *Bodin.*
28 *lib.3.de Repub.c.8.Eccleſiaſt.c.38.poſt pr.* nec ad † teſtimonium ferendum ſunt idonei, *Farinac.tr.de teſtib. q.57.n.50 lib.2.prax.crim.Pruckman.d.conſ.15.n.54.& ſeq.vol.2.*

29 V. Vitrarii. Sunt enim † in Germania admodum ignobiles, *Everh.à* Weihe / *in libell.de ſpecul.*
30 *orig.n.29.* quamvis † in Gallia ex communi opinione habeantur pro nobilibus, *teſte Caſſan in Cat.glor.mund. part.conſid.43.*

31 VI. Tabernarii, † Popinarii, Caupones,
32 Quibus *Cephal.conſ.611.n 16.lib.4.* addit Nautas, †
33 & Stabularios. Unde Nobilis † exercens tabernam miniſtrando cibum & potum venientibus in domum ſuam, amittit privilegia nobilitatis, *Guttierez.libr.1. pract.obſ.137.num.11.* Qui enim † hujuſmodi officia
34 exercent, viles ſunt & abjecti, illorumque exercitium humile, *per l.humilem.C.de inceſt.nupt l.1.C.de natural. lib.Hondeda.conſ.93.num.49.vol.2. Guttierez.conſ.31. num.11.& ſeqq.* unde † non poſſunt habitare apud
35 Principem, *Ioh.à Platea.in l.ſi qua.num.9.C.de ſpectacul. & ſcen.* ejusque † ſenatores & conſiliarios, *Menoch.*
36 *conſ.666.num.10.per tot.& conſ.798.per tot.* Videmus enim † caupones plerumq; ſub prætextu inſtrumen-
37 ti cauponii proſtitutas & uſurarias habere mulieres, *l. palam.34.§.ſi qua,9.ff.de rit.nupt.* ut non admodum differant ab his quæ in lupanaribus proſtant, *l.ult.C ſi mancip.ita vene.* ubi caupona pro proſtibulo habetur, *l.4.§.2.ff.de his qui not.infam.l.quæ adulterium.29. C.ad*

L.Iul.

L. Iul. de adult. l. quid tamen, 21. §. ſed ſi, 11. ff. de arbitr. ubi popina vocatur locus inhoneſtus, & cum lupanari conjungitur. Quare Caſus JCtus *in l. ſi quis, 26. ff* injuriam fieri patri dixit, ſi quis filium in popinam duxerit, *arg. l. ut tantum, 14. §. 1. ff de ſerv. corrupt.* Atque hoc adeò ampliant † *Gratian. tom. 1. diſcept. for. cap.* 38 186. *numer. 25. Cravett. conſ. 163. num. 3. part. 1.* etiamſi Nobilis eam artem pro vendendo vino exerceat, quod ex vitibus ſuis natum eſt, ſi ad ulteriora procedat vendendo carnes & edulia, quæ ex ſuis prædiis percepta ſunt.

VII. Agitatores, † hoc eſt, equorum curruumque rectores, ſunt enim perſonæ inhoneſtæ, *l. ſi qua, C. de ſpectacul. & ſcen.* infimæ ſortis & vilis pretii, *l. Titius. 43. §. ult. ff. de act. empt.* Unde miſeros nobiles vocat Guazzo, *de civil. converſat. libr. 2. fol.* 297. qui aſellos lignis onuſtum ad mercatum adigunt, ac per nobilitatis fidem jurant, ſe aliâs ejuſmodi ſarcinam tanti vendidiſſe. Non tamen † infames ſunt, *l. Athletas 4. in princip. ff. de his qui not. infam.* cum etiam † Romæ nobiliſſimi in circo ſe exercuerint, *teſte Sueton. in Auguſto cap. 43. & in Caligula cap. 18. Blondus libr. 3. inſtaurat. Rom. numer.* 22. minus enim † eſt eſſe inhoneſtum, quàm infamem, *arg. l. eos qui, 12 ff. de Decur.* Omnes perſonæ † infames ſunt inhoneſtæ, ſed non omnes inhoneſtæ ſunt infames, *Ant. Faber. in Rational ad L. 4. ff. qui not infam. lit. d. Gothofr. in not. ad L. 4. C. de ſpectacul. P. Faber. lib. 1. ſemeſtr. 20. in fin.* & Tertullianus *libr. de ſpectacul.* ſcribit, artem non artificem damnari.

39 (margin) 40 41 42 43

VIII. Apothecarii, Argentarii, hoc eſt, qui habent ſummam rerum venalium. Removentur enim † ab officiis provincialibus, ut omnis honor atque militia à contagione hujuſmodi ſegregetur, *l. ſi cohortalis. 12. §. fin. C. de cohort. princip. Hondeda. conſil. 87. num. 60. vol. 2. Cephal. conſil. 237. numer. 10. & ſeq. lib. 2.* tum etiam Argentariorum artem parum hone- 44

honeſtam fuiſſe Romæ, conſtat ex Suetonio, *in vita*
45 *Octav. Caeſar. c. 23.* ubi refert † Cæſari à Marco Antonio objectum fuiſſe, quod avum argentarium ha-
46 buiſſet. Apothecarios hîc † intelligimus, quos Agyrtas, Germani Storger/Zanbrecher/Weſtphal. Quacſalber appellant, qui mercium viliſſimarum apothecas ſecum deferentes, certis in locis aliquandiu conſiſtunt, emptorem opperientes, *Iacob. Cujac. libr. 2. obſerv. fin.*

47 IX. MONETARII, ſunt enim † abjecti, deformes, *l. nequis, 6. C. de dignit. Tiraquell. de Nobil. c. 34. n. 55.* & ad dignitates inhabiles, *l. 1. C. de murileg. & gynaciar.*
48 Unde mulier † nobilis monetarii adhærens conſortio, decus nativæ libertatis amittit, niſi legitima admonita conventione diſcedat, *l. edicimus. 7. & ibi Cujac. C. de murileg. Sixtin lib. 2. de Regal. c. 7. num. 33. Decian. tr. crim. lib. 7 c. 23 num. 6. Bocer. tr. de jure monet. c.*
49 *2. num. 51.* Diſſentiunt † *Alciat. in d. l C. de murileg. & Budell. de re monetar. p. 1. cap. 24. per tot. ibiq; Matth. Boys. in præfat.* dictas leges de falſificantibus interpre-
50 tantes. Hodie verò † Monetarii habentur pro inge-
51 nuis, *Bocer. d. c. 2. num. 50.* promoventur † ad honores & dignitates, Reichs Abſchied/ *de Anno* 1566. §. Als auch hieben/ *& Anno* 1571. §. Darumb/ 33. & filii
52 † eorum, modo de honeſta nativitate conſtet, à conſortiis honeſtorum opificum non excluduntur, *arg. tit.* Von Handtwercks Söhnen/ *Reform. politie. de Anno* 1548.

53 X. ARENARII, hoc eſt, † qui cum beſtiis depugnaturi in arenam deſcendunt, ſubeunt enim maculam infamiæ, *l. 1. C. de nat. lib. l. 1. § removent. 6. verſ. & qui operas, cum ſeqq ff. de poſtul. Bertrand. conſ. 268. n. 9. vol. 3. part. 1.* humiles ſunt & abjectiſſimi, *l. humilem. 7.*
54 *C. de inceſt. nupt.* & parentum † hereditate ſe indi-
55 gnos reddunt, *l. in arenam. 11. C. de inoff. teſt.* Niſi † vel virtutis oſtendendæ cauſa hanc venationem arenariam ſuſcipiant, *d. l. 1. §. 6. verſ. deniq; Gail. 2. obſ. 68. n. 9.*
Farin.

Digitized by Google

Farinac.lib.2.pract.crim.qu.56.n 442. vel beſtia † ta- 56
lis ſit, quæ regioni noceat, quibus caſibus locantes operas ſuas extra arenas, non notantur infamia, *tex.in d.l.* 1. *verſ. ſed ſi quis.*

XI. HISTRIONES, † vulgò Comœdianten; 57
PANTOMIMI, SALTATORES. Sunt enim ipſo jure infames, *l.2.§. ait prætor.5.ff.de his qui not.infam.cap. diffinimus.4.qu.1.Hier.de Cavallos pract.quæſt.709.n.4. Bertrand.conſ.136.n.1.vol.8.* humiles ſunt & ſordidi, *l.humilem.C.de inceſt.nupt.li.1.C.de nat.lib.* vilis pretii, *l. Titius.43.in fin.ff.de act.empt.* viles & inhoneſti, *l ſi qua. 4.C.de ſpectacul.* adeò ut à patre exheredari poſſint, niſi & ipſe ejuſdem profeſſionis fuerit, *Novell.115.cap.3.* §.10. Nec obſtat, † quod illi qui in ſcenam prode- 58
unt, virtutem ſuam & ingenium plerunq; admirabile oſtendant, poſſitque ea res publicè prodeſſe, ſi quod plerumq; fit in comœdiis & tragœdiis frequentiora hominum vitia publicè vituperentur, & apud eos quibus poſſit dici.

—— mutato nomine de te
Fabula narratur. ——

Nam virtutem † quidem ſuam & induſtriam iſti 59
oſtendunt, ſed nõ ejus oſtendendę gratia hoc faciunt, ſed propter præmium & mercedem, ac quæſtus gratia, quæ res eos infames facit, *Ant.Faber. in Rational. ad L.2.§.ait prætor.ff.de his.qui not. infam. Farinac. lib.2. pract.crim.qu.56.num.441.* Hiſtrionibus † annume- 60
ramus Pantagrueles, ſive Gnatones aulicos, quos civiliori vocabulo Kurtzweilige Rähte/ vocamus, qui
† ſtultitiam ſimulantes alios ſtultos faciunt, *Æneas* 61
Sylvius cap.62.hiſtor. Bohem. quibus nulla † debetur 62
merces, niſi in ſtipulatum deducta fuerit, ſed ſufficit illis frui menſa, converſatione, poculis & veſtitu Dominorum, *per Reform. de Anno.* 48. *tit.* von Schalcks Narren. 28. cum nulla † voluptatis ſit æſtimatio, 63
Zaſius lib.1.ſingul.cap.3.nu.44.per l.fin.ff.de oper.libert.
Attamen † ut nunc ſunt mores noſtrorum tempo- 64

rum, iſti voluptatum artifices in aulis hodie plus diteſcunt, quàm vigilantiſſimi conſiliarii, *Ant. de Guevara lib. 3. horolog. Princ. cap. 46. num. 641. & ſeqq.* Ita crebrò fit, ut melioris conditionis ſint ſtulti quàm prudentes & periti, *contra L. 4. ff. quod vi aut clam cap.*
65 *eum qui. 18. de prabend. in 6.* Ideo rapiant, † capiant quantum poſſunt dum durat gratia, à qua ſi cadant, vel Princeps moriatur, ñiq; contenti futuræ liberalitatis expectatione, in tali ſervitio dominorum ſe collocarint, nihil exigere poſſunt ab heredibus, *Colerus de proceſſ execut. c. 9. part. 1. n. 10. Gratian. tom. 1. diſcept. cap. 185. num. 39. & ſeqq.* Juxta illud vulgatum. Qui
66 gratiam † ob ſervitia expectat, is miſericordia remunerabitur: Wer auff Gnade dienet / dem wird mit Barmhertzigkeit gelohnet / *Coler. conſ. 26. n. 34.* Landtrecht *lib. 1. art. 22. §.* Wer auff Gnade.
67 XII. Tibicines, † Citharoedi, Citharistæ, Lyristæ Bratensgeiger / aliique aliorum muſicorum in nuptiis cæteriſq; feſtivitatibus luſores, *Tiraquell. de Nobil. cap. 34. numer. 6. & ſeqq. per* Landtrecht *lib. 1. art. 37. circa fin.* Ibi, Spielleuten gibt man zu Baß den Schatten eines Mans. Quod gloſſa ibidem ita explicat, das weiſſe / als der Schatte od Schein bezeichnet einen Man / alſo haben dieſe wohl gleichnüs eines Mannes / vnnd ſeind doch keinem Manne gleich im Rechten / vnnd man helt ſie auch für todt / Quamvis textus latinus de hiſtrionibus lo-
68 quatur. Quid ſi autem † in inveſtitura feudi pactum interponatur, ut vaſallus loco ſervitiorum coram Domino ſuo ludat cythara, vel alio inſtrumento muſico? illud pro turpi & indecoro habendum non eſſe docent *poſt Iſern. & Alvarott Gœdde. diſp. feud. 3. th. 22. lit. b. Vultej. de feud. c. 7. n. 55. H. Roſenthal de feud. cap. 6.*
69 *concluſ. 22. n. 5.* Niſi poſtea † ampliores fortunas, dignitates & titulos couſecutus, ſalva dignitatis ratione tale ſervitium ludendi obire non poſſet, *Frid. Schenck. ad cap. un. § fin. n. 4. quid ſit inveſt. Pet. Iacob. in pract. aur. libell.*

Digitized by Google

libell. rub. 61. n. 24. Roſenthal. de feud. c. 8. concl. 22. nu. 6. ubi nominatim loquitur de dignitate & titulo Doctoris.

XIII. Athletæ, Pugiles. Dum enim † operas ſuas locant non ſolum ſordidi, ſed infames ipſo jure habentur, l. 1. §. removent. 6. ff. de poſtul. Tiraquell. de Nobil. c. 34. n. 19. & ſeqq. quamvis alias † horum ars non modò ab omni infamia remota, utpote à quibus virtutis amore certamen ſuſcipitur, l. athletas 4. ff. de his qui not. infam. ſed etiam laudabilis, & ad Deorum cultum à veteribus habita ſit; Donell. libr. 27. comm. jur. civ. & ad l. ſpem. 5. nu. 1. & ſeq. C. quæ res pign. obl. Nam ut † ad eam incitarentur, victoribus propoſitæ erant coronæ quæ dicebantur ſacræ, l. commod. 40. ff. de re jud. pro coronis vero præmia, quorum mentio eſt. in d. l. ſpem. & apud Suton. in Neron. cap. 27. & ſeq. & qui ter † vicerant jubebantur immunes ab omnibus oneribus publicis, l. un. C. de Athlet. ibiq; Cujac. ut à tutela l. ſi duas. 6. §. 13 ff. de Excuſ. tut. Montan. tr. de jur. tutel. c. 35. n. 100. & ſeqq. &c.
70
71
72
73

XIV. Balneatores, Tonsores. † Sunt enim viles & à teſtimonio † ferendo arcentur, Nepos à Mont. tr. de teſtib. n. 16. & 20. Pruckman. conſ. 12. n. 78. vol. 1. Et quod Chirurgia † ſit ars vilis & mechanica diſputat Cephal. conſ. 611. per tot. lib. 4. quodq; barbitonſoris † officium non bene cum nobilitate conveniat, tenet Olivar. Razzal. deciſ. 207. num. 11. part. 1. quippe quod illi † viliores conditionis ſint, quàm hiſtriones per l. ſed ſi quis. 15. §. 1. ff. de uſufr. Tholoſan. lib. 15. ſyntagm. c. 26. n. 16. Nec refert quod Decius † in l. 1. n. 15. C. de in jus voc. barbitonſoribus Principis nobilitatem adſcribat, propterea quod lateri ejus adhærent, ratio enim hæc eſt ridicula, & violenta nimis. Neq; refert † quod Ludovicus XI. Rex Galliæ Olivarium tonſorem ſuum in Burgundiam ablegaverit petitum uxorem Delphino ſuo Caroli Ducis unicam filiam Mariã, referente Cominæo lib. 8. hiſt. & Mej. lib. 11.
74 75 76 77 78 79 80

81 *annal. Franc.* quod tamen legationis † officium olim non niſi nobiliſſimis demandabatur, *Fr. le Vair. libr. 3. de legat. cap. 3. Tiraquell. de Nobil. c. 20. num 43. & ſeqq.*
82 *Decian. reſp. 7. nu. 57. vol. 3.* Pleniſſimum enim † contemptu factum, & ita à domo Burgundica meritò habitum, quod & in jugulum tonſoris rediiſſet, ni maturiore fugâ ſibi proſpexiſſet, *H. Kirchner. de legat. lib. 1.*
83 XV. Fullones, Sartores. † *Cephal. conſ.*
84 *611. n. 16. lib. 4.* Quamvis Ludovicus † XI. Rex Galliæ Sartorem pro feciali habuerit, *Bodin. lib. 6. de Repub. c. 2. circ. fin.* Quo referenda gloſſa eſt, *in §. ſi tamen. verb. ſive ipſe Inſt. de rer. diviſ.* quæ bonum argumentũ
85 eſſe ait, Sartor † eſt, Ergo fur eſt. Nam pannus præ-
86 ſumitur furatus, ſi non eſt in veſte poſitus, † *Aretin. in §. ſi tamen alienam. n. 2. ibiq; Schneid nu. 4. Inſt. de rer.*
87 *diviſ. Cavalcan. deciſ. 26. nu. 14. part. 1.* De Sutoribus † idem eſto judicium, fraternizant enim cum Sartorib⁹. Dentibus antiquas ſoliti producere pelles. Et mordere luto putre vetusq; ſolum. *Martial. lib. 9. Epigramm.*
88 XVI. Custodes Portarum. † Sunt enim perſonæ viles, *poſt Angel. Cravett. conſ. 196. nu. 7. tom. 1.*
89 Custodes porcorum, † *Bartol in l. ne quis. C. de di-*
90 *gnit.* Custodes Ovium, † *Adr. Neguſant. in ſylv.*
91 *reſp. q. 445. n. 10.* Mundantes Latrinas, † *Nepos de Monte Albano tr. de teſtib. nu. 20.* Carnifices.
92 † *Cephal. conſ. 237. n. 12. lib. 2.* & ſimiles de tribu levi.

II.

93 Secundò † derogatur nobilitati per mercaturam.
94 Privilegium enim † amittitur per actum contrarium,
95 *l. 2. C. de Carbon. edict. l. privil. 27. C. de Decur.* Atqui † Nobiles mercaturam exercentes faciunt actum contrarium, & nõ correſpondentem nobilitati, *per l. nobiliores 3. C. de commerc. & mercat. Tiraq. de Nobil. c. 33. n. 2. & ſeqq. Phil. Port. conſ. 167. n. 89. vol. 4.* Ergo privilegia
96 nobilitatis amittunt, iis enim † renunciare videntur, *Benevenut Stracha. de mercatur. part. 3 nu. 14. & ſeq. Guido Papa deciſ. 196. n. 1. Decian. reſp. 7. nu. 45. vol. 3.* Id quod

quod evidentius † in legibus Torneamentorum Anno 938. ab Henrico I. ita prohibitum eſt *art.* 11 Daß welcher vom Adell gebohren vnnd herkommen were/ der ſeinen Standt anderſt dan in Adelichem Standt hielte/ ſich nicht von ſeinen Adelichen Ständen/ Renten vnd Gülten die jhm ſein Man vnnd Erb Lehen/ Dienſt-Lehen/ Raht-Gelt/ Herꝛen Solt/ oder Eygenthumb jährlich ertragē mag/ ſondern mit Kauffmanſchafft/ Wechſeln/ Fürkauffen/ vnnd dergleichen Sachen nehren oder ſein Einkommen mehren wolte/ dardurch ſein Adel geſchmeht vnd verachtet würde/ wo er auch ſeinen Hinterſaſſen vnnd Anſtöſſern jhr Brott vor dem Mund abſchneiden wolte/ derſelbe ſo der Stück eins oder mehr vberfahren/ ſoll im Turnier nicht zugelaſſen werden/ wo er aber darüber einreiten vnnd Turnier halten wölte/ ſoll man mit jhm vmb das Roß/ (maximum † olim nobilitatis dedecus, 97 98 *Receſſ. Imp. de Anno* 1236. *c.* 10. *apud Goldaſt conſt. Imp. p.* 82. *tom.* 1.) Turnieren/ vnd jhn auff die Schrancken ſetzen nach Turnieres Freyheit/ ꝛc. *Fr.* Pfeil/ *conſ.* 202. *num.* 37. *cent.* 2. Quod tamen † ita intelligendum, ſi Nobiles vitam nobilitati decentem deſerentes, frequenter vel in totum mercaturam profiteantur, *per not. Thoming. conſ.* 24. *num.* 2. *in fin. vol.* 1. *Caſar. Barz. deciſ.* 99. *num.* 19 *& ſeqq. Maranta in ſpecul. part.* 4. *diſt.* 9. *num.* 57. *& ſeqq. Chaſſan. in conſuet. Burg. rubr.* 4. §. 1. *tex ſi elle n' eſt marchande, num.* 3. Mercatores enim † propriè illi dicuntur, qui comparant & revendunt, *Surdus deciſ.* 313. *num.* 1. *Bertazzol. conſ. crim.* 256. *nu.* 7. *Signorol. de Homod. conſ* 95. *part.* 1. non qui † vendunt fructus ſuos ſuperfluos, *Hier. à Laurent. deciſ. Aven.* 14. *num.* 7. *Decius conſ.* 472. *n.* 27. *Cravetta conſ.* 549. *n* 9. *part.* 4. Et in terminis, † Ob die vom Adell welche von jhrem Zuwachs Bier brawen/ vnnd daſſelbe verkauffen/ ſich dardurch jhrer Adelichen Freyheiten vnd privilegien verluſtig machen/ ita conſuluit *Mynſing. reſp.* 1. *quaeſt.* 3. *per tot. n.* 77. *& ſeqq. decad.* 15. quod 99 100 101 102

103 item Nobilis † in civitatem receptus cum hac conditione, daß er ſich keines Brawens / noch anderer Bürgerlichen Nahrung gebrauchen wölle/nihilominus poſſit braxare cereviſiam ad ſuæ & familiæ ſuſtentationem, obſervavit *Hartm. Piſtor. obſ. 49. per tot.* ubi n. 13. ita à Scabinis Lipſenſibus reſponſum fuiſſe ait,
104 *Diſſ. Dan. Moller. 4. ſemeſtr. 17. per tot.* Nec mercator † eſt, qui propter eminentes neceſſitates mercatur, ſed cum quadam perpetuitate, *Bart. de Saxoferrat. tr. de teſtib. num. 62. Menoch. de A. I. Q. caſ.* 400. *n.* 20. *H. Riminald. conſ.* 815. *n.* 26. *lib.* 7. Quemadmodum enim una
105 † hirundo non facit ver, *Paul. Fuſc. in ſingular. jur. lit. V. num.* 36. *Knichen. de jur. territ. c.* 3. *nu.* 157. *Natta conſ.*
106 637. *n.* 5. *tom.* 3. nec ex uno † lapide fit domus, *Marc.*
107 *Mantua ſingul.* 126. *numer.* 1. nec unus † flos facit ſer-
108 tum, *Flam. de Rube. conſ.* 61. *num.* 26. *vol.* 2. ita nec † ex uno negotiationis actu Nobilis ſtatim fit mercator, *Bon. de Curtil. tr. de nobil. p.* 3. *numer.* 86. *& ſeqq. Azevedo ad conſt. Hiſp. lib.* 5. *tit.* 11. *leg.* 19. *n.* 8. *Pruckman. conſ.* 6. *n.* 93. *& ſeq. vol.* 2. *Marcabrun. ab Anguill. conſ.* 18. *n.* 252. *Ant. Ciof. conſ.* 104. *per tot. vol.* 1.

109 Hinc plerique Dd. procedere dixerunt, Nobiles † id quod intereſt, ſupra uſitatas uſuras non rectè petere, ſed mercatores tantũ, qui negotiari & lucrari ſunt ſoliti, *Caſtrenſ. in l.* 1. *num.* 15. *C. de ſum. Trin. An. Rubeus conſ.* 88. *num.* 3. *Ruin. conſ.* 193. *num.* 4. *vol.* 1. *Nevizan. conſ.* 77. *num.* 24. *Rol. à Vall. conſ.* 35. *num.* 5. *& ſeq. vol.* 7.
110 Quod tamen † ita jejunè intelligendum non eſt, cum aliis quoq; perſonis, & præſertim pupillis lucrum uſuræ debeatur, qui etiam à ſuis tutoribus uſuras uſurarum petere poſſunt, *H. Piſtor. lib.* 1. *quæſt.* 49. *num.* 24. *Rauchbar. quæſt.* 26. *num.* 6. *p.* 2. *Bertrand. conſ.* 138. *n.* 1. *&* 3. *vol.* 3. *part. prior. Bero conſ.* 128. *num.* 15. *vol.* 3. ob
111 moram ergo † maximè malitioſam lucrum ceſſans, multò magis damnum emergens, etiam Nobiles jure petere poſſunt, *Covarruv. lib.* 3. *var. reſol. c.* 1. *n.* 3. *& c.* 4. *n.* 5. *Cravett. conſ.* 189. *n.* 7. *Cothman. conſ.* 41. *n.* 24. *vol.* 4.

Quid

Quid verò ſi Nobiles per alium negotientur, num detrimento hoc erit nobilitati? Negant † *Mynſing. 6.* 112
obſ. 54. num. 13 Tiraquell. de Nobil. c. 27. num. 7 & ſeqq. Guttierez. lib. 1. pract. qq. 137. num. 20. Hondeda. conſ. 87. num. 60. vol 2. Cravett. conſ. 549. n. 11. p. 3. Attamen † 113
cum leges nobilibus negotiationem prohibentes indiſtinctè loquantur, & juris regula ſit, quod quis † 114
ſuo nomine exercere prohibetur, id nec per aliũ ipſum agere debere, *l. un. C. quib. ad conduct. præd. fiſc. l. 2. §. 1. ff. de adminiſtr. rer. ad civ. pert. Bocer. de Regal. c. 2. num. 56. Niell. diſp. feud. 2. th. 2. lit. a.* utiq; mercator † eſt No- 115
bilis etiamſi negotietur per alium. *Fr.* Pfeil/ *conſ. 202. num 97. & ſeq. cent. 2. Alexand. conſ. 193 num. 4. lib. 7. per tex. alleg.* Qui enim † per alium mercimonia gerit, 116
fœdo queſtui inhiat, *Molina. Ieſuita de juſt. & jur. diſp. 342. concl. 1.* nec fieri † poteſt quin ejus animus co- 117
gitationibus eventus & lucri aliò ducatur, *Guttierez. de gabell. quæſt. 93. num. 35.* Quapropter cum circa legem Torneamentorum undecimam deſuper controverſia oriretur, ea Anno 1485 Heilbronnæ deciſa fuit, cum hoc additamento, daß † eben auch die jenigen 118
ſo nicht ſelbſt Kauffſchläg vnd Händel / als ander gemeine Kauffleut vngefährlich treiben / ſondern auch die ſo mit jhnen zulegen / begrieffen vnnd ſtraffbar ſeyn ſollen/ *Fr.* Pfeil/ *d. conſ. 202. num. 37. cent. 2.* Quod tamen limitatur niſi † neceſſitas loci, in quo nulli 119
alii ferè reditus, *Guttierez. lib. 1. pract. quæſt. 137. nu. 19.* vel † mos regionis, ſalvâ & illæſa nobilitate nego- 120
tiari permittat, *Maranta in ſpecul. aur. part. 4. diſt. 9. nu. 56. Cæpolla de Imp. mil. delig. c. 4. num. 13.* Nam dignitas † cenſetur quicquid ex conſuetudine ſic exiſtimatur, 121
Guil. de Monſerrat. tr. de ſucceſſ. reg. dub. 1. n. 46. Bertrand. conſ. 2. nu. 20 & conſ. 32. vol. 3. etiamſi † Eccleſiaſtica 122
ſit, *Anchoran. quæſt. 81. n. 52 lib. 3. Guttierez. lib. 3. & 4. pract. q. 16. n. 137.*

III.

Tertiò † derogatur nobilitati per infamiam vitæ- 123

103 item Nobilis † in civitatem receptus cum hac conditione, daß er ſich keines Brawens / noch anderer Bürgerlichen Nahrung gebrauchen wölle/ nihilominus poſſit braxare cereviſiam ad ſuæ & familiæ ſuſtentationem, obſervavit *Hartm. Piſtor. obſ. 49. per tot.* ubi n. 13. ita à Scabinis Lipſenſibus reſponſum fuiſſe ait,
104 *Diſſ. Dan. Moller. 4. ſemeſtr. 17. per tot.* Nec mercator † eſt, qui propter eminentes neceſſitates mercatur, ſed cum quadam perpetuitate, *Bart. de Saxoferrat. tr. de teſtib. num. 62. Menoch. de A. I. Q. caſ. 400. n. 20. H. Riminald. conſ. 815. n. 26. lib. 7.* Quemadmodum enim una
105 † hirundo non facit ver, *Paul. Fuſc. in ſingular. jur. lit. V. num. 36. Knichen. de jur. territ. c. 3. nu. 157. Natta conſ.*
106 *637. n. 5. tom. 3.* nec ex uno † lapide fit domus, *Marc.*
107 *Manſua ſingul. 126. numer. 1.* nec unus † flos facit ſer-
108 tum, *Flam. de Rube. conſ. 61. num. 26. vol. 2.* ita nec † ex uno negotiationis actu Nobilis ſtatim fit mercator, *Bon. de Curtil. tr. de nobil p. 3. numer 86. & ſeqq. Azevedo ad conſt. Hiſp. lib. 5. tit. 11. leg. 19 n. 8. Pruckman. conſ. 6. n. 93. & ſeq. vol. 2. Marcabrun. ab Anguill. conſ. 18. n. 252. Ant. Ciof. conſ. 104. per tot. vol. 1.*

109 Hinc plerique Dd. procedere dixerunt, Nobiles † id quod intereſt, ſupra uſitatas uſuras non rectè petere, ſed mercatores tantũ, qui negotiari & lucrari ſunt ſoliti, *Caſtrenſ. in l. 1. num. 15. C. de ſum. Trin. An. Rubeus conſ. 88. num. 3. Ruin. conſ. 193. num. 4. vol. 1. Nevizan. conſ. 77. num. 24. Rol. à Vall. conſ. 35. num. 5. & ſeq. vol. 7.*
110 Quod tamen † ita jejunè intelligendum non eſt, cum aliis quoq; perſonis, & præſertim pupillis lucrum uſuræ debeatur, qui etiam à ſuis tutoribus uſuras uſurarum petere poſſunt, *H. Piſtor. lib. 1. quæſt. 49. num. 24. Rauchbar. quæſt. 26. num. 6. p. 2. Bertrand. conſ. 138. n. 1. & 3. vol. 3. part. prior. Bero conſ. 128. num. 15. vol. 3.* ob
111 moram ergo † maximè malitioſam lucrum ceſſans, multò magis damnum emergens, etiam Nobiles jure petere poſſunt, *Covarruv. lib. 3. var. reſol. c. 1. n. 3. & c. 4. n. 5. Cravett. conſ. 189. n. 7. Cothman. conſ. 41. n. 24. vol. 4.*

Quid

Quid verò ſi Nobiles per alium negotientur, num detrimento hoc erit nobilitati? Negant † *Mynſing.6.* 112
obſ.54.num.13 Tiraquell.de Nobil.c.27.num.7 & ſeqq.
Guttierez.lib.1.pract.qq.137.num.20.Hondeda.conſ.87.
num.60.vol 2 Cravett.conſ.549.n.11.p.3. Attamen † 113
cum leges nobilibus negotiationem prohibentes indiſtinctè loquantur, & juris regula ſit, quod quis † 114
ſuo nomine exercere prohibetur, id nec per aliũ ipſum agere debere, *l.un.C.quib.ad conduct præd.fiſc.l.2.§.1.ff.*
de adminiſtr.rer.ad civ pert Bocer.de Regal.c.2.num.56.
Niell.diſp.feud.2.th.2.lit.a. utiq; mercator † eſt No- 115
bilis etiamſi negotietur per alium. *Fr.* Pfeil/ *conſ.202.*
num 97.& ſeq.cent.2.Alexand.conſ.193 num.4.lib.7.per
tex.alleg. Qui enim † per alium mercimonia gerit, 116
fœdo queſtui inhiat, *Molina. Ieſuita de juſt. & jur.diſp.*
342.concl.1. nec fieri † poteſt quin ejus animus co- 117
gitationibus eventus & lucri aliò ducatur, *Guttierez.*
de gabell quæſt.93.num.35. Quapropter cum circa legem Torneamentorum undecimam deſuper controverſia oriretur, ea Anno 1485 Heilbronnæ deciſa fuit,
cum hoc additamento, daß † eben auch die jenigen 118
ſo nicht ſelbſt Kauffſchläg vnd Händel / als ander gemeine Kauffleut vngefährlich treiben / ſondern auch die ſo mit jhnen zulegen / begrieffen vnnd ſtraffbar ſeyn ſollen/ *Fr.* Pfeil/ *d.conſ.202.num.37.cent.2.* Quod
tamen limitatur niſi † neceſſitas loci, in quo nulli 119
alii ferè reditus, *Guttierez.lib.1.pract.quæſt.137.nu.19.*
vel † mos regionis, ſalva & illæſa nobilitate nego- 120
tiari permittat, *Maranta in ſpecul.aur.part.4.diſt.9.nu.*
56.Cæpolla de Imp.mil.delig.c.4.num.13. Nam dignitas
† cenſetur quicquid ex conſuetudine ſic exiſtimatur, 121
Guil.de Monferrat.tr.de ſucceſſ.reg.dub.1.n.46.Bertrand.
conſ.2.nu.20 & conſ 32.vol.3. etiamſi † Eccleſiaſtica 122
ſit, *Anchoran.quæſt.81.n.52 lib.3.Guttierez.lib.3.& 4.*
pract.q.16.n.137.

III.

Tertiò † derogatur nobilitati per infamiam vitæ- 123

que turpitudinem, *Tiraquell. de nobil. c. 24. numer. 1. & ſeq. Bon. de Curtil. tr. nobil. p. 7. numer. 13. & ſeq. Decian. reſp. 66. num. 70. vol. 3. Thoming. conſ. 53. nu. 39. & ſeqq. vol. 1. Modeſt. Piſtor. conſ. 42. num. 30. vol. 2.* Non enim † honos ſervatur ei, qui ſe deduxit in ſcelus, *l. 2. C. de*
124 *ſecund. nupt. l. ſenatoris. 47. ff. de vit. nupt. l. 1. C. ubi ſenat. vel clariſſ.* Lex prima † Aurei Velleris eſt, ut nemo
125 in eum ordinem cooptari poſſit, niſi genere nobilis, & ſine ulla infamiæ labe vixerit, *Bodin. lib. 5. de Repub. c. 4. fol. 856.*

Amittitur autem I. propter commiſſum † Perjurium,
126 *l. quoties, C. de dignit. Chaſſan. ad conſuet. Burg. rubr. 4. §. 20. tex deſceindre, nu 6. Pariſ. de Put. de re mil. lib. 7. quaſt. 1. n. 24. Decian. reſp. 48. n. 31. vol. 3. Menoch. conſ. 175. num. 27. vol. 2.* quod ad † Doctorem infert,
127 *Vincent. Mancin. tr. de juram. part. 5. effect. 8. numer. 1. & ſeq.* eum propter perjurium gradu Doctoratus privari.
128 Hinc etiam † in legibus Torneamentorum ſtatutum eſt, daß welcher vom Adel Sigelbrüchig/ Meinendig vnd Ehrloß erkand/ geſcholten vnnd darvor gehalten wirdt/ in keinem Turnier ſolle zugelaſſen werden/ *art. 4.*

127 II. Propter Crimen † Falsi, *Tiraq. de nobil. c. 20. n. 121. Farinac. oper. crim. part. 6. q. 150. n. 15. Thoming. deciſ. 7. nu. 27. Lud. à Pegnera deciſ. 80. num. 3. Matth. de Afflict. deciſ. ult. n. 23.*

128 III. Propter Crimen † Læsæ Majestatis, *arg. l. quiſquis. 5. C. ad L. Iul. Maj. Arze ab Otalora de nob. Hiſp. part. 2. c. 7. n. 17. Fab. de Anna conſ. 17. n. 47.*

129 IV. Propter † Hæresin, *arg. l. 1. cum Auth. Gazaros C. de haret. Otalora d. tr. p. 4. q. 5. Simanca de Cathol. inſtit. c. 29. n. 18. Menoch. conſ. 808. n. 45. lib. 9.*

130 V. Propter † Furtum, *arg. l. 1. C. quando lic. unicuiq; ſe vindic. Covarruv. lib. 2. var. reſol. c. 9. n. 4. Guttierez. part. 1. de juram. confirm. c. 16. n. 21.*

VI. Propter Bannum, † Nobilis enim qui in
131 bannum imperii declaratus eſt, in aulis Principum non

Digitized by Google

non toleratur, ſed pro infami habetur, *per Ordin. Camer. part. 2. tit.* 10. §. Und wo er deßhalben/ donec à banno abſolutus, & priſtino honori reſtitutus fuerit.

VII. PROPTER † INGRATITUDINEM. Ingratitudinis enim vitio nullum majus & deteſtabilius eſt, *Menoch. conſ.* 723. *num.* 3. *Vultej. conſ.* 28. *num.* 132. 132
vol. 3. *Marp.* unde exemptus † propter ingratitudnem ad primum ſtatum reduci poteſt, *Cremenſ. ſingul.* 20. 133
n. 1. *in fin.* & libertas † revocari ob ingratitudinem, *l.* 1. *&* 2. *C. de libert. & eor. fil. Paul. de Citadin. de jur. patronat. part.* 6. *n.* 17. 134

VIII. SI MULIER † IMPUDICE VIVAT. Suamque pudicitiam meretricando proſtituat, *Bon. de Curtil. tr. nobil. part.* 3. *numer.* 194 *Thom. Treviſan. deciſ. crim.* 33. *num.* 6. *lib.* 2. quod quamvis † dicere durum videatur, W*eſenb. in par ſtor. ad tit. qui not. infam. num.* 5. *verſ. lege porrò*, duorum tamen † non eſt, quia lex inter Nobiles ita ſcripta eſt, *arg. l proſpexit.* 12. §. 1. *ff. qui & à quib. manumiſſ.* Ubi tamen illud notandum, quod nobilitate † privandus eam, privilegiaq; ſua ad ſententiam uſq; retineat, *Schrader. de feud part.* 10. *ſect.* 1. *num.* 118. *H. Roſenthal. de feud. c.* 12. *concluſ.* 1. *gloſſ. n. n. per l libertus.* 17. §. *in quaſtionibus ff. ad municip.* imprimis verò ſtatum dignitatem, & qualitatem illæſam retinet, ſi nulla actio vel accuſatio contra eum inſtituta fuerit, *l. reſcripto* 6. §. *ſi quis. ff. de mun. & hon. Schrader. d. part.* 10. *ſect.* 1. *num.* 119. Quæ actio coram eo inſtituenda eſt, qui nobilitatem conceſſit, unde ſi Imp. Nobilitatem dedit, eam quoq; ſolus ex cauſa adimit, quam ademptionem, degradationem † vocamus, cujus exemplum in Imperii Comitiis Auguſtæ Anno 66. habitis obvium eſt, & non minus eſt de Regalibus, quàm nobilitatis conceſſio. Quid verò ſi Imperator Nobilem, Comitem, Marchionem vel Ducem, qui dignitatem ſuam vel ipſo jure amiſit vel amittere meretur, Nobilem, Comitem, Marchionem vel Ducem nominet? Eo ipſo delictum cõmiſſum remitti, & is Nobilis, 135 136 137 138 139

Comes, Marchio, vel Dux in ſua dignitate confirmari
cenſetur, ita ut ipſi ulterius propter tale delictum di-
gnitas ſua auferri nequeat, *ut reſpondit Schrader. conſ.*
15. n 8. verſ. Attamen, vol. 1 poſt. gl. in c. Dominus, verb.
ſacrilegium, arg. ill. tex. diſt. 93.

Sed an pater amiſsâ nobilitate liberis præjudicat?
Diſtinguimus inter nobilitatem dativam & nativam.
140 Si dativa † eſt nobilitas, id eſt, ſi pater primus ſit, qui
ex ima ſtatus cavea ad nobilitatis podium evectus,
eam per exercitium artium vilium amiſerit, liberis ſuis
præjudicat, *Ant. Faber in Codic. libr. 9. tit. 28. defin. 25.*
num. 4. niſi † ex Principis liberalitate poſteris quoq;
141 ea data ſit, *Ant. Faber. d. loc. Tiraquell. de nobil. cap. 35.*
142 *num. 5.* Neque id mirum, quia † quam nobilitatem
amiſit, eam aliis nec dare, nec tranſmittere poteſt.
Cravett. conſ. 163. nu. 3. p. 1. arg. l. nemo, 54 ff. de R. I. non
143 renaſcitur † ex cineribus, ut Ægyptiæ volucris Phœ-
144 nix, jus enim † ſemel conſopitum haud reviviſcit,
arg l. qui res. 98. §. area. ff. de ſolut. l. cum ex. l. fin. C. de re-
145 *miſſ. pignor.* idq; locum habet † cauſa etiam extin-
ctionis ceſſante, *d. § area. l. ſi filius, ff. de lib. & poſth. l. 1.*
& ſeqq. C. de poſth. her. inſtit. l. Divo. C. de quaſt. l. ſi unus,
§ pactus, ff. de pact.

146 Amittit autem † pater nobilitatem quo ad hono-
rem, non quo ad onera, *P. Surdus de aliment. tit. 6. q. 18.*
n. 22. Adr. Neguſant. in ſylv. reſponſ. q. 25. n. 9. Guido Papa
deciſ. 387. in addit. Decian. reſp. 93. n. 8. vol. 2. nam digni-
147 tatem † qui perdit non excuſatur ab onere injuncto
habenti dignitatem, *arg. l. 7. §. ult. & l. ſeq ff. de interd. &*
releg. l. 1. C. de infam l. 12. C de Decur. l. 1. C. de his qui non
148 *implet. ſtip.* quemadmodum † in Syllana proſcriptio-
ne illud adjectum fuiſſe legitur *apud Vellej. Patercul. lib.*
2. hiſt. Rom. ut filii proſcriptorum petendorum hono-
rum jure prohiberentur, ſimulq; ſenatorum filii ordi-
nis jura perderent, onera tamen ſuſtinerent, *Hier. Seth.*
149 *de juram. lib. 3. c. 3. n. 52. & ſeqq.* Ne † cedat in commo-
dum, quod in pœnam potius erat retorquendum, *Lap.*
de

de Caſtellion. tr. de Canonic. portion. in pr. num. 19. *Petr. de Vbald. tr. de Canon. Epiſcopal. c.* 7. *n.* 27. *c. etſi, in fin. de don. int. vir. & ux.* Hinc collectas † & onera quatenus ſeparabilia ſubire tenentur, *Tiraq de nobil. c.* 24. *numer.* 7. 150
Aſcan. Clem. de patr. poteſt. c. ult. n. 16. *Hier. Gigas de penſ. Eccleſiaſt. q.* 64. *nu.* 4. *Bart. Bellencin. de charitativ. ſubſid. quaſt.* 33. *n.* 4.

Si verò nativa † eſt nobilitas, hoc eſt, ſi per longam majorum ſeriem continuata ſit, tum liberis nihil 151
adfert præjudicii, *arg. l.* 3. *ff. de interd. & releg. l. emancipatum,* 7. *in fin. ff. de ſenat. Azevedo ad conſt. Hiſp. lib.* 6. *tit.* 1. *leg.* 1. *n.* 13. *in fin. Alvar. Valaſc. de jur. Emphyt. q.* 10. *num.* 5. *Fab. de Anna conſ.* 80. *n.* 8. *& ſeqq. Menoch. conſ.* 1261. *n* 27 *& ſeqq. lib.* 13. *Natta conſ.* 576. *nu.* 8 *& ſeq. tom.* 3. nec quod eo † ipſo tempore conceptus filius
fuit, quo pater jam nobilitatem amiſerat, ad rem pertinebit; Nam quod dici † ſolet, per medium, ut vocāt, inhabile impediri conjunctionem extremorum; *ut in terminis argumentatur Cravett. conſ.* 142. *nu.* 5. *part.* 1. ad hunc caſum nō pertinet, in quo fieri non poteſt, quin avi nobilitas per patrem, quantumvis ignobilem in nepotem cum vita tranſmittatur, *d. l.* 3. *ff de interd. & releg.* quia † non tantum patri conjungitur filius, ſed 152
etiam avo per patrem, *d. l. emancipatum,* 7. *Ant. Faber. in Cod lib.* 9. *tit.* 28. *defin.* 1. *per tot.* pater autem † filiorum 153
honori detrahere non poteſt, *l. inter.* 6. §. *filius f. ff. de adulter. Vulpell. de pace q.* 8. *n.* 5. nec liberis † quæſita dignitas propter crimen patris auferenda eſt, *l. generali,* 154
54 §. *fin. ff. de rit. nupt. l. filiam.* 9. *C. de ſenat. Lupus tr. de obtentionis retentionisq; regni Navarræ juſtitia, part.* 5. §. 6. *Cephal. conſ.* 594. *per tot. lib.* 4. Ut hinc rectè docuerit Garſias, † *de nobil. Hiſp. gl.* 12. *n.* 48. dari caſum, in quo 155
pater plebejus, filius verò in poſſeſſorio Nobilis pronuncietur. Quod tamen † limitatur in crimine læſæ 156
Majeſtatis, *per l. quiſquis.* 5. *C. ad L. Iul. Majeſt.* 157

An autē Nobilis nobilitate ſua ſemel privatus amplius nobilitari poteſt? Neg. † *Decius in c. ut noſtrum.* 158

num.

num.4.de appell. Hipp. de Marſil. 556.*n.*3. *Marc. Mantua. ſingul.*616.*n.*1. *Fr. Marci. deciſ.* 303.*nu.*1.*tom.*2. Ubi etiam de Doctore dignitate privato loquuntur. Quod
160 procedit etiamſi † ex Principis reſcripto id ſibi concederetur, *Lancellott. de Attentat.* 2.*part.cap.*4.*nu.*39. *Capycius. deciſ.* 121.*n.*17. *Fr. Marci. deciſ. Delph* 390.*n.*2.
161 *tom.*1. niſi † reſcriptum ſpecialem haberet clauſulam derogatoriam, *Fr. Vivius deciſ. Neap.* 162.*num.*8.*lib.*1. Nam juxta Virgilium *lib.*6. *Æneid.*

——Facilis deſcenſus averni
Sed revocare gradum, ſuperaſq; evadere ad auras
Hoc opus, hic labor eſt. ——

IV.

162 Derogatur deniq; † nobilitati per contractum cum viro ignobili matrimonium, *Tiraquell. de Nobil. cap.*18.*nu.*16.*& ſeqq. Azevedo ad conſt. Hiſp lib* 2.*tit.*11. *leg.*9.*n.*7. *Ant. Fab. in eod. for. lib.*9.*tit.*29 *defin.*17. *Chaſſan. in conſu. Burg. rubr.*9 §.7.*n.*3. *Lupus in rubr. de don. inter vir. & ux.* §.32.*nu.*1. *& ſeqq. Guid. Papa deciſ.* 349. *n.*2. *Vultej. conſ.*33.*n.*168.*vol.*3. *Fr. Pfeil. conſ.*202.*n.*86.
163 *cent.*2. Status enim † mariti afficit & immutat primævum ſtatum uxoris, *Decian. reſp.*19.*num.*182.*vol.*2.
164 & hac ratione † mulier nobilis nubens viro ignobili, non habet jura cibariorum Mußtheil/ neq; Morgengabe neq; geradam in Saxonia, *Colerus deciſ.*60.*n.*77.*part.*1. *Dan. Moller. lib.*2. *ſemeſtr. c.*8 *nu. per tot.* Ubi ajunt ita Lipſenſes non ſemel pronunciaſſe. Natus au-
165 tem † ex muliere nobili, & marito plebejo, utrunq; parentem plebejum habet, unum natura, alterum participatione, *Ioh. Staphila tr. de grat. & Expect. rubr. Circa tertiam nu.*16 *cum. ſeqq.* Idq; in tantum obtinet, ut
166 etiam † mortuo marito ignobili nobilitatem non recuperet, ſed reſtitutione opus habeat, *arg l. imperialis* 23.§.1.*C. de nupt. l.*1.*C. de ſent. paſſ.* Limitatur autem
167 I. Niſi viciſſim † nobili viro nubat, quo caſu jure quaſi poſtliminii novam novi mariti nobilitatem adipiſcitur. *L. ult. C. de his qui ven. ætat. Tiraqu. d.c.*18.*n.*38. *Matth.*

***Matth. in not. ad deciſ.* 349. *Guid. Papa. cum alleg.* II. Niſi † mulier ſummam nobilitatem habeat, quo caſu maritum ignobilem nobilitare limitant, *Menoch. conſ.* 126. *nu.* 24. *tom* 2. *Tiraquell. de Nobil. cap.* 18. *nu.* 39. *& ſeqq.* atq; ita in Hiſpania maritum Duciſſæ, Comitiſſæ, vel Marchioniſſæ, Ducum, Comitem, Marchionem appellari, licet talis non ſit, notat *Ioh. Guttierez. de Tutel. part.* 1. *c.* 18. *n.* 40. Quid ſi nobiliſſa nubat Doctori? Illa † nobilitatis privilegia non perdit, ſed retinet. Nam & comitiſſa non dicitur nubi indigno, ſi nuberet Doctori, *ut dicunt Salycet. in l. providendum. C. de poſtul. Surdus de aliment. tit.* 1. *qu.* 6. *n.* 12. *Menoch lib.* 4. *praſ.* 189. *n.* 86. quod tanquam † notabile dictum mente tenendum monet, *poſt Cyn. Iohan. Campejus tr. de dote. part.* 1. *q.* 13. *n.* 2.

168 169 170

AD CAPUT XXIII.

SUMMARIA.

1. *Pauper quis ſit & dicatur, controvertitur, n.* 2. *& ſeqq.*

5. *Nobilis dicitur pauper etiamſi* 100. *in bonis habeat, quibus tamen ſtatum ſuum ſervare non poſſit.*

Egere dicitur qui non poteſt vivere è conditione perſonæ ſuæ.

Illuſtris perſona mendicare dicitur, quæ victum quidem, at cætera ſecundùm dignitatem non habet.

Nobilis dicitur pauper, etiamſi bona habeat, quæ ſi ruſticus haberet, diceretur dives.

Ruſticus dicitur dives ſi habeat 500. *licet nobilis dicatur pauper, ſi habeat mille.*

10. *Ruſticus non cenſetur pauper, qui habet ſuos boves*

ves, plauſtra reliquumq́ʒ inſtrumentum ruſticum.

12. *Paupertate nobilitas non tollitur, n.13.*

14. *Paupertas non eſt de genere malorum, n.15.*

16. *Familiæ abſqʒ bonis ſordeſcunt.*

17. *Nobilitas ob paupertatem obſcuratur ac contemnitur.*

18. *Præſtat divitem eſſe & popularem, quàm nobilem & mendicum.*

19. *Nobilitas per agriculturam non amittitur.*
Incivile eſt, ex milite colonum fieri.

20. *Qui rura colunt, non poſſunt dici mercatores.*

21. *Explicatur L.Colonos.C.de agricol. & cenſit.*

22. *Nobiles abſqʒ detrimento dignitatis non poſſunt poſſidere bona cenſitica. Limitatur, n.23.*

24. *Imp. Iuſtinianus pluris facit habitantem in civitate quàm in villa.*

27. *Civis ex urbe ſplendida ortus nobilis eſt.*

28. *Melius eſt eſſe mediocrem magnæ civitatis, quà majorem mediocris. Cæteris ſc. paribus. n.29.*

25. *Britanniæ & Sueviæ nobiles profanari ſuam nobilitatem arbitrantur, ſi in urbibus habitent, n. 26.*

29. *Nobilitati eorum, qui in villis habitant nihil derogatur.*

30. *Non enim loco, ſed genere & virtutibus diſtinguitur nobilitas.*

31. *Nobiles quot domicilia plerumqʒ habeant, n.32.*

33. *Nobiles & Patritii ratione loci diſtinguuntur.*

34. *Domi nobilis quis.*

37. *Nobiles ruri habitantes gaudent jure ruſticorum circa confectionem teſtamenti.*

38. *Ruſticus eſt qui rus incolit, etiamſi Nobilis ſit.*

Digitized by Google

40. *Limitatur in nobilibus eruditis.*

41. *Iudicandi munus nobilitati non derogat.*

42. *Sed nobilitatem illuſtriorem reddit, num.* 42. *& ſeqq.*

45. *Nec advocati munus nobilitati derogat.*

47. *Advocationis laudes & vituperia, numer.* 48. *& ſeqq.*

60. *Nec Procuratoris officium.*

61. *Præſertim ſi nobiles illuſtrium officia procurent.*

62. *Et in Imperiali Camera id fiat.*

63. *Vbi nemo in procuratorem admittitur, niſi Doctor vel Licentiatus ſit.*

64. *Diſſentiunt Guido Papa & Tiraquella.*

65. *Explicatur §. ult. Inſt. de Except.*

66. *Explicatur l. ſi quis.* 34. *C. de Decur.*

67. *Encomia Rabularum.*

68. *Non notarii officium nobilitati derogat, nu.* 69. *& ſeqq.*

72. *Nobilis ſi exercet officium vile, facit, ut illud dicatur non vile.*

73. *Doctor poteſt eſſe notarius.*

74. *Illegitimi & infames à tali munere repelluntur.*

75. *Officium Notarii vile eſt ſecundùm quoſdam.*

77. *Limitant, tamen in Principis curia tale officium exerceant.*

78. *Explicatur L. univerſos, C. de Decur.*

79. *Notarii quare dicantur ſervi publici, n.* 80.

81. *Encomia Notariorum, n.* 82.

83. *Nec adoptio à patre plebejo nobilitatem imminuit, n.* 84. *& ſeqq.*

Digitized by Google

85. *Accidentale non extinguit nec privat naturale.*

89. *An Clodius qui ſe Fontejo homini plebejo adoptandum dedit, revera à patritiis exierit, n.92.*

90. *Non exemplis ſed legibus judicandum.*

91. *Nullum exemplum quatuor pedibus currit, ſed claudum eſt.*

93. *Curſus temporis non tollit nobilitatem, n.95.*

94. *Sanguinis jura non poſſunt præſcribi.*

96. *Propter non uſum non amittitur nobilitas.*

97. *Si non venerit utendi caſus, vel non ſubeſt neceßitas.*

99. *Per erectionem furcarum tenetur q.poſſeßio, licet non eveniat caſus ut aliquis ſuſpendatur.*

100. *Limitatur, niſi uſus adſit contrarius, ut turpis vita & infamia.*

102. *Nec monachatus ſeu religionis ingreſſus nobilitatem immutat, n.105.*

103. *Niſi nobilis profeßionem fecerit.*

104. *Dignitates nobiles ſeu feudales per nobilitatem amittuntur.*

107. *Memorabilis diſpenſatio.*

108. *Nec dignitas doctoralis nobilitatem abolet.*

109. *Dignitas dignitati juncta priorem non abolet, ſed auget, & illuſtriorem reddit.*

110. *Eberhardus à* Weihe / *putat Nobili Doctoris gradum habere, non eſſe conſultum, neq; conducibile*

CAPUT

Caput XXIII.

An paupertas, agricultura judicis, advocati, procuratoris vel notarii officium, adoptio à patre plebejo, curſus temporis, non uſus religionis ingreſſus, Doctoralisq́ dignitas Nobilitatem auferant.

I. An paupertas?

QUis dicatur pauper, diverſarum opinionum obli-
ta eſt quæſtio. Alii † judicis arbitrio committunt, 1
Menoch. de A. I. Q. caſ. 65. n. 7. Maſcard. de probat. concl.
1159. *num.* 8. *& per tot. Gratian. tom.* 1. *diſcept. c* 120. *n.* 9.
15. *&* 20. *Cæſar. Barz. deciſ.* 80. *num.* 8. *Surdus deciſ.* 61.
num. 3. *H. Riminald. conſ.* 741. *nu.* 51. *lib.* 7. Alii † pau- 2
perem definiunt, qui non habet 50. in bonis, *arg. l. non-*
nulli, 10. *ff. de accuſ. Gaill.* 1. *obſ.* 142. *num.* 8. *Hier. Gigas.*
de penſ. Eccleſiaſt. q. 80. *num.* 19. Alii, † qui habet poſ- 3
ſeſſionem, ſed pecuniam numeratam non habet, *Petr.*
Coſtal. part. 2. *animadv. ad l. ſi ſervus.* 22. *per ill. tex. ff. de*
noxal. act. per tex. all. Alii, † qui minus 100. aureos 4
in ſubſtantia habet, *arg.* §. 3. *Inſt. de ſucceſſ. lib. Iac. Ayrer.*
in proceſſ. jur. c. 7. *obſ.* 2. *num.* 5. *Ant. de Amatis deciſ.* 72.
num. 13. Exinde notant Dd. Nobilem † dici paupe- 5
rem, etiamſi 100. in bonis habeat, quibus tamen ſta-
tum ſuum ſervare non poſſit, *poſt Bald. Caſ. Lambertin.*
de jur. patron. 3. *art.* 3. *quaſt. princ. num.* 7. *Lupus in rept.*
rubr. de don. inter vir. & ux §. 11. *n.* 11: *Leonard. conſ.* 117.
num. 174. *inter conſ. feud. Brun. Peregrin. conſ.* 41. *nu.* 21.
libr. 1. nam egere † dicitur, qui non poteſt vivere è 6
conditione, & dignitate perſonæ ſuæ, *Natta conſ.* 590.

 num.

7 *num.* 14.*tom.* 3. & illuſtris † perſona mendicare dicitur, ſi victum quidem, at cætera ſecundùm dignitatem non habeat, *Nicol. Betſ tr. de pact. famil. illuſtr. c.* 8.
8 *fol.* 385. Nec refert, etiamſi Nobilis † ejuſmodi bona habeat, quæ ſi ruſticus haberet, admodum dives diceretur, *Menoch. de A. I. Q. caſ.* 63. *num.* 7. *Maſcard. de prob. concl.* 154. *num.* 14. *Adr. Neguſant. in ſylv. reſp. quaſt.* 436. *num.* 14. *Hondeda. conſ.* 94. *num.* 30. *vol.* 1. Ruſticus enim † dives dicitur, ſi habet centum, licet nobilis
9 dicatur pauper, ſi habeat mille, *Rota Roman. deciſ.* 201. *num.* 4. *part.* 2. *in noviſſ.* nec cenſetur † pauper ruſti-
10 cus, qui habet ſuos boves, plauſtra, reliquumque inſtrumentum ruſticum, *Decius conſ.* 163. *num.* 2. *Pruckman. conſ.* 6. *num.* 277. *vol.* 2. Et cauſa quinquaginta Ducatorum inter ruſticos dicitur gravis & magna, *Natta conſ.* 32. *num.* 22. *tom.* 1. vilis verò, & modici præjudicii inter Nobiles, *Adde Cephal. conſ.* 216. *num.* 10. *lib.* 2.

11 Quibus præſuppoſitis nobilitatem † ob paupertatem amitti dixit *Chaſſan. ad conſuet. Burg. rubr.* 4 §.
12 19. *num.* 29. At malè † ſecundum Accurſium, *per l. humilem.* 7. *C. de inceſt. nupt. Tiraquell. de Nobil. c.* 35. *nu.* 5. *& ſeqq. Bon. de Curtil. tr. nobil. p.* 7. *num.* 4. *Caſp. Batt. de inop. debit. c.* 16. *num.* 17. *& ſeq.* poteſt enim † quis
13 eſſe pauper, dignitate & fama domus integra manente, *tex. in l. ut tantum*, 14. § *ff. de ſerv. corrupt. & l.* 2. §. *poſt hunc.* 47. *verſ. Ergo Sabino ff. de O. I.* ubi legitur Sabinum in ordinem equeſtrem receptum fuiſſe, licet huic amplæ facultates non fuerint, *Gylm. deciſ. Cam.*
14 9. *num.* 17. *lib.* 1. quia paupertas † non eſt de genere malorum, Armuht iſt kein Schand noch Unehr/ *Capoll. de Imp. mil. delig. c.* 11. *num.* 42. *Ant. de Amatu deciſ.* 137. *num* 9. *Mynſ. reſp.* 2. *num.* 27. *Weſenb. conſ.* 18 *n.* 27. *Pruckman. conſ.* 6. *num.* 274. *vol.* 2. *Bertazzol. conſ.* 89. *n.*
15 8. *lib.* 1. niſi † talis egeſtas ſit, qualis Iro Homerico contingebat, *Raph. Volaterran. lib.* 32. *comm. tit. pro pau-*
16 *pertate.* Quandoquidem † negari non poſſit, fami-

lias

lias abſque bonis ſordeſcere, *arg. l. quisquis. 5. §. 1. C. ad L. Iul. Maj. Decian. reſp. 7. num. 65. vol. 5. Lud. de Caſſanate conſ. 56. num. 32. Ant. Quetta conſ. 35. n. 5. Burſat. conſ. 460. num. 48. lib. 4.* nobiliumque † dignitatem 17
ob paupertatem obſcurari, contemni, atq; deminutum iri, *arg. l. pietatis, 6. C. de ſuſpect. tut. Curtili tr. nobil. p. 7. num. 4. Curt. Sen conſ. 34. nu. 12. Frnckman. conſ. 22. n. 142. vol. 1. Petr. Caball. conſ. 128. num. 141. vol. 2. Fr. Monald. conſ. 13. n. 5, vol.* Nam:

Et genus & virtus niſi cum re vilior algâ eſt.

Ait Horat. 2. ſerm. ſatyr. 2. Ne nobiltà ſi prezza, Nè virtu ſenza ricchezza *dicunt Itali:*

Nil habet infelix paupertas durius in ſe,
Quàm quod ridiculos homines faciat.

Iuvenal. libr. 1. Satyr. 3. Plautus in Sticho. act. 2. ſcen. Famem eſſe. Omnesque quibus res ſunt minus ſecundæ magis ſunt, neſcio quomodo, ſuſpicioſi, *ait Terent. in Adelph. act. 4. ſcen. 3.*

Magnum pauperies opprobrium, jubet
Quidvis & facere & pati
Virtutisq; viam deſerit ardua.

Horat. lib. 3. Carm. Ode. 24. ita ut præſtet † divitem eſſe 18
& popularem, quàm nobilem & mendicum, *Tiraq. de nobil. c. 32. num. 22. Hipp. Riminald. conſ. 740. nu. 26. lib. 7.*

II. An agricultura?

Secundò † ex eo nobilitas non amittitur, quod 19
vir Nobilis tela in uſum vomeris ligonisque convertiſſe, *ut loquitur l. fin. C. de mancip. & colon.* & agros ſuos propria manu coluiſſe probetur, daß er die Hand an den Pflug gelegt habe / *Tiraquell. de Nobil. c. 32. num. 2. & ſeqq. Guttierez. lib. 3. & 4. pract. quaſt. 13. nu. 46. Ant. Faber. in Cod. lib. 9. tit. 28. defin. 3. nu. 1. Guid. Papa. deciſ. 41. num. 1.* qui ait hoc fuiſſe concluſum in Parlamento Delphinatus, *& deciſ. 392. ibiq; Matth. in not. Cravett. conſ. 549. num. 10. p. 3.* quamvis incivile ſit ex mi-

lite colonum fieri, *d. l. fin. C. de mancip. & colon.* Die
Schwerter zu Pflug-Scharen/vnnd die Spieſſe zu
Sicheln machen / *ut loquitur Propheta Eſaias, c. 2. verſ.*
20 *4. & Micha cap. 4. verſ. 3.* rura enim † colentes non
poſſunt dici mercatores, & ſic fructus verè poſſunt di-
ci fructus ex feudo percepti, *Knichen. de veſtitur. pact. p.*
2. c. 4. n. 120. Vinc. de Franch. deciſ. Neap. 128. n. 4 part. 1.
21 Nec obſtat, † *l. Colonus. 19. C. de agricol. & cenſit.* Quia
illa lex non ſimpliciter de agricolis loquitur, ſed colo-
nis adſcriptitiis, qui ſi ad militiam aſſumerentur, fie-
ret præjudicium dominis, *ut conſtat ex d. l.* Ac quamvis
agriculturam nobilitati non cōvenire ſcripſerit *Alex.*
conſ. 209. num. 6. lib. 6. addit tamen *n. ſeq.* conditionem
patris, qui ruſticalia tractat, non afferre vilitatem aut
obfuſcationem filio, ea conditione non laboranti.

22 Limitatur autem I. Niſi nobiles, † ut ruſtici bo-
na cenſitica, Zinß oder Pfacht-Gütter poſſideant,
den Harniſch/ Schwert vnnd Spies an die Wandt
hencken/vnd gar zu Bawren werden/bona enim cen-
ſitica abſq; detrimento dignitatis poſſideri non poſ-
ſunt, *Fr.* Pfeil/ *conſ. 202. n. 39. cent. 2. per l. milites. C. de*
locat. & conduct.

II. Si Nobiles mercede conducti alienos agros co-
lant, *Tiraq. de Nobil. c. 32. n. 13. in fin.* Quod tamen ſub-
23 limitat, † *Ant. Fab. in C. d. defin. 3. n. 3.* niſi nobilis non
lucri faciendi gratia, ſed ut afflictis & miſeris rebus
ſuis ad victum neceſſarium ſubveniret, alios fun-
dos colendos conduxerit, eſſet enim illa ſanè iniquiſ-
ſima ſententia, per quam cogeretur quis etiam neceſ-
ſario ſumptu carere & fame perire, *l. reo. 41. ff. de ſolut. l.*
ſuo victu. 18. & ſeqq. ff. de oper. libert. Tiraquell. de nobil.
c. 37. n. 82. Hinc problema illud, an nobilitati eorum
qui in villis habitant aliquid derogetur? Ac quamvis
24 Imper. † pluris faciat habitantem in civitate, (quod
25 Britanniæ † nobiles ignominiæ loco exiſtimant,
26 *Choppin. lib. 2. de privil. ruſtic. c. 1.* Et de Sueviæ † no-
bilibus ita ſcribit Nauclerus *generat. 43. fol. 231.* quod

pro-

profanari ſuam dignitatem arbitrentur, ſi in urbibus habitent,) quàm in villa, *in Auth. Præſides. C. de Epiſc. aud. Novell. 15. §. 1. Tiraq. de nobil. c. 2. n. 54. Bon. de Curt. tr. nob. p. 2. num. 35. Decian. reſp. 84. n. 21. vol 5. Nevizan. conſ. 12. n. 106. inter conſ. feud. Bruni. part.* 1. adeò ut civis † ex urbe ſplendida oriundus nobilis ſit, *poſt Luc.* 27
de Pemia Nic Boer. de ord. grad. utriuſq; fori part. 2. *n.* 45.
& melius † ſit eſſe mediocrem magnæ civitatis, quàm 28
majorem mediocris, *Decius conſ.* 284. *n.* 9. *vol.* 2. cæteris ſc. paribus, quæ rarò concurrunt, *ut limitat Natta conſ.* 637. *n.* 48. *tom.* 3. Non ſtatim tamen † ii qui rus
habitant, in Faunorum etiam caſulis (quos ideo di- 29
ſtrictuales vocant) ruſtici vel ignobiliores cenſendi, *Wurmbſ. pract. obſ. tit.* 27. *obſ.* 2. *n.* 5. *& ſeq Schneid. ad §. Item Serviana, nu.* 25. *Inſt. de act. Paris de Put. de re mil. lib.* 4. *cap. An miles, n.* 2. *in fin.* non enim † à ruſtico lo- 30
co ſed genere & virtutibus diſtinguitur nobilis, *arg. l. ſi prædium.* 15. *C. de præd & al. reb. min. l. urbana.* 166. *de V. S. Chaſſan. in Catal glor. mund. p.* 8. *conſid.* 18. *Guttierez. lib.* 3 *&* 4. *pract q.* 13 *n.* 47. *& ſeq. Decian. reſp.* 66. *nu.* 42. *& ſeqq vol.* 3. ubi *nu.* 44. poſt Baldum hoc eſſe præcipuum Nobilium probat, quod duo † habeant domi
cilia, alterum ſc. in urbe tempore hyemis, & alterum 31
in rure tempore æſtivo. Quod etiam referunt *Tiraq. de nobil. c.* 37. *num.* 131. *Weſenb. conſ.* 1. *n.* 42 *part.* 1. *Coler. de proceſſ. execut. part.* 2. *c.* 1. *num.* 38. ubi ait Nobiles ſæpè quatuor † habere domicilia, ſecundùm quatuor an-
ni tempora in Germania. † Nobiles & Patritii ratio 32
ne loci diſtinguuntur, quorum illi in villis, hi in civita- 33
tibus morantur, & *πολίτας μαλλῶν*, vel domi nobiles vocantur, ut vult *Beſold. lib.* 1. *pol. c.* 11. *§.* 7. *num.* 48. Sed
Eraſmus domi nobilis † adagii formam habere vo- 34
luit de eo qui non opibus tantùm aut potentia clarus, ſed ex nobilibus nobilis propagatus eſt, & de eo quoq; qui ſuis virtutibus magnus & clarus eſt, *Guttierez lib.* 3. *pract. quæſt.* 16. *num.* 40. Quamvis verò † interdum
Nobiles ſe in civitates conferant, hoc tamen fit quie- 35

tis cauſa tantùm, & tum forenſium loco ſe haberi, quã cives & incolæ eſſe malunt, *Cothman.conſ.* 73.*num* 52.
36 *vol.* 2. Nec obſtat † nobilitati quod multis in locis non ſolùm cives ſint, ſed etiam in ſenatum eligantur, quia officia ſenatorum ſe compatiuntur cum prędicta nobilitate militari, *Seraphin.Olivar.Razzal.deciſ.* 207. *n.* 11.*part.*1.

Data occaſione quæritur, an Nobiles ruri habitantes jure ruſticorum gaudeant, circa confectionem & ſolennitatem teſtamenti? de qua *in l.fin.Cod. de teſtam.*
37 Affirmant † *Cyn.n.*4.*Angel.n.*2.*Iaſon.n.* 1. *ad d.l.fin.* *Tiraquell.de Nobil.c.*2.*n.*54.per rationem quod appel-
38 latione † ruſticorum intelligantur omnes qui rus incolunt, etiamſi Nobiles ſint. Idemq; ſentiunt *Bart. in l.conficiuntur.*§.1.*n.*3 *ff.de jure codicill. Angel. Aretin.*
39 *tr.de teſtam.gloſſ.*5.*n.* 8. veram † & communem opinionem eſſe dicunt, *Vaſquius de ſucceſſ.creat.lib.*3.§.22.
40 *num.* 3. Quamvis in Nobilibus † eruditis ruri habitantibus aliud ſit, ut contendunt *Domin.de Magdal de num.teſt.in teſtam.requiſit.part.*1.*cap.* 18.*Ioan.Dauth.de teſtament.ad d.l.fin.n.*3. quod rationem habet, nam ex textu ſatis patet ratione præſumptæ ignorantiæ & defectus teſtium concurrentium, hoc privilegium conceſſum, ergo ſicuti privilegium ceſſat, ubi plures teſtes haberi poſſunt, ita etiam ceſſabit, ubi cõſtat quem eſſe juris expertem.

III. An munus judicandi;

41 Tertiò † nec judicandi munus nobilitati derogat, *per* P.H.O. *Caroli V. art.* 1. §. 1. Ibi, vnnd dieweil ſich ein Zeit hero an etlichen Orten etliche vom Adell ſich bey ſolchen Gerichten zu ſitzen geweygert / vnnd jhres Standes halben geſcheuht / ſo mögen dieſelben dieweil jhnen ſolch Gerichtbeſitzung an jhrer Achtbarkeit vnnd Stände gantz kein Nachtheil gebehren ſol noch kan / ſondern derſelben vom Adell zu Ehren reichet

reichet vnd dienet/ſolch Gericht als Richter vnd Vrtheiler ſelbſt beſitzen/ *Tiraquell. de nobil. cap. 18. per tot. Chaſſan. ad conſuet. Burg. tit des Exſens de pluſieurs lictz. rubr. 6. §. 4. text. entre gens nobles in pr. num. 12. Faber. de Anna conſ. 34. n. 7.* Quæ enim † major gloria quàm 42
præeſſe judiciis, per quę conſervatur hominum ſocietas? *l. judices, 12. C. de dignit. Bodin. lib. 3. de Repub. cap. 8. G.* Schönborn/*libr. 3. pol. c. 39. Seb. Vant. tr. de null. tit ex defect jurid. 10. n. 45.* Summos † ſibi honores conci- 43
liat, qui operatur decidendis litibus, *l. ult. & ibi Salycet. n. 1. C. quando prov. non eſt neceſſ. Gratian. tom. 2. diſcept. for. c. 284. n. 22. & ſeqq.* ubi ait, quod † judices per ju- 44
dicandi munus efficiantur nobiles, *Peregrin. conſ. 3. nu. 28 lib. 3.* quod intellige de nobilitate naturali & philoſophica, non de civili & politica, *gloſſa juris Sax. libr. 3. art. 29. poſt pr.* Ibi, vnd findet das Schöpffen (oder Richter) Ampt einen wolgebornen Man/es ſchadet jhm nicht/vnd ergert jhn auch nicht/vnd findet es aber ein ſchnöden Mann/ es Adelt jhn auch nicht.

IV. An officium advocati?

Quartò † nec advocati vel cauſidici munus (quod 45
in Gallia † adeò fructuoſum eſſe, ut etiam Nobiles 46
invideant, ſcribit *Claud. Seſell. de Repub. Gall. lib. 1.*) vel ſi quis cum Germanico cauſas oret, *de quo Sueton. in Caligul. c. 3.* nobilitati derogat, *Azevedo ad conſt. Hiſp. lib. 6. tit. 1. leg. 1. n. 20. & ſeq. Tiraquell. de Nobil. c. 29. n. 11. & ſeqq.* Nam I. laudabile † eſt advocationis offi- 47
cium, *l. 5. C. de advoc. div. jud. Georg. de Cabedo pract. q. 214. n. 1. lib. 1. Vinc. Hondeda. conſ. 81. n. 51. & ſeq. vol. 1.* præſertim † in ſumma juris officina, quæ eſt Spiræ 48
Nemetum, *Otto Meland. in comm. Camer. part. 1. tit. 45. G.* Schönborn/*lib. 3. pol. c. 39.* II. Militia † nobili- 49
tat, *poſt Bart. Pariſ. de Put. de re mil. lib. 7. queſt. 14. nu. 9. Alciat. de ſingul. certam. cap. 30. num. 2. & ſeq. Guido Papa deciſ. 388. num. 4.* At advocati, qui † glorioſæ vocis 50

confiſi munimine laborantium ſpem, vitam & poſteros defendunt, non minus imperio militant, quam qui gladiis, clypeis & thoracibus nituntur, *l. advocati, C. de advoc. div. jud. Gaill. 1. obſ. 43. num. 1. & ſeqq. Lud. Schvvartzmaj. libr. 1. miſcell. c. 3. per tot. Fr. Pfeil/conſil.*
51 *197. num. 9. cent. 2.* Nec refert † quod advocationis ſtudium plus ad ſubverſionem veritatis, quàm ad lucidationem juſtitiæ exerceatur, *Cornel. Agrippa de vanit. ſcient. cap. 93. Azevedo ad conſt. Hiſp. libr. 2. tit. 16 leg. 1.*
53 *num. 1.* nec quidquam ſit † quod Germanos noſtro ævo magis ad egeſtatem redigat, quam legulorum auriſuga turba, qui quaſi ſardi venales fora conſti-
54 pant, *Ioh. Aventin. lib. 4. annal. Bojor.* ita ut † melius ſit cloacas Augiæ purgare, quàm incidere in cauſidicos, *ut loquitur Seneca de mort. Claud. Cæſar.* Nec enim
55 † debet propter abuſum tolli res ipſa laudabilis, quin potius eſt abſtergendus ſalva rei ſubſtantia, *Rittershuſ.*
56 *in expoſ. Novell. part. 1. c. 6. num. 6.* Hæc rerum † humanarum ſemper fuit conditio, quod optima corrumperentur ad pravitatem, *ut ait P. Peck. de jure ſiſtendi*
57 *c. 5. num. 23.* mores † deciderunt, & in deterius lapſi
58 ſunt, *P. Heig. part. 2. quæſt. 29. num. 81. & ſeq.* malus † bonum malum eſſe vult, ut ſit ſui ſimilis, *Plautus in*
59 *Trinum. ſcen. Quo illic homo foras*, non autem † quid Romæ fit ſed quid fieri debeat ſpectandum, *l. ſed licet, 12. ff. de off. præſid.*

V. An officium procuratoris?

60 Quintò † nec procuratoris officium nobilitati derogat: Quoniam nullo juris loco proditum eſt, Nobiles ſi procurationem alienæ litis ſuſceperint, nobilitatem perdere, *Harprecht. in comm. de procur. §. procurator. num. 156. & ſeqq. Bocer. claſſ. 6. diſp. 6. th. 29. Ant. Faber.*
61 *in Cod. lib. 2. tit. 28. defin. 5.* præſertim † ſi illuſtrium & Magnatum officia procurent, *Bernhard. Graven. part.*

part. 1. concluſ. cam. 43. conſid. 2. num. 2. Gratian tom. 1. diſcept for. c. 56. num. 39. Cavalcan. deciſ. 41. num. 24. & ſeqq. lib. 1. & in † imperiali Camera id fiat, *Meichſner. deciſ. Cam. 13. num. 6. & ſeq. lib. 1.* cum nemo † ibidem 62 63
in procuratorem admittatur, niſi ad minimum ſit Doctor vel Licentiatus, *Ord. Cam. part. 1. tit. 3. ibiq; Melander Mynſ. 4. Obſ. 32. Gail. d. Obſ. 43. num. 8.* proinde nec temerè † *cum Guid. Papa. deciſ. 89. n. 1. Tiraquell. de Nobil c. 30. per tot.* affirmandum, *arg. lib. ab ca. 5. ff. de probat, l. illam. 19. C. de collat.* 64

Nec obſtat I. quod infamis poſſit eſſe procurator *arg. §. ult. ibiq; Dd. Inſt. de Except.* Nam textus † *d. §. fin.* 65
non appellat ipſum infamem, ſed dicit, quod poſſit in judicio procurare non obſtante aliqua exceptione quę olim procuratoribus propter infamiam vel dantis vel ipſius procuratoris apponebatur, ne dum de his altercantur, ipſius negotii diſceptatio proteletur, *Cavalcan. d. deciſ. 41. n. 26. part. 1.* ex perſonæ autem qualitate, non debet æſtimari res ſubjecta, circa quam perſona verſatur. Nec obſtat II. † *tex. in l. ſi quis procuratorem. 34. C. de Decur.* ubi infamiſſima dicitur vilitas, procuratio facultatum alienarum. Nam illa lex in ſuis terminis de Decurionibus intelligenda eſt, quibus Impp. authores eius legis antea ſpecialiter interdixerunt procuratione alienorum negotiorum. *in lib. curialis 30. C. de locat. & conduct.* poſt hanc legem cum quis decurio ad procurationem rerum alienarum acceſſit, non injuria viliſſimam ſuſcipere dictus fuit, non quod ipſa procuratio rerum alienarum per ſe ſit infamis, *Dynus in c. infamibus. in fin. de R. I. in 6.* ubi ait, quod nunquam potuerit videre textum, dicentem officium hujuſmodi, eſſe infamiſſimum. Sed quod decurio cõtra legis prohibitionem malitioſè auſus fuerit eam ſuſcipere, ex perſona decurionis, ob legis prohibitionem, infamiſſima dicitur *H. Bocer. claſſ. 6. diſp. th. 29. lit. b.* Limitatur autem, ſi Nobiles Rabularum more undiq; fora conſtipent, hi enim ſine dubio viles ſunt, 66

67 proindeq; tales rabulæ vocantur † canes curiarum
& devoratores civium, *Bart.in l.in* 5. *quaſt.princ. C. de*
ſum. Trin. Plaut. in Menæchm. act. 4.*ſcen.ut hoc utimur.*
Accipitres pecuniæ & peſtilens hominum genus. *Plato*
lib. 1.*de leg.* venale genus, *Seneca in ludo de morte Claudii*
φιλόδικος & τῆς ἀγορᾶς περίτριμμα, q. fori vafra menti,
Demoſth. ad Æſchinem Claud. Minoii in comm. ad Embl.
95.*Alciat.* Togati vulturii, *Apulei lib* 10. *Metamorph.*
Corvi fori, *Lipſius cent.*1.*Epiſt.*8. *Loquaces* Nævuli, *Martialis lib.* 1. *Epigram.* 97. Improbi ſycophantæ & Phormiones, *Weſenb. in par. ff. de poſtul. num.* 7. *Et de alienat. jud. num.* 2. Gabini, Piſones, Æbutii, *Cicero in Orat. pro Cæcin.* Homines famelici, λύκοι, *Eraſ. in colloq. quod inſcribitur Echo.* Ulpianus vocat cauſarum concinnatores, *in lib. nec quicquam.* 9. §. 2. *ff. de off. proconſ.* Germani Zungendreſcher / Jus Würtenbergicum Entenmayer Alt Landtrechtt. *part.* 1. *tit.* von Fürſprechern vnnd Rädnern §. die Entenmayer. Quibus

Si nihil attuleris ibis amice foras.

VI. An officium Notarii.

68 Sextò nec artis † notariatus notitia nobilitati derogat, *Nicol. Hontheim tr. de arte notariat. lib.* 1.*c.*7 *&* *c.* 14.*per tot. Guttierez. lib.* 1.*pract. quaſt.* 137.*per tot* Eſt e-
69 nim † dignitas, *l.* 1.*C. de mend. Princ. Decian. reſp.*31.*n.*
70 32.*& ſeqq. vol.*4.non vilis † ars & infamis, ſed nobilis, *Caſſan. in Catal. glor. mund. part.*7.*conſid.* 50.*Caval-*
71 *can. deciſ.* 41.*num.* 21. *& ſeqq. lib.*1.& nobilem † honeſtumq; virum exercere cōvenit, *Menoch. conſ.* 552 *per tot. lib.* 6. *Cephal. conſ.* 238. *num.* 20. *& ſeq.* ubi refert ex
72 Chaſſanæo *conſ.* 64. *num.* 34. quod Nobilis † ſi exerceat officium vile, faciat, ut illud nō dicatur vile, adeò
73 ut etiam Doctor † poſſit eſſe Notarius, *Cavalcan. deciſ.*41.*num.* 36.*&* 38.*p* 1.*Menoch. conſ.* 902. *num.* 2. *&*
74 *ſeq. lib.* 10. Unde illegitimi † & infames à tali munere repelluntur, R.A. *de An.* 12 §. erſtlich ordnen / *Denau injur. Cam. tit.* 196.§.1.*Gabr. Paleott. de Spur. c.* 36.*n.*1.*&*
ſeq.

ſeq. cabedo deciſ. 71. *num.* 4. *lib.* 1. Ac quamvis pleriq; † 75
officium Notarii vile eſſe contendant, *Vivius l* 2. *com. Opin.* 194. *lit. N. num.* 1. *& ſeqq. Guido Papa deciſ.* 90. *Boer. deciſ.* 222. *num.* 9. *Cravett. conſ.* 163. *num.* 1. *part.* 3.
Unde quidam † Nobilis qui notarius erat adſcribebat 76
N. N. Notarius publicus, doch meinẽ Adelichen Städe unſchadelich / iidem † tamen limitant, niſi in curia 77
vel Principis cõſiſtorio tale officium exerceant, *Mart. Laudenſ. tr. de official. q* 119. *Barbat. de præſtant. Cardin. q.* 1. *num.* 40. *p.* 1. *Ant. Corſet. de poteſt. & excell. Reg. quæſt.* 95. *Tiraqu. de Nobil. c.* 30. *n.* 8. *& ſeq. Ant. Faber. in Cod. lib.* 2. *tit.* 28. *de fin.* 4. *Bertrand. conſ.* 60. *n.* 3. *vol.* 7. Nec
obſtat I. † *l. univerſos. C. de Decur.* Nam Tabelliones 78
ibidem viles eſſe dicuntur non ſimpliciter ſed reſpectu ex collatione facta cum dignitate Decurionatus, quia Decurio non poteſt ſimul eſſe notarius, *v. Guttierez. & Hontheim. dd. locu.* Nec † obſtat II. quod Notarii 79
appellentur ſervi publici, *l. non aliter.* 18. *ff. de adopt. l.* 2. *C. eod.* Nam ideo † ſic dicuntur quod ſerviant Reip. 80
non quod ſint ſervi, *ut reſpondet Guido Papa deciſ.* 90. *n.* 1. *Menoch. conſ.* 552. *n* 16. *tom.* 6. at ſervire Reip. potius honoris eſt vel dedecoris, aliâs enim ſervus notarius eſſe non poteſt, *l. generali. C. de tabul.* vel dicuntur ſervi publici, quoniam poſſunt compelli à quocunq; Reip. ad conficiendum inſtrumentum, *Guttierez d. quæſt.* 137. *num.* 17. *lib.* 1. Neq; refert III. quod Notarii † 81
ſint excoriatores pauperum, Canes curiarum & devoratores civium, *Iaſon. in §. tripli. nũm.* 57. *Inſt. de act. Tholoſ. lib.* 47. *Syntagm. c.* 42. *num.* 5. Abuſus enim & contraventio ſuas habent pœnas, nec ex abuſu uſus tollenda eſt honeſtas, *l. ut profanas.* 4. *C. de pagan.* Quamvis † 82
non negem plures officio eſſe notarios, re & intelligẽtia paucos.

Rari quippe boni numeri vix totidem, quot
Thebarum portæ, & divitis oſtia Nili.

Vt loquitur Iuvenal. Satyr. 13. Unde vocantur picæ, pſittaci, galli, loquẽtes ſine intellectu, *Sextin. de Regal.*

lib. 2.

lib.2.c.15.n.17.Bertazzol.in tr.clauſul.in proem.num.1. *Lud.Roman.ſingul.52.n.2.*rudes & bardi, *Alciat in l.1.* *num.177.ff.de vulg.& pupill.ſubſt.* patres ignorantiæ *Pruckman.conſ.2.num.89.vol.1.* horumq; imperitia totus deſtruitur orbis, *ut Baldo authore dicunt Carocius deciſ.22.num.1.& 2.Ant.de Amatis deciſ.29.Decian.* *reſp.28.num.8,vol.2.Lud.Morott reſp.27.n.24.Surdus conſ.572.num.1.lib.4.Burſat conſ.226.num.78.vol.3.*

VII. An adoptio à patre plebejo.

83 Septimò † adoptio à patre plebejo dignitatem nobilis non it imminutum, *Ioh.Niell.diſp feud.ult.th.2.* *lit.b.reg.3.Bocer.de Regal.c.2,num 43.& ſeqq.Fr.Marci deciſ.88 num.3.tom.1.* quicquid diſſentiat Cujacius *in*
84 *comm.lib.36.quaſt.Papin,* tum † quia per adoptionẽ dignitas non minuitur ſed augetur, unde ſenator etſi à plebejo adoptatus eſt manet ſenator, *l.per adoptionem.*
85 *35.ff.de adopt.* tum † quia accidentale nunquam extinguit nec privat naturale, *Guil.de Monferrat.tr.de ſuc-*
86 *ceſſ.Reg.dub.1 num.5.& ſeq.* Nec obſtat † I. quod mulier nobilis, ſi nubat plebejo, nobilitatem amittit, id enim ex eo fit, quod mulier de familia viri eſt, non patris ſui, *l.pronunciatio.195.§.mulier.7.ibiq; Gœdde.n.*
87 *1.ff.de.V.S.* Non obſtat † II. quod pater & filius etiam adoptivus una eſſe eademq; perſona cenſentur. *l.ult.in fin.C.de im.pub.& al.ſubſt.* illud enim fit fictione juris, non revera *per d.l.ult.in fin.* ubi Imp. ait quod pene intelligantur eſſe eadem perſona pater & filius. Sic *in §.* *Ri vero.Inſt.de inutil.ſtig.* Imp. filii ait vox tanquam ſua intelligitur, atq; ita impropriè quia vox, (tanquam) improprietatis nota eſt, *Alexand.conſt.2.num.4.& 17.*
88 *lib.1.* Non obſtat † III. quod homo liber major 20 annis ſi ad precium participandum ſeſe venundari paſſus ſit jure civili ſervus efficitur, *§.pen.Inſt.de jur.* *perſonar.* quippe cum ille ſua ſponte ex libero ſervus fiat, & cupiat eſſe ſervus, Nobilis autem qui plebejo ſe dat adoptandum, filius quidem plebeji eſſe deſiderat, nobili-

nobilitatem autem ſuam, quam juris beneficio ſalvam retinet, prodere velle non præſumatur, *Bocer. de Regal. d. c. 2. num. 45. verſ. quod dicitur* Non obſtat † IIII. 89
quod Clodius qui ſe dedit adoptandum Fontejo homini plebejo à patritiis exiit, *teſte Cicerone* & in plebem tranſiit, ut fieret tribunus plebis, quem magiſtratum capeſcebant ſoli plebeii: Tum quia Clodius ultro & ſponte ſua patritiatus dignitate ſe exuit & plebejus eſſe voluit, tum quia non † exemplis, ſed legibus judi- 90
candum, *l. nemo 13. C. de ſent. & interloc. omn. jud. Pariſ. conſ. 21. num. 17. vol. 1.* nullumq; exemplum † qua- 91
tuor pedibus currit, ſed plerumq; claudum eſt, *ut dicit Hier. Zanch. ad l. heredes. §. cum ita. p. 3. num. 66. ff. ad SC. Trebell.* tum poſtremò † licet noluerit amplius eſſe 92
patritius, attamen revera ex juris ſententia patritius manſit, *ut ſentiunt Obrecht. in centur. thematum ex ſingulis lib. 1. pandect. titulis deſumpt. them. 31. Bocer. d. c. 2. n. 45. in fin.*

IIX. An curſus temporis?

Octavò † nec curſus temporis ſeu præſcriptionis 93
tollit nobilitatem; † tum quia ſanguinis jura nō poſ- 94
ſunt præſcribi, *Guil. de Monferr. tr. de ſucceſſ. regn. Franc. dub. 4. n. 6. & 15. Guttierez. lib. 3. pract. q. 13. nu. 90. Menoch. conſ. 1261. n. 19. & ſeqq. lib. 13.* tum † quia nulla 95
ratione conſiderari poteſt hoc in caſu præſcriptio, in quo opus eſt præſupponere perſonam aliquam eſſe in poſſeſſione ſeu quaſi hujus ſanguinis. & prætēdere ſe, non alium eſſe ex eo ſanguine & familia quemadmodum apud Valerium Maximum *l. 9. dict. memorab. c. 16.* legitur, quod Cornelio Sylla dictatore exiſtente, quidam in domum Cn. Aſſidionis irruperit filiumq; ejus patris penatibus expulerit, vociferando, non illum, ſed ſe Aſſidione eſſe procreatū (Non enim ſine poſſeſſione currit pſcriptio, *c. ſine poſſeſſione. de R. I. in 6. ubi Dynus.*) & propterea ſe ut talem gereret, prohibendo eum qui verè eſt ex ſanguine & familia, ne ſe ut talem haberet,

in his

in his namq; præſcriptionibus jurium, requiritur adverſarius, qui ſciat & patiatur, *l. venditor. §. 1. ff. comm. urban. præd. l. fin ff. de ſervitut. c. cum Eccleſia Sutrina de cauſ. poſſeſſ. & propr.* aliter enim non poteſt præſcriptio inchoari.

IX. An non uſus?

96 Nonò, † nec propter non uſum nobilitas amittitur, *Arze ab Otalora de nobil. Hiſp. 2 part. 3. partis pr. c. 9. num. 13. Decian. reſp. 66. nu. 70. vol. 3. Menoch. conſ. 1261.*
97 *num. 21. & ſeq libr.* 13. ſi non † venerit utendi caſus, vel non ſubeſt neceſſitas, *Ioſeph. de Seſſe deciſ. 3. num. 11. part.* 1. quod generaliter locum habet in quolibet jure, quo utendi occaſio alicui defuit, *Burſat. conſ. 87. n. 15. vol. 1. Vultej. conſ. 16. num. 70. vol. 1. Marp.* quia † ad
98 retinendam poſſeſſionem à majoribus ſufficit aptitudo & potentia, *Bart. in l. arboribus, §. nam etſi, ff de Vſufr.*
99 ubi per erectionem † furcarum tenetur quaſi poſſeſſio, licet non eveniat caſus, ut aliquis ſuſpendatur, *Meichſner. deciſ. Cam. 4. num. 25. tom. 2. lib* 2. Niſi uſus
100 † adſit contrarius, ut turpis vita & infamia, *Felin. in c. cum acceſſiſſent. num.* 26. *de conſtit. Marſil. in rubr. de fidejuſſ. num. 335. Mauſner. in pract. tit. 38. de talliis, n. 20. Menoch. lib. 6. præſ. 41. per tot. & d. conſ. 1261. num. 22. &*
101 *ſeqq. libr.* 13. Abuſus enim † privilegii jure punitur, *c. ubi iſta 14 diſt.* & contra privilegium faciens ſibi præjudicat, *c. pro illorum extr. de præbend. ubi gl. verb. recipiſſe*, uſque adeò ut, qui ſuo privilegio abutitur, illud amittat, *c. tuarum. §. verum, de privil. c. privilegium, 11. quæſt. 3.*

X. An ingreſſus religionis?

102 Decimò † nec Monachatus ſeu ingreſſus religionis nobilitatem immutat, *Baptiſt. à Villalob tr. comm. opin. lit. N. n. 14. Caſtrit. in not. ad pract. Mauſner. tit. 38. de Nobil. num. 26. Lud. de Roma ſingul. 37. n 2.* Niſi Nobilis † profeſſionem fecerit, wann er Profeß gethan
103 vnd eingeſchleifft worden/ *ut limitat Felin. in c. cum deputati.*

putati, num. 4. de judic. Quamvis enim dignitates † 104
nobiles ſeu feudales per monachatum amittantur, *c. un. de vaſall. mil. qui arm. bell. depoſ. c. un. § qui clericus, ſi de feud. def. content. Vultej. de feud. c. 9. numer. 67. cum all.* nobilitas tamen, † tanquam jus quoddam ſangui- 105
nis per emancipationem ſeculi temporalis immutari nequit, *Tiraquell. de Nobil. c. 26. n. 5. Bon. de Curtil. part. 7. & ult. n. 33. Decian. reſp 31. num. 9. & ſeqq. vol. 5. Menoch. conſ. 1261. num. 18. lib. 13.* Ita ſæpè practicari videmus, Nobiles, Comites, Principes, qui capitulum vel monaſterium ingreſſi ſunt, habitum clericalem deponere & ad matrimonium convolare, ne ſc. ſtirps nobilis ſine herede pereat, quod tamen † ſine diſpen- 106
ſatione fieri non poſſe ſcribit *poſt Iaſon. Gratian. tom. 3. diſcept. for. c. 457. num. 17.* Sed memorabilis † eſt di- 107
ſpenſatio, quam ex Baldo, Joan. Andr. Panorm. Petr. Anchoran. refert *Ioh. Wolf. cent. 15. lect. memorab, tom. 1. fol. 804.* Ut monacho liceat, depoſito cucullo, uxorem ad certum tempus ducere, nempe uſque ad procreationem ſobolis (ne ſtirps nobilis ſine prole deficiat) eâ lege, ut ſimulatq; proles ſuſcepta fuerit, tunc pater patratus demiſſis auriculis, ad ſuum cucullum redeat.

XI. An doctoralis dignitas?

Deniq; † nec doctoralis dignitas nobilitatem a- 108
bolet. *Wolf. Gruning. Arnold. Reyger. H. Kirchner. in orat. de hac quaſt. hab. Anno 618. Spiræ excuſ. Matth. Steph. lib. 3. de jurisd p. 2. c. 14. in fin. Speckhan. cent. 1. quæſt.* 100. dignitas † enim dignitati juncta priorem non abo- 109
let, ſed auget & illuſtriorem efficit, *Guil. de Monſerr. de ſucceſſ. regn. Gall. dub. 1. num. 4. Colerus conſ. 33. nu. 101. Cephal. conſ. 331. num. 20. & ſeqq. libr. 3. Alexand. conſ. 32. numer. 7. & ſeq. lib. 5.* tametſi hodie † Nobili Do- 110
ctoris gradum habere, non eſſe conſultum, nec conducibile ſibi perſuaſum habeat *Eberhard. à* Weihe/ *in aulic. polit. reg. 611. edit. poſtrem.* Ratio, quia hodie plerumq; nobiles ſunt ἄμουσοι & munus abjurant cœleſte,

ſte, *ut loquitur ex Ennodio Ian. Gruter. in florileg. Ethic. polit. in not. ad Trochaic. lit. M. pen. part.* 2. ideò iniquo ferunt animo, quod novi cives per virtutem efferantur, *Fr. Patrit. de Reg. inſtit. c. 7. tit.* 13. maluntque enſem tantum, ac alia nobilitatis inſignia gerere, quàm Doctorum munere fungi, vulpeculam Æſopi ferentes, *ut ait Steff. Guazzo. de civil. converſ. lib.* 2. De quibus verè dici poteſt, quis vos faſcinavit, ô miſeri! Si enim ſoli concurrunt, ibi ut Thales Mileſius dicebat, deorum omnia plena, ſi cum literatis, quoniam non rarò illuc veniunt, ubi mures ferrum rodunt, *ut loquitur Seneca de mort. Claud. Cæſar.* Nam etiam leo aliquando minimarum avium fit pabulum, *legati Scytharum ad Alexand. M. apud Q. Curt. lib. 8. de geſt. Alex. c. 8.* fit, ut non minor ſæpè exoriatur æmulatio, & contentio, quàm inter Corbem & Orſuam, *in Livio lib. 28. hiſtor. Rom. cap. 21. Plutarch. in vit. viror. illuſtr. de fact. P. Corrad.* adeò ut malim cum Juvenale *Satyr. 4. lib. 1.*

—— *Fraterculus eſſe Gigantum.*

Non ſemel expertus, nihil eſſe ejuſmodi hominibus φορτικώτερον, *ex Ant. Mureti Epiſt. 12. lib. 2.* Notum enim eſt, quod ſuperbia ſit nobilitatis pediſſequa, *Saluſt. de Metello. in Iugurth. cap. 64.* Adeò ut quod *Flav. Vopiſc. in Aurel.* ſcribit, in uno annulo bonos Principes ſcribi poſſe, imitari in noſtris terminis ſano ſenſu quis poſſit. Valeant ergo oſores Doctorum & Muſarum (de iis enim qui præter fumoſas ut Tullius ait, *in orat. Piſon.* imagines nihil, quod proferre in medium poſſent, habent hac vice loquimur) de Nobilibus literatis, & diſcretis:

—— *Quibus arte benigna*
Et meliore luto finxit præcordia Titan.

Vt cum Iuvenal. libr. 5. ſatyr. 14. loquimur, ſatis pro tempore dictum. Retineant morem ſuum, & Midæ inſtar utre pro cythara, quoniam ita illis lubet, utantur, donec ſaniora & dicere, & agere diſcant quo quis imperitior, eo impudentior, *verſus eſt Thucydidis:*

Hic

Hic murus aheneus eſto.

Et ſic tandem in nomine Dei T. Optimi Maximi huic tractationi Synopticæ, de ſtatu Nobilium civili ſit impoſitus finis, in quo juxta Petronium Arbitrum:

Inveniat quod quisq; velit, non omnibus unum eſt.
Quod placet, hic ſpinas colligit, ille roſas.

FINIS.

DOCTORUM ET LICENTIATORUM CATALOGUS.

Bernhard. Hertzog/ *lib. 6. Chron. Alſat. edit. Argent. apud Bernhardum Iobinum. Anno* 1591. *fol.* 149. *& ſeqq.*

Chriſtoff. von Vttenheim / Epiſcopus Baſilienſis, J. U. D.

Hartman von Windeck. D.

Jacob/von Landtſperg / Aſſeſſor. D.

Georg von Andlaw Thumprobſt zu Baſell, D.

Peter von Andlaw Probſt zu Lautterbach, D.

Hanß von Talheim Ritter vnnd Doctor.

Arbogaſt Ellenhard D. vnnd Canonicus zu S. Thoman zu Straßburg.

Philipp. von Endingen D. vnd Canon. zum Jungen S. Peter.

Johan von Newenſtein Ritter vnnd D.

Wolffgang Böcklin / U. J. D. Probſt zu

Elingenmünſter/vnnd Canon. zum Jungen S. Peter in Straßburg.

Caſpar von Weſthauſen D.

Sebaſtian Truchſes von Rheinfelden D.

Jacob Morſchwein Ritter vnd D. Anno. 1521.

Bernhard Wurmbſer võ Schaffaltzheim D. qui ſcripſit practicas obſervationes Cameræ.

Bernhard von Bonheimb D.

PRINCIPES, COMITES, BARONES, Nobiles, qui literarum inſignia, titulos & honores Academicos gradibus, ut vocant aſſumptis, maxima cum voluntate & dignitate induerunt.

DOCTORES.

Johannes Hertzog zu Meckelnburg Theologiæ Doctor.

Georg Hertzog von Teck J. U. Doctor.

Vlrich von Gemingen Churfürſt zu Maintz Doctor.

Sebaſtian von Rottenhan D. Churfürſt zu Maintz.

Graff Albrecht von Hohenburg Decretorum Doctor, Biſchoff zu Würtzburg.

Albertus Schenck von Limpurg D. Vermög des Grabſteins zu Speyr im Creutzgang.

Ludwig von Aſt D. Biſchoff zu Wormbs.

Ludwig von Bebenburg Doctor, Biſchoff zu Bamberg.

Johan

Johan von Eych D.
Gabriel von Eyb D. — Biſchoffe zu Eychſtatt.

Philips von Flerßheim D.
Philips von Roſenberg D. — Biſchoffe zu Speyr.
Ludwig von Freyburg D. — B. zu Coſtentz.

Conrad von Fechter D
Dietrich von Riten D.
Conrad von Sultaw D. — Biſchoffe zu Verden.

Henrich von Lichtenaw D.
Chriſtoff von Stadion D.
Marquard vom Berg D. — Biſchoffe zu Augſpurg.

Wolffgang von Oetleben D.
Conrad von Reiſſenberg D. — Biſchoffe zu Hildeßheim

Bernhard von Breitenbach D. Thum Decan zu Maintz.

Wolffgang von Affenſtein Ritter vnnd D.

Georg von Abſperg Ritter vnd D.

Herman von Amelungs D.

Andreas vom Blumenthal dero Rechten D.

Wilhelm von Beſchwitz D.

Henrich von Bilaw D.

Wolffgang von Beilwitz D.
Chriſtoff von Canlewitz D.
Georg Emeßhoffen D.
Georg von Hatzfelt D.
Matthias von Jllauw D.
Andreas von Konritz D.
Henrich von Meiſſenberg D.
Wilhelm vō Newhauſen D.
Dietrich von Pleiningen Ritter vnd D. — Qui fuerunt omnes Aſſeſ-

Georg von Ritperg D. | ſores Cameræ Imperialis.
Sigmund von Reiſchach D.
Johan von Schwappach D.
Joachim Mynſ. à Frundeck.
Eitell Senfft D.
Johan Wernhern von Themar D.
Philipps von Vennigen D.
Cuno von Walbron.
Henrich von Widerhauſen.
Sebaſtian von Hirnheim.

Otto von Breitenbach Thumherr zu Maintz.

Sigißmund Pflug D. & Cancellarius Alberti Ducis Saxon,

Conrad Peutinger D. triumq; Impp. Fr. III. Maximil. I. & Caroli V. Conſiliarius.

Chriſtoph. ab Hagen in Hadmarßleben J.U.D. & Eques Auratus,

Caſpar von Erb D. Dietrich von Moltzā D. Wolffgang von Duren D. Conrad von Delingßhauſen D. Niclauß von Dißbach D. Reinhard Dyn von Leiningen D. Niclauß von Ende D. vnnd Hoffrichter zu Leipzig. Caſpar Erlenhaupt D. Churfürſtlicher Pfältziſcher Hoffrichter/ Rudolff von Eſchwingen D. Leonhard Eck von Romdeck D. Conrad von Fürſtenberg D. Georg von Hatzfelt D. Georg von Gemmingen D. Spir. Eccleſ. præpoſitus. Erpho von Gemmingen/ J.U.D. ibid. præpoſitus. Reichard Graimman von Neckedich D. Bernhard von Hagen D. Henrich von Kerſenbrog D.

Caſpar

Caſpar von Kaltenthal D. Vlrich von Rech⸗berg D. Joachim von Beuſt D. Gerard à Gün⸗derad D. Cancellarius Haſſiæ. Eck von Reb⸗ſaw Compilator Juris Saxonici. Otto Spigel Ritter vnd D. Chriſtoff von Schwalbach D. Johannes von Weißbach D. Balthaſar von Wald D. Georg⸗Otto von Schwalbach D. Johan Brendell D. Ludwig Gremn von Freu⸗denſtein D. Johan⸗Chriſtoff von der Grun zu Weyerßberg D. vnd itziger Churpfaltz Cantzler zu Heidelberg. Eraſmus von Minquits D. Churf. Saxiſch. Cantzler. Florentz von Vennin⸗gen D. Churf. Pfaltz Cantzler. Eberhard à Wei⸗he D. olim Adolphi Ducis Holſatiæ Cancella-rius, poſt Electoralis Saxoniæ, & deinde Illu-ſtriſſim. Mauritii Haſſiæ Principis primarius Conſiliarius, & Holſatiæ & Schaumburgi Co-mitis Erneſti Cancellarius, hodie Illuſtriſſ. Fri-derici-Ulrici Ducis Brunſw. & Luneb. magna celebritate Cancellarius: JCtus Nobilis, & Po-liticus Pius, *uti eum vocat Ioan. Zeſchlin. Cancellar. Neoburg. Palat. de Tutel. Elect. c. 8. n.* 416. Petrus de Weihe D. Epiſcopi Halberſtadienſis Cancel-larius. Johan von Moßheimb D. Thum⸗De⸗chand zu Roſſaw. Wilhelm von Rochfort Rit⸗ter vnnd D. Johan Wallerod D. Arnoldus Weſtpfall. Decretalium Doctor, & civilis juris Licentiatus. Sebaſtian ab Harſtall. Haſſus, Decretalium Doctor. Georg von Boinenburg Ritter vnd D. Georg Meiſſenbach D. cui Rex Angliæ tanquam legato Principis Haſſiæ inter

 alia

alia regiæ munificentiæ præmia, doctoralis dignitatis infulam conceſſit.

LICENTIATI.

Daniel Brendel Licen. Churfürſt zu Maintz. Niclauß von Amßdorff L. Biſchoff zu Naumburg. Julius Echter L. Biſchoff zu Würtzburg.

Aſſeſſores Cameræ:
Arnoldus von Reimerſtock L.
Ludwig Schwentzel von Willingßhauſen L.
Eberhard Schenck von Winterſtetten L.
Henrich von Widerhauſen.
Geſwand von Schwalbach L.

Philipps von Reineck Ritter vnd Licentiat. Petrus de Haubwitz. Decretalium Licentiatus Epiſcopus Citizenſis & Numburgenſis.

MAGISTRI.

Artium Magiſtri:
Herman Landgraff zu Heſſen.
Richwinus Hertzog von Lottringē.
Wilhelmus Graff von Egmond.
Benedictus Freyher zu Wallſtein.

Uldaricus ab Hutten eques Francus, Magiſter, & Poëta laureatus. Dietrich von Dalburg/Magiſter. Nicolaus à Carlowitz/Epiſcopus Miſnenſis, & Magiſter. Joan von Schönberg/Epiſcopus Miſnenſis, & M. Petrus de Treyßbach/ Magiſter artium, Cancellarius Haſſiæ.

BACCALAUREI.

Albertus IV. Hertzog zu Bayern promoviret zu Pariß. Sigiſmund Freyherr zu Herberſtein/promoviret zu Wien. Joan ab Egloffſtein Baccalaureus Decretorum, artiumq; Magiſter.

AD CLARISSIMUM ET CONSULTISSIMUM VIRUM,

Dn. JOSIAM NOLDEN,

J. U. D. CELEBERRIMUM, TRActatum de Nobilitate egregium edentem, amicum ſuum ſingularem & candidum, fautoremq; ſummè honorandum.

QVi ſibi non aliis vivit, malè vivit in orbe,
Optimus eſt, aliis qui bene vivit homo.
Hæc tecum peragens Themidos fortiſsime miles,
NOLDENI, *juris laude nitêre ſitis.*
Scripſiſti theſium de Nobilitate ſynopſin,
Eſt quæ Cæſareæ conſona juſtitiæ.
Antiſtes per quam legum, Doctorq; creatus,
Et tibi cinxerunt aurea ſerta caput.
Vnde tuum laudes nomen ſibi contulit altas,
Quas unquam abs illo ſecula non rapient.
Haſce theſes uerum limâſti, ut crederit inde,
Totius exactum Nobilitatis opus.
Hoc nunc rurſus opus ſe in apricas exerit auras,
Quod certè multis dulce levamen erit.
Inprimis illi qui claro ex ſtemmate natus,
Et verus auti Nobilis eſſe cupit.

Hic legat & relegat librum hunc, is ritè docebit
Omnia, quæ ſpectant Nobilis officium.
Scripſerunt alii libros de Nobilitate,
Ingentes laudes unde tulêre ſibi.
Si tamen hoc opus, & labor hic, ſpectetur & ordo,
Præ reliquis, memet judice, palma tua eſt:
Nobilis hinc verè es, tractans de Nobilitate,
Nam merito virtus te tua nobilitat.
Vive diu, & noſtras ita leges volvere perge,
Atq; tuum æterno nomen honore cluet.

Honoris & amoris conteſtandi cauſa,
gratulabundus ſcribebat

Georgius Ritter/LL. Studioſus.

AD PRÆFATIONEM SUMMARIA.

1. *Inter Nobiles non eſt diſputandum de apicibus Iuris*
2. *Neq; inter Dd. de lana caprina.*
3. *Nobilitas, & ſtatus cauſa fraternizant.*
4. *Nobilitati omnes boni favent.*

AD CAP. I. SUMMARIA.

1. *Notationes vocabuli Nobilis, n. 3. 5. 7.*

2. *Humilitas ſoror nobilitatis eſt.*

4. *Superbia eſt nobilitatis pediſſequa.*

6. *Viles & nobiles opponuntur, viles verò & ignobiles conjunguntur.*

9. *Dictio aliquis apud Latinos & Græcos quid ſignificet.*

10. *Dictio* Edelman/ *non eſt ſua originis.*

11. *Omnia vernacula noſtra vocabula ſimplicia, ſunt ut plurimum monoſyllabica.*

12. *Etyma vocis* Adell/ *recenſentur, n. 13. & ſeqq.*

18. *Saxones olim in triplici differentia.*

19. *Olim omnes homines vocabantur* Leut/ *ſive Leudes.*

20. Arme Leut/ *ſervilis ſive libertinæ conditionis homines erant.*

21. *Per vocabulum* Mann/ *denotabantur Nobiles.*

22. *Et apud Hebræos per vocabulum filii viri.*

23. Manne *jure feudali Saxonico ſunt Vaſalli.*

24. *Nominis* Juncker/ *derivatio, n. 65.*

25. *Non ſolùm Principum, ſed etiam Regum filii natu minores olim* Junckern/ *vocati ſunt, n. 26.*

27. *Canonici olim vocati* Gottes Junckern.

28. *Appellatio nominis* Schufft/ *unde, & an ignominioſa, n. 29.*

30. *Nobiles immediati vocantur* die Frey Francke vom Adell/ *& quare, n. 31. & ſeqq.*

34. *Vocabulum* Anck/ *ſignificat ſervum.*

36. *Vocabulum* Jnck/ *denotat incolas.*

39. *Vocabulum* Anſi/ *quid ſignificet.*

40. *Nobiles & optimates in Helvetia & Rhetia vocantur* die Hanſen.

41. *Anſiburii quinam ſint.*

43. *Nobiles in Gallia vocantur Gentils hommes, & quare, n. 45.*

44. *Error Budæi, Tiraquellæ, Mejeri.*

46. *Sagata nobilitas togata antiquior & laudatior.*

47. *Vocabulum Nobilis eſt* ἀνάλογον.

48. *Per Synecdochen ſpeciei accipitur etiam in malam partem.*

49. *Oppoſitum gloſſatur oppoſitum gloſſâ deſtruente textum.*

50. *Appellatione Nobilium comprehenduntur omnes Principes, n. 51.*

52. *Non quidem odioſis, ſed ſaltem in favorabilibus, n. 54.*

53. *Præſcriptio contra plebejes, non extenditur contra illuſtres.*

55. *Regum Galliæ & Italiæ Principum juramentum.*

56. *Nobilium titulus olim ſolis Principibus tribuebatur.*

57. *Nobiles vocabantur Miniſteriales,* Edle Knechte/ Knechte des H. Römiſchen Reichs.

58. *Servi Principum dicebantur* Adelſchalck.

59. *Pontifex Imp. & Rex Galliæ quo titulo Principes venerentur, n. 60. & ſeq.*

61. *Principes ſolent literas ſine reſponſo remittere, niſi competens iis tribuatur titulus.*

63. *Romani Nobiles vocabant Novos homines.*

64. *Novus homo quis.*

66. *Nobiliores quinam apud Moſcos, Ægyptios, Iudæos, Hebræos, apud Impp. Conſtantinopolitanos, Hiſpanos, Anglos, Turcas.*

67. *Nobilitas judicatur ſecundùm mores cujusq; regionis.*

68. *Dignitas illa dicitur, quæ communiter reputatur in loco.*

69. *Vna*

69. *Vna omnibus populis conveniens nobilitatis definitio haberi non poteſt.*

70. *Nobilitatis definitio.*

71. *Dignitas duobus modis conſideratur.*

72. *Dignitas plus eſt quam nobilitas, n.74.*

73. *Latius patet quam Magiſtratus.*

75. *Nobilitas eſt dignitas in concreto.*

76. *Nobilitas eſt inventa ad ſimilitudinem illius nobilitatis quæ apud Deum eſt, n.77. & ſeq.*

78. *Nobilitatis privilegia clauſa in corpore juris quænam, n.79.*

80. *Nobilitatus ſemel, amplius nobilitari non poteſt.*

81. *Idem judicandum de Dd. & Licentiatis, num.82. & ſeq.*

84. *Nobilitatis ſunt gradus, & n.85.*

86. *Nobilitas confertur ſecundum leges ac mores cujusq; loci.*

87. *Nobilitas juris civilis eſt, non juris gentium, n.88.*

89. *Nobilis in uno territorio de jure non eſt nobilis in alio.*

90. *Niſi ex mutuo populorum conſenſu, & quadam veluti tolerantia.*

91. *Nobiliores familiæ nullibi atq; in Germania reperiuntur.*

92. *Lex Talionis.*

93. *Nobilis ubicunq; commoretur, ſive in propria ſive aliena patria, gaudet ſua nobilitate.*

AD CAP. II. SUMMARIA.

1. *Princeps eſt cauſa efficiens nobilitatis.*

2. *Bartolus taxatur.*

3. *Nobilitare eſt regale majus.*

4. *Appellantur à nonnullis Dd. regalia majora, perſonæ Principis cohærentia, coronæ annexa, ſacra ſacrorum, n.5. & ſeq.*

7. *Imperator poteſt facere Nobiles.*

8. *Imp. ſolo verbo facit civitatem.*

9. *Solo verbo creat Doctores.*

10. *Sola denominatione conſtituit Duces, Marchiones, Comites, Barones, Nobiles.*

11. *Et in ſumma dignitates facit pro ſuo velle.*

12. *Imperator eſt Dominus mundi.*

13. *Imperator dicitur ſtella matutina in medio nebulæ.*

14. *Imperator eſt fons & principium omnis dignitatis.*

15. *Dignitatum theſauri in eo reconditi eſſe dicuntur.*

16. *Et ſunt ſcabellum pedum ſuorum.*

17. *Nobilitas judicatur ex perſona concedentis.*

18. *Dignitas eo major, quo major concedens eſt.*

19. *Eques & Doctor creati ab Imp præferuntur equitibus & Doctoribus creatis ab inferioribus, & n. 20.*

21. *Licet illi tempore poſteriores ſint.*

22. *Quod tamen verum eſt cæteris paribus.*

23. *Pontifex Romanus nobiles creare poteſt.*

25. *Pontifex eſt fons & ſtipes dignitatum.*

24. *Dignitates creare pertinet ad Papam.*

26. *Solo verbo creat nobiles, Civitates, Cardinales, Epiſcopos.*

27. *Eſt ſupra omnes Reges.*

28. *Inter Principes ſeculi tenet Monarchiam.*

29. *Pontifex quatenus eſt Pontifex non habet regalia, ſed ex oſcitantia Impp. quatenus eſt Princeps Italiæ, & n. ſeq.*

31. *Rex in ſuo regno quem vult nobilitare poteſt.*

32. *Quia æquiparatur Imperatori.*

Et tantum poteſt in regno quantum Imp. in imperio.

Regina quæ abſolutam regnorum gynecocratiam habet, nobilitare poteſt.

33. *Non tam Regina quam Rex eſt nominanda.*

34. *Rex Romanorum Nobiles, Comites & Barones creat.*

35. *Idem enim poteſt quod Imp. etiam in reſervatis, n. 36. & ſeqq.*

39. *Unum & idem cum Imp. habet tribunal.*

40. *Qr. An coram Palatino poſſit conveniri? & n. 41.*

42. Bo-

42. *Bodinus turpiter errat.*

43. *Rex Romanorum non eſt Imperatori ſubjectus.*

44. *Eſt enim alterum Imperii caput.*

45. *Rex Romanorum vocat Cæſarem ſuum Dominum,& n.47.*

46. *Non eſt à jure reverentiæ exemptus.*

48. *Rex Galliæ olim Imperio ſubfuit.*

49. *Hodie ſuperiorem non recognoſcit.*

50. *Quatenus Franci legib. Romanis utantur, & n.ſeq.*

52. *Delphinus Franciæ non recognoſcit ſuperiorem.*

53. *Nobilitare tamen non poteſt.*

54. *Hiſpania olim Romanis fuit ſubdita.*

55. *Hodie Imp. non recognoſcit excepto Ducatu Burgundiæ & Mediolanenſi, & n. 134.*

56. *Qr. An Hiſpani Indos juſtè debellare potuerint, 57. & ſeqq.*

57. *Bellum Chriſtiani jure inferunt infidelibus.*

59. *Pontifex inſulas novas Hiſpano donavit, cũ n.ſeq.*

62. *Hiſpani & Portugalli non ſumunt arma extra patriam niſi per avaritiam & ambitionem.*

63. *Hiſpanus aſpirat ad Monarchiam à circumferentia ad centrum.*

64. *Infideles ob infidelitatem non poſſunt privari dominio, & ſeqq.*

67. *Rex Angliæ non recognoſcit ſuperiorem, num. 68. & ſeq.*

71. *Polonia olim ſubfuit Imperio, cum n.ſeq.*

70. *Error Arniſæi.*

73. *Rex Poloniæ hodie ſuperiorem non recognoſcit.*

74. *Reges Poloniæ Boruſſiam, Dantiſcum, Elbingam & Livoniam ab Imperio eximerunt, 75. & ſeqq.*

79. *Rex Daniæ ratione Ducatus Holſatiæ imperio ſub- (eſt.*

80. *Quo ad Daniam, Norvvegiam Islandiã & Gronlandiam non recognoſcit ſuperiorem, cum n. ſeq.*

82. *Rex Sueciæ non habet ſuperiorem.*

83. *Qr. An Sigiſmundus III. Rex Poloniæ, Suecano diademate jure exutus ſit, remiſſivè.*

85. *Rex Hungariæ nemini ſubditus eſt.*

86. *Bellum Vngaricum non eſt res imperii per ſe.*

87. *Bohemia eſt feudum imperii.*

88. *Summam tamen poteſtatem habet, & creat Nobiles, Barones, Comites.*

89. *Rex Hiſpaniæ ratione Siciliæ, Neapolis, Portugalliæ, Arragoniæ non recognoſcit ſuperiorem, n. 90. & ſeq.*

92. *Ratione Siciliæ & Neapolis eſt Vaſallus Pontificis, & n. ſeq.*

94. *Qr. An Don Antonio Rex. Portugal. per Philippum II. Regem Hiſp. jure expulſus ſit, remiſſi vè.*

95. *Nobilitare poſſunt ſuperiorem non recognoſcentes.*

96. *Iuriſdictionemq́; perpetuam habentes.*

97. *Dux Sabaudiæ habet jura Majeſtatis, n. 98. & ſeq.*

101. *Poteſt creare Nobiles, Marchiones, Comites.*

102. *Vaſallus tamen eſt imperii, n. 103. & ſeq.*

105. *Perpetuus imperii vicarius eſt.*

106. *Cæſaris Majeſtatem agnoſcit.*

107. *Conveniri poteſt in Camera imperii.*

108. *Qr. An juſtum ſit bellum quod Duces Sabaudiæ adverſus Genevam inſtituunt.*

109. *Reſpub. Florentina libertatem ab imperio emit. n. 200. & ſeq.*

110. *Dux Florentiæ non agnoſcit ſuperiorem.*

111. *Non tamen eſt plenè ab imperio exemptus, cum n. ſeq.*

113. *Dux Ferrariæ eſt feudatarius Pontificis.*

114. *Idem poteſt in ducatu, quod rex in regno, n. 115. & ſeq.*

118. *Hodie Pontifices tenent ducatum Ferrariæ, & qua de cauſa, cum ſeqq.*

120. *Dux Mutinæ Regii, &c. eſt Princeps imperii.*

121. *Qr. An Cæſar Eſtenſis, Duca di Modena à Clemẽte Pontifice jure expulſus fuerit.*

122. *Dux Mediolanenſis non habet ſuperiorem, n. 123. & ſeq.*

125. *Quatenus Imperio addictus, n. 126. & ſeqq.*

131. *Dux Mantuæ eſt Imperator in ſuo ſtatu.*

132. *Eſt tamen vicarius imperii, & imperii patrocinio, & n.ſeq.*

134. *Dux Burgundiæ habet votum & ſeſſionem in Comitiis, conſtituit circulū, præſentat Aſſeſſores, & n.ſeq.*

136. *A Camera imperiali exemptus eſt, & n.144.*

137. *Non tamen à juriſdictione imperii.*

138. *Quemadmodum nec Dux Lotharingiæ, & n.ſeq.*

140. *Diverſa ſunt forum ſortiri & ſubditum eſſe.*

141. *Duces Saxoniæ & Marchiones Brandeburgenſes à Camera exempti ſunt.*

142. *Item Archi-Duces Auſtriæ.*

143. *Niſi ipſi vel eorum ſubditi pacem violaverint.*

145. *Reſpub. liberæ quare ſic dicantur.*

146. *Reſpub. Venetorum olim fuit imperio ſubjecta, & n.ſeq.*

148. *Hodie ſuperiorem non recognoſcit, n. 149. & ſeq.*

151. *Deſcriptio Ducis Venetorum, n. 152. & ſeq.*

154. *Geneva ſive Ianua differt a Repub. Genevenſi.*

155. *Errant Knichen & Ioch. Cluten.*

156. *Genua hodie non recognoſcit ſuperiorē, & n.ſeqq.*

160. *Superioritatem imperii in aliquibus agnoſcit, & n.ſeq.*

162. *Reſp. Lucana ſuperiorē non recognoſcit. & n.ſeq.*

164. *Quemadmodum nec Reſpub. Senenſis & Piſana, hodie tamen parent Duci Florentiæ, n. 165. & ſeqq.*

169. *In ſumma omnes civitates Lombardiæ & Thuſciæ quoad exemptionem in emptione ſe fundant.*

170. *Reſpub. Helvetica imperium hodie non recognoſcit, & 172.*

171. *Helvetiorum inurbana ad Cameram poſtulata.*

173. *Provinciæ Belgicæ ſeſe exemerunt juriſdictione imperii.*

175. *Qu. An ordines Belgici juſtè fecerint, quo ſeſe Philippo II. Regi Hiſp. oppoſuerint.*

176. *Electores & Principes Germaniæ nobilitare poſſunt quoad ſuum Electoratum, Principatum.*

177. *Imò Comites & Barones quo ad ſuum Comitatum Baronatum.*

178. *Principes territoria poſſident proprio, non adminiſtrationis vel familiaritatis jure.*

179. *Tales æquiparantur nõ recognoſcenti ſuperiorem.*

188. *Titulum uſurpant* Wir von Gottes Gnaden.

181. *Qui non niſi Deum & Enſem recognoſcenti competit.*

182. *Tantum poſſunt in ſuo, quantum Cæſar in univerſo.*

183. *Argumentum ab abſurdo vitando valet.*

184. *Qr. An Princeps ſubditos ſuos nobilitare poſſit extra territorium. Pro negativa, n. 185. & ſeqq.*

191. *Pro affirmativa.*

192. *Actus voluntarii exerceri poſſunt extra territorium; Intellige, ut n. ſeq.*

194. *Nobilitare eſt actus voluntarius.*

196. *Archi-Duces Auſtriæ, Nobiles, Comites & Barones creare poſſunt, ntellige, ut n. ſeq.*

197. *Comites Palatini* καταχρηστικῶς *ita dicuntur.*

198. *Bertholdus Comes ab* Hennenberg / *fuit Comes Palatinus.*

199. *Nobilitare poſſunt, ſi in ſpecie hoc privilegium habent.*

260. *A Comite Palatino nobilitatus, à Principe ipſo nobilitatus intelligitur, n. 201. & ſeq.*

201. *Prout juris in legitimato.*

204. *Nobiles Bullatos unquam extitiſſe authori non conſtat.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

oogle